REGISTRUM CANCELLARII OXONIENSIS

1434–1469

By

THE REV. H. E. SALTER, M.A., F.B.A.

Fellow of Magdalen College

VOLUME II

OXFORD

At the CLARENDON PRESS *for the*

OXFORD HISTORICAL SOCIETY

M CM XXXII

PRINTED IN GREAT BRITAIN

CONTENTS

VOL. II

Acta Cancellarii (1458–1469) . . . pp. 1–340
Notes . . . . . pp. 341–344
Appendix I (cessio debiti) . . . pp. 345–353
Appendix II (Tanner MS. 196) . . . pp. 354–357
Appendix III, the Academic Halls . . pp. 357–367
Appendix IV, books mentioned in the Register . pp. 367–371
Appendix V, cases in the Chancellor's court . pp. 371–373
Index . . . . . pp. 374–433

Iohannes Danvers commissarius.

fol. 169r = ccxviiir. Sept. 9, 1458.

Exposicio caucionis aularum in crastino Natiuitatis beate Marie virginis anno domini 1458.

Magister Willelmus Scrivener, vicarius ecclesie beate Marie virginis, exponit caucionem nomine suo proprio hora octaua in matutino pro aula in vico scolarum vocata Seynt Mary Entre pro x annis proximo futuris, et exhibuit hos fideiussores pro toto tempore predicto x annorum, Thomam Sherman & Nicholaum Robyns eodem die &c.

Magister Grafton nomine doctoris Melwyn pro scolis iuris civilis.

Idem nomine magistri Poltone pro aula sancti Iohannis in parochia sancti Aldati; fideiussores Iohannes Wykes & Th. Halman.

Magister Grafton nomine proprio pro Catt Halle in vico Muriligorum.

Magister Iohannes Fissher nomine proprio pro aula Bouina.

Magister Th. Darsy pro Jamys Halle in parochia Aldati.

Magister Ioh. Fissher nomine magistri Roberti Rushden pro aula Michaelis in eadem parochia.

Idem nomine doctoris Halle pro aula Adulstane iuxta Beefhalle.

Magister Robertus Passelow nomine proprio pro Plomer Halle; fideiussoribus Willelmo Hayl & Th. Awfyn corveyser.

Magister Griffeth Park nomine magistri Lodowici ap Owen pro Georghalle.

Magister Ketell nomine proprio pro gardino annexo collegio Lincolnie.

Magister Chirch nomine proprio pro aula Brasynose } fide*iussore* Th*oma* *mancipio* de Brasnose

Idem nomine magistri Wlstani Brown pro aula sancti Thome } fide*iussore* Th*oma* *mancipio* de Brasnose

Idem nomine Roberti Spycer pro Sheldhalle gardeyn } fide*iussore* Th*oma* *mancipio* de Brasnose

Idem nomine magistri Iohannis Moleneux pro Seynt Mary Entre in vico scolarum[1]; fideiussoribus Th. *Mancipio* de Brasnose & Iohanne Wybynbury.

Idem nomine magistri Roberti Bennett pro Salesurry in vico scolarum.

[1] This has occurred already with William Scrivener as principal.

Magister Robertus Passelow nomine magistri Willelmi Thomas pro Lawrenshalle; fideiussore Willelmo Hayl.

Idem nomine Willelmi Baron pro gardino annexo; fideiussoribus Willelmo Hayl & Th. Awfyn corueyser.

Magister Ricardus Toppe nomine proprio pro aula Late Porte in parochia Omnium Sanctorum.

Idem nomine magistri Iohannis Ward pro aula Vinea.

Magister W. Goodyeere nomine proprio pro aula Alba in vico catenarum.

Idem nomine magistri Walteri Bate pro aula Alba prope muros.

Magister Th. Bayly nomine doctoris Saunders pro Greekhalle.

Idem nomine eiusdem pro scolis iuris canonici; fideiussoribus Iohanne Keele brewer & Iohanne Couper parochie sancti Michaelis australis.

Magister Henricus Stroother nomine proprio pro Hamptone Halle.

Th. Bayly nomine magistri Kylyow pro Kouentrehalle.

Magister Iohannes Temmes nomine proprio pro aula Edmundi in oriente.

Idem nomine domini Iohannis Fissher pro gardinis annexis.

Idem nomine magistri Th. Lee pro aula Alba iuxta Estgate.

Idem nomine magistri Hugonis grammatici[1] pro aula Hugonis ibi.

Magister Robertus Kaynelle nomine proprio pro Solerhalle.

Idem nomine doctoris Chipnam pro Henxihalle.

Magister Robertus Passelow nomine doctoris Lichfeld pro Nevels Inne.

Idem pro eodem pro magnis scolis iuris ciuilis.

Magister Robertus Bugmowth nomine magistri W. Rumsey pro Cornerhalle.

Idem nomine proprio pro orto annexo vocato Cristoforhalle.

Idem nomine domini Th. Thrulby pro aula Urbani.

Idem nomine magistri Iohannis Wymark pro Colsylhalle.

Idem nomine Iohannis Thorp pro orto annexo eidem.

Magister Iohannes Selly[2] nomine doctoris Fox pro aula Profunda.

Magister Willelmus Greene nomine magistri Henrici Gellis pro Stapulhalle.

Magister Thomas Bemysley nomine proprio pro Hamptone Halle.

Magister Iohannes Thryng nomine proprio pro Mildredhalle.

fol. 169v = ccxviiiv. Idem nomine Willelmi Ashford pro Piry halle.

[1] Gra^ci, MS.

[2] Selly resided in Deep Hall; see p. 24.

Idem nomine domini Thome Hendy pro orto ex parte boriali aule predicte.[1]

Magister Willelmus Benyson nomine magistri Ricardi Luke pro Burnell Ynne.

Dominus Iohannes Talwyne nomine magistri Nicholai [*blank*] pro aula sancti Iohannis.[2]

Magister Willelmus Dayfoott nomine proprio pro Pekwaters Ynne.

Magister Willelmus Benne nomine magistri Th. Waltone pro Lata Porta in parochia Aldati.

Magister Iohannes Hulle nomine proprio pro aula Edwardi in parochia beate Marie.

Magister Iohannes Tregansowne nomine proprio pro aula Ceruina.

Idem nomine magistri Roberti Abdy pro Blakhalle.

Magister Iohannes Cobbow nomine proprio pro Lyonhalle.

Magister Iohannes Harlow nomine magistri Stephani Tyler pro Boemhalle.

Idem nomine magistri Th. Wodhille pro William Halle in Kybalstrete.

Magister Th. Parys nomine proprio pro aula beate Marie.

Idem nomine magistri Henrici Sampsone pro Litell Martyn Halle; fideiussoribus [*blank*] Bosworth & Thoma Karter.

Idem nomine magistri Henrici Popy pro Bidell Halle.

Magister[3] [*blank*] Walshe nomine magistri Iohannis Seymer pro Mawdlenhalle cum pertinenciis.

Magister Symon Fosdyke nomine magistri Th. Iolyff pro aula Vitrea.

Markus Thomas nomine doctoris Oweyn pro aula Edwardi in parochia sancti Edwardi.

Magister Ricardus Bulkley nomine proprio pro aula sancti Laurencii.[4]

Idem nomine magistri Willelmi Stayntone pro orto annexo.

Idem nomine magistri Th. Rawlyns pro Plomer Halle.[5]

Idem nomine Henrici Moleneux pro Takleys Ynne.

Magister Iohannes Iulian nomine proprio pro aula sancti Petri annexa collegio Exonie.

[1] It was north of Mildred Hall, not north of Piry Hall.

[2] As we have already had St. John's Hall in St. Aldate's parish, this must be St. John's Hall in St. John's parish; the rental of Oseney (Wood MS. F. 10) says that the principal was Nicholas Wright.

[3] The original reads N with a blank, not M; possibly Walshe was not Magister, and bore some such name as Nicholas. A few lines below we have Skarlett and Thomas, who apparently had no degree.

[4] Lawrence Hall has already been mentioned.

[5] We have had Plomer Hall before.

Magister Henricus Strother nomine Iohannis Wilton pro Andrew Halle in parochia sancti Iohannis Baptiste.

Magister Ricardus Marchal nomine proprio pro Sykelle Halle.

Magister Thomas Hede nomine magistri Ricardi Lawgharne pro Ynghehalle.

Magister Iohannes Attewille nomine proprio pro Beeks Ynne.

Robertus Skarlett nomine magistri Iohannis Redyng pro Haburdash Halle.

Idem nomine magistri Iohannis Greene pro aula sancti Edmundi minori.

Magister Iohannes Attewille nomine magistri W. Pyknam pro Michelle Halle.[1]

Magister Iohannes Aleyn nomine proprio pro aula Aquile.

Magister Ricardus Andrew nomine magistri Philippi Burgeyny pro Trillockes Ynne.

Idem nomine proprio pro aula Aristotilis.

Magister Iohannes Attewille nomine magistri Iohannis Bryton pro Stapulle Halle.

Magister Ricardus Toppe nomine magistri Ricardi Baunam pro Nonne Halle.

Hec facta erant in crastino Natiuitatis beate Marie virginis.

Sept. 18, 1458. Magister Thomas Reynold nomine proprio pro Michell Halle in parochia Aldati 18 die Septembris anno domini 1458; fideiussores Robertus Barbur & Iohannes Geffray glover.

Sept. 22, 1458. Item in die sancti Mauricii scilicet XXII die Septembris magister Iohannes Attewille re & verbo resignauit totum ius quod habuit ad principalitatem aule de Bekes Ynne, et eodem instanti temporis magister Stephanus Kylyow resignauit totum ius quod habuit ad Coventre Halle & exposuit caucionem pro Bekes Ynne & admissus est saluo &c.; et eciam idem magister Stephanus tunc exposuit caucionem nomine magistri Symonis Taure pro Coventre Halle &c.

fol. 170r = ccxixr.

Chaundeler.[2]

Mem. quod Robertus Ioly de parochia Magdalene, wever, convictus est coram nobis & procuratore boriali de extraccione daggarii in parochia sancti Clementis mense Septembris anno domini 1458, et condempnatus est ideo Uniuersitati in IIII solidis, de quibus exhibuit fideiussorem scilicet Walterum Weston, wever,

[1] The entry of Sept. 18, proves that Michelle Hall is the same as St. Michael's Hall in St. Aldate's, which has occurred previously.

[2] This page, as also 169v, was originally headed 'Danvers', which has been altered to 'Chaundeler'.

per eorum[1] obligacionem simplicem quadraginta solidorum soluendorum in festo Omnium Sanctorum proximo futuro; non sol*uii* quia fideiussor fugit.[2]

Oct. 1, 1458. Willelmus Hunche alias Lawncelle de aula Edwardi captus est in nocte prima mensis Octobris circa mediam noctem cum daggario per viceprocuratorem borialem, quod eciam confessus est dictus Willelmus; quare ipsum condempnavimus in IIs. pro lacione daggarii [& pro precio daggarii appreciati per nos & dictum viceprocuratorem ad VIIId., de quibus . . .][3]

In the margin. De istis II solidis magister Henricus Strother viceprocurator recepit IIIId. & procurator australis IIIId.

Robertus Ioly, wever, conuictus est de extraccione armorum; soluit post incarceracionem IIIIs., quia dignus fuit.

Oct. 11, 1458. Mem. quod XI die Octobris anno suprascripto Iohannes Telme, Thomas Drayton smyth, Thomas Browne & Ricardus Marchall de parochia sancti Petri in oriente Oxonie manuceperunt pro Iohanne Mathew, upholdyster, de Oxonia predicta sub pena viginti librarum, quod scilicet antedictus Iohannes Mathew respondebit tociens quociens oportebit coram nobis Cancellario Uniuersitatis Oxonie magistro Roberto Paslew & Iohanni Kerkby, prout iura exigunt, ad quecumque eidem per ipsos aut eorum alterum legitime obicienda.

Oct. 17, 1458. Mem. quod Iohannes Greve XVIIo die Octobris exposuit caucionem pro aula Bouina vacante per liberam dimissionem & resignacionem ultimi principalis ibidem ut asseruit, & inuenit fideiussores, Iohannem Mowyer & Robertum Barbour de parochia sancti Aldati Oxonie.

Oct. 23, 1458. Mem. quod XXIII die mensis Octobris doctor Danuers exposuit caucionem pro scolis iuris canonici et inuenit fideiussores.[4]

Item eodem die Alicia Morys, Normanna, abiuravit villam Oxonie & precinctum eiusdem preterquam in diebus communis mercati.

Oct. 24, 1458. Mem. quod XXIIII die mensis Octobris anno domini supradicto magister Iohannes Danvers decretorum doctor exposuit cauci-

[1] Perhaps an error for *eius*.

[2] The last five words are an addition. The whole entry has been crossed out.

[3] The words in brackets have been crossed out.

[4] This entry has been crossed out.

onem nomine suo proprio pro scolis iuris canonici, situatis in parochia sancti Edwardi Oxonie, et exhibuit fideiussores pro pensione earundem scolarum, videlicet Iohannem Bartone yremongere & Iohannem Bosworth corveser.

170v= ccxixv.

Thomas Chaundeler.

Oct. 24, 1458. Mem. quod XXIIII° die mensis Octobris anno domini MCCCCLVIII magister Iohannes Fyssher confessus est coram domino cancellario iudicialiter quod ratificauit & ratificat omnia gesta per magistrum Thomam Raynold substitutum suum in inueniendo fideiussores coram magistro Danuers, commissario generali dicti domini Cancellarii.

Item supradictus magister Iohannes Fysher iuratus ad sancta dei euangelia promisit quod dimittet principalitatem aule Bouine ad usum magistri Laurencii Cokk' in crastino Natiuitatis beate Marie anno domini MCCCCLIX, ad quam resignacionem tunc faciendam constituit magistrum Iohannem Cokk' per se & in solidum procuratorem suum cum potestate substituendi, & si ante finem illius termini continget ipsum magistrum Iohannem Fyssher dimittere illam principalitatem, constituet dictum magistrum Iohannem Cokk' solum procuratorem suum ad illum actum [cum clausula substituendi].[1] Et iurat ista non reuocare; prouiso tamen quod non recedatur a iure alterutrius [*sic*] parcium predictarum adquesito uel adquerendo eis aut eorum alteri ex quibusdam litteris quondam inter eos indentatis; quarum dat' est anno domini MCCCCLIIII, mensis Iulii die X°.

Nov. 3, 1458. Mem. quod tercio die Nouembris anno domini MCCCCLVIII materia omnis discordie inter Lodowicum Apoweyn actorem et Thomam Peny vicarium ecclesie parochialis sancti Petri in oriente Oxonie coram nobis compromittebatur in quatuor arbitros viz. Willelmum Dayfot et Willelmum Pyknam, Willelmum Neuel et Iohannem at Welle, et utraque pars obligauit se sub pena ducentarum marcarum stare laudo et arbitrio predictorum arbitrorum communiter electorum in omnibus causis inter predictos Lodowicum et Thomam pendentibus, dummodo arbitrium tale feratur citra festum sancti Andree proximum futurum; quibus non concordantibus infra predictum tempus, extunc potestas ferendi laudum siue arbitrium deuoluatur in manus magistri Iohannis Danuers imparis communiter electi, ita tamen quod dictus impar laudum ferat siue arbitrium citra festum Natiuitatis domini proximum futurum.

[1] The words in brackets have been crossed out.

Nov. 10, 1458. Mem. quod anno domini MCCCCLVIII mensis Nouembris die decimo coram magistro Thoma Chaundeler, sacre pagine professore, huius alme Uniuersitatis Oxonie cancellario, quedam controuersia que sperabatur moueri inter Iohannem Page prouisorem victualium collegii beate Marie Wynton' in Oxonia, executorem testamenti siue ultime uoluntatis Iohanne Blakethorne quondam relicte Iohannis Blakthorne de Oxonia, ex una parte, et Willelmum Ionys cissorem de Oxonia predicta ex altera parte, racione trium obligacionum quas dicta Iohanna contra prefatum Willelmum habuit ad tres summas, videlicet ad summam IX librarum, item ad summam septem librarum, item ad summam III librarum et X solidorum, sub modis & promissionibus infrascriptis terminata est, videlicet quod dictus Willelmus promisit dicto Iohanni Page stipulanti soluere XII libras bone & legalis monete Anglie aut suo procuratori ad IIII terminos infrascriptos per equales porciones, videlicet in festo Purificationis beate Marie virginis proximo futuro pro primo termino, item in festis Pentacostes, sancti Michaelis & Natiuitatis [*sic*] domini proximo extunc sequentibus pro secundo, tercio & quarto terminis sub pena XX librarum, et ad premissa fideliter perimplenda dictus Willelmus fide sua media in manu dicti domini Cancellarii se astrinxit.

Thomas Chaundeler.

fol. 171r = ccxxr.

Nov. 10, 1458. Mem. quod anno domini MCCCCLVIII mensis Nouembris die decimo Iohannes Buntyng de Oxonia, Petrus Aysheforthe & Thomas Gollan ciuitatis London' cesserunt iuri suo quod habuerunt & quilibet eorum habuit racione quarundam obligacionum, quibus Iohannes Partryghe de Oxonia flecher & Iohannes Raynold tenebantur eisdem ad summam, respectu unius obligacionis, cuius data est secundo die mensis Nouembris anno regni regis Henrici sexti post conquestum Anglie XXXIII, LVIIs. IIIId., item alterius obligacionis, cuius data est X die Iunii anno regni regis Henrici sexti XXXIIII, LXs. Xd., item tercie obligacionis cuius data est secundo die Nouembris anno regni regis Henrici sexti XXXIIII,[1] ad comodum & utilitatem Marci Thomas scolaris Uniuersitatis Oxonie coniunctim & diuisim in veram, puram & sinseram elemosinam, ita quod dicti Iohannes Partryghe flecher & Iohannes Raynold debitores senceantur [*sic*] dicti Marci Thomas in summis supradictis, in presencia domini Cancellarii et procuratoris borialis.

Nov. 11, 1458. Mem. quod anno supradicto, mensis Nouembris die XI°, Iohannes Heyward de Launtone ordinauit, fecit & constituit m*agistrum*

[1] The amount of the third obligation is omitted.

Willelmum Goodyer & Iohannem Walyngford, necnon Ricardum Westmyster monacum licenciatum, procuratores suos contra Radulfum Grutworth coniunctim & diuisim cum clausa [*sic*] substituendi alium uel alios ad eorum libitum; & quia idem Iohannes Heyward iurauit quod timuit de fuga Radulfi Grutford [*sic*], dominus decreuit ipsum arestari ad prestandum cauciones de iudicio cisti & iudicatum solui.

Nov. 11, 1458. Mem. quod anno domini supradicto die[1] XI° comparuerunt coram nobis dominus Nicolaus Calffe & Georgius Dauy iurati ac diligenter examinati super donacione & legato cuiusdam missalis facto domui sancte[2] Frediswyde ad usum secularium sacerdotum missas ibidem in eodem celebrancium, prouiso tamen quod dicti prior & conuentus non vendant aut quoquomodo alienent dictum missale sub pena decem marcarum, preter & ultra forisfacturam dicti libri, applicandarum communi usui Uniuersitatis; qui iurati clare ac plene deposuerunt pro legato supradicto. Acta sunt hec coram nobis magistro Thoma Chaundeler, cancellario Uniuersitatis Oxonie, die quo supra in presencia doctoris Lychefeld & magistri Stephani Tyler.

Item eodem die Iohannes Clarke comparuit coram nobis & constituit procuratores m*agistrum*[3] Iohannem Walyngford & Willelmum Pycnam generaliter in omnibus causis.

Nov. 15, 1458. Mem. quod XV die Nouembris anno domini 1458 probatum erat testamentum Thome Parker de parochia Omnium Sanctorum coram nobis Iohanne Danuers commissario &c.; commissaque est administracio eiusdem Agneti uxori sue executrici eiusdem, Thoma Dudley executore nominato in eodem testamento execucionem eiusdem testamenti coram nobis expresse renunciante.

Dec. 3, 1458. Margett [*sic*] Davy prestitit iuramentum de pace seruandà 3° die Decembris, et interuenerunt fideiussores de pace pro eadem Walterus Vaghhan seriaunt et Willelmus Hewlott jaylour de Bocardo sub pena XX librarum.

Dec. 7, 1458. Magister Iohannes Parys exposuit caucionem coram nobis pro aula Henxina in vigilia Concepcionis beate Marie virginis et admissa erat &c.

[1] No doubt *mensis Novembris* has been forgotten by the scribe, or is understood.

[2] sancti, MS.

[3] This word is indistinct and possibly has been erased.

Dec. 5, 1458. Mem. quod primo die Decembris in quadam accione ex causa mutui inter magistrum Iohannem Yevan procuratorem magistri Philippi Poltone actoris ex parte una et magistrum Th. Matyn procuratorem Thome Gaskyn partis ree ex altera per plures dies ventilata, propter defectum probacionis partem ream ab impeticione actoris absoluimus, et in quinto die Decembris tunc proximo sequente eidem parti actrici perpetuum silencium super eadem imposuimus; que quidem accio supradicta erat accio debiti quinque marcarum ex causa mutui, ut pars actrix in peticione sua pretendebat.

fol. 171v = CCXXV. Dec. 12, 1458. Mem. quod XII die mensis Decembris anno domini 1458 magister Laurencius Cokkis exposuit caucionem pro aula Bouina in parochia sancte Ebbe Oxonie, si a die exposicionis huiusmodi contingat aulam ipsam vacare tacite uel expresse aut qualitercumque et protestando quod nullo modo intendit derogare iuri magistri Iohannis Fissher principalis in eadem aula usque ad festum Natiuitatis beate Marie virginis proximo futurum, si idem magister Iohannes obseruauerit omnia inactitata in hoc registro domini Cancellarii[1] inita & facta inter prefatum magistrum Lawrencium & eundem magistrum Iohannem prout in eodem registro clarius elucescit. Et in crastino proximo sequenti interuenerunt fideiussores pro eadem aula Iohannes Mynchard baker de parochia Aldati & Willelmus Mille barbur de eadem parochia.

Dec. 14, 1458. Mem. quod [*blank*] die mensis Decembris hoc anno condempnatur Stephanus Barbur parochie Magdalene Oxonie Roberto Rowsam de castro Oxonie in quinquaginta solidis pro dimidia parte estimacionis quatuor craterarum nuper Henrico Tauerner & Agneti eius uxori accomodatarum per eundem Robertum, pro quibus crateris dictus Stephanus & quidam Iohannes Cowper fideiusserunt, scilicet pro retradicione earundem sub pena centum solidorum; reseruata semper potestate actori predicto exigendi & recuperandi ab eodem Stephano alteram dimidiam partem estimacionis earumdem craterarum, videlicet alios quinquaginta solidos ultra quinquaginta solidos supradictos, si dictus actor non poterit ab alio fideiussore, videlicet dicto Iohanne Cowper, propter eius absenciam uel latitacionem, aut alias non soluendo fuerit, dictam secundam dimidiam partem estimacionis recuperare. Et 14 die mensis Decembris magister Willelmus Reede, vicarius Magdalene Oxonie, & dominus Iohannes Male, vicarius de Shipton-under-

[1] See above, p. 6.

Whichwode, constituunt se debitores eidem Roberto pro predicto Stephano ad soluendum quinquaginta solidos ad dies sequentes, videlicet ante diem Natiuitatis [*sic*] domini proximo futurum decem solidos & ad festa Annunciacionis beate Marie virginis, Natiuitatis sancti Iohannis Baptiste & sancti Michaelis archangeli proximo sequencia XL solidos per equales porciones. Et si contingat quod dictus Stephanus vel alius nomine eius deliberet dicto Roberto aliquam uel aliquas de crateris supradictis, quod dictus Robertus verum valorem eiusdem vel earundem sic deliberatarum dictis debitoribus allocabit &c.

Dec. 22, 1458. Mem. quod XXII die mensis Decembris anno domini 1458 nos Iohannes Danuers, decretorum doctor, venerabilis viri magistri Thome Chaundeler huius alme Uniuersitatis Cancellarii commissarius generalis, censentes dignitatem officii nostri predicti lesam fore ex quadam falsa proclamacione facta publice in scolis ordinariis iuris canonici in presencia nostra ibidem per quendam magistrum Willelmum Piknam in iure ciuili bacallarium, ipsum Willelmum propterea coram conuocacione magistrorum regencium & non regencium in domum Congregacionis vocauimus; qui ibidem publice confitebatur quod nos commissarius predictus eramus iustus iudex et quod non sciuit nec credidit nos dictum commissarium iudicem iniustum fore, et cum dictus magister Willelmus dixisset publice in iudicio & eciam in scolis quod nos dictus commissarius iniustus iudex essemus, hoc dictus magister Willelmus confitebatur se dixisse ex rancore; et eciam dictus magister Willelmus, quia taliter in nos dictum commissarium deliquisset, veniam & remissionem inde humiliter implorauit, se ipsum propterea nostre correccioni submittendo. Et sic speramus quod fama nostra permanet illesa, dicta proclamacione falsa non obstante.

Jan. 3, 1458/9. Mem. quod 3° die mensis Ianuarii Thomas Barbur parochie sancte Marie Magdalene Oxonie condempnatur priori & sociis collegii Glowcestrensis Oxonie in octo solidis, omnibus computatis computandis & allocatis allocandis; quam summam pars rea eodem tempore promisit coram nobis Iohanne Danuers, commissario tunc generali &c., fideliter soluturum; et nos iniunximus eidem tunc ut infra octo dies satisfaciat de eisdem sub pena incarceracionis; et eciam tunc commisimus eundem Thomam carceribus de Bocardo propter caucionem, scilicet iudicatum solui &c.

172r = ccxxir. Dec. 20, 1458. Mem. quod in vigilia sancti Thome apostoli magister Iohannes Segden impar electus inter Iohannem Kyrkeby & Iohannem

Mathew upholder hoc laudum tulit coram nobis Iohanne Danuers, commissario &c., videlicet quod dictus Iohannes Mathew soluat dicto Iohanni Kyrkeby IIII libras V solidos infra octo dies tunc proximo sequentes sub pena centum solidorum eidem Iohanni Kyrkby soluendorum, et eciam quod idem Iohannes Mathew soluat eidem Iohanni Kyrkeby alios [*sic*] IIII libras V solidos ultra summam predictam in festo Pasche proximo futuro sub pena aliorum centum solidorum, ut supra soluendorum.

In die Epiphanie magister Iohannes Fissher principalis aule Bouine constituebat & deputauit magistrum Iohannem Greve de eadem aula substitutum suum, & dat sibi potestatem legendi ibidem tam ius canonicum quam ius ciuile, necnon alios lectores earundem facultatum deputandi ibidem & omnia alia faciendi & disponendi ibidem que concernunt potestatem principalis eiusdem aule pro tempore sue absencie, eciam licet maius speciale mandatum exigant. Concedimusque eidem magistro Iohanni Greve potestatem plenariam reuocandi & remouendi quemcumque alium substitutum lectoremve qualitercumque antea deputatum ibidem. Jan. 6, 1458/9.

Mem. quod XX° die mensis Ianuarii anno supradicto Iohannes Wymond, Thomas Tanner & Iohannes Dalton fideiussores sunt pro Iohanne Sowdon ad sistendum eum iudicio coram domino cancellario ad respondendum magistro Ricardo Granger IX° die Februarii proximo sequente sub pena quindecim librarum. Jan. 20, 1458/9.

Eodem die Iohannes West comparuit coram nobis & fatebatur se esse debitorem abbati de Osney in quinque marcis, & habet diem ad soluendum in festo Purificacionis beate Marie proximo sequente sub pena incarceracionis. Jan. 20, 1458/9.

Eodem die Iohannes Bykyrstaf senior & Iohannes Bykyrstaf iunior petunt exhiberi fideiussores pro pace conseruanda per quendam Ricardum Bonde nunc in castro Oxonie.

Mem. quod ultimo die Ianuarii anno domini suprascripto Thomas Payn lathamus confessus est in iudicio coram nobis se esse debitorem in XXXI solidis procuratoribus capelle beate Marie in ecclesia sancti Egidii prope Oxoniam, et promisit se soluturum in festo Penthechostes proximo sequente VIS. VIII*d.*, et in festo sancti Petri ad Vincula extunc proximo sequente VIS. VIII*d.*, & in festo sancti Michaelis archangeli proximo extunc sequente VIS. VIII*d.*, & residuum videlicet XI solidos in completam solucionem in Jan. 31, 1458/9.

festo Omnium Sanctorum proximo sequente, & ad istas soluciones fideliter perimplendas sunt fideiussores Iohannes Baylymason & Willelmus Smyth alias Holme ut patet in folio quinto precedente.[1]

Feb. 6, 1458/9. Mem. quod sexto die mensis Februarii quidam [*blank*] conuictus est de lacione armorum; incarceratus soluit IIs.

Eodem die Robertus Furbour quia, frequentur uocatus et publice citatus, comparere et iuri stare pertinaciter contempsit, ab hac Uniuersitate bannitus est.

Eodem die Matildis Smyth alias Talbot propter incontinenciam suam, sicut de qua non est spes boni, abiurauit Uniuersitatem et eius procinctum.

Feb. 3, 1458/9. Mem. quod anno domini 1458 mensis Februarii die tercio Thomas Wyght filius Thome Wyght nuper mancipii aule beate Marie Oxonie constituit Iohannem Ruscell socium collegii beate Marie Wintonie in Oxonia procuratorem suum generalem cum libera administracione et specialiter ad recipiendum quecumque bona & iocalia in testamento patris sui seu alias ex voluntate eiusdem patris sui sibi relicta.

fol. 172v = ccxxiv. Feb. 9, 1458/9. Mem. quod IXo Februarii Iohannes Wymond, Thomas Tanner & Iohannes Dalton interuenerunt fideiussores coram nobis de iudicio sisti pro Iohanne Sowdone ad respondendum magistro Ricardo Granger in accione XV librarum per obligacionem usque ad octauum diem post festum Pasche proximo futurum; qui fideiussores exhibuerunt dictum Iohannem Sowdone isto IX die coram nobis prout obligati fuerant ex actubus precedentibus in altera parte istius folii.

Mem. quod Iohannes Sowdone constituebat Reginaldum Stone suum procuratorem.

Feb. 7, 1458/9. Iohannes [*blank*] smyth de parochia Magdalene Oxonie seruiens & famulus ut fatebatur monachi de Bury, collegii Glowcest', condempnatur in die Cinerum Nicholao Smythfeld mancipio & procuratori capelle beate Marie virginis ibidem pro arreragiis redditus cuiusdam domus eiusdem capelle secundum confessionem eiusdem Iohannis in XIIII solidis, & eciam pro redditu eiusdem domus pro anno integro in tempore eiusdem procuratoris ultra III solidos VI denarios quos soluit, in Xs. & VId.; & sic condempnatur

[1] See fol. 167v.

in toto eidem Nicholao ultra omnimodas allocaciones eidem Iohanni fiendas secundum confessionem suam propriam in XXIIIIs. VId., soluendis infra VIII dies proximo sequentes; prouiso semper quod [si][1] dictus Nicholaus probare poterit id quod peciit, scilicet dictum Iohannem debere de predictis arreragiis ante tempus procuracionis dicti Nicholai eidem capelle debitis XVI solidos ubi dictus Iohannes solum fatebatur de XIIII solidis quod tunc Iohannes debet condempnari eidem Nicholao tanquam procuratori predicte capelle ultra predictam summam XXIIII solidorum & VI denariorum in duobus solidis; et sic tunc debet condempnari in toto in XXVIs. VId. ultra omnimodas allocaciones; et ad exhibendum fideiussores de dictis condempnatis soluendis & de iudicio sisti super residuo comittitur carceribus de Bocardo. Eciam dictus Nicholaus eodem die peciit ut dictus Iohannes exhibeat caucionem de iudicio sisti in accione XL solidorum sibi debitorum, quia dictus Iohannes obligauit se soluere hoc si deficeret in solucione supradictorum[2] XXVIs. VId. ad certos terminos limitatos. Eciam eodem die doctor Stapulleherst, prior Carmelitarum Oxonie, peciit caucionem iudicio sisti de eodem Iohanne pro IIII solidis propter equum dicto Iohanni venditum pro V solidis, de quibus soluit XIId.; eciam eodem die Iohannes Salisbury, quyltmaker, parochie Michaelis borealis petit caucionem [de][3] iudicio sisti ab eodem Iohanne Smyth pro IIs. VId. pro redditu domus & pro XIIs. pro ruptura eiusdem domus.

Feb. 14, 1458/9. Mem. quod in die sancti Valentini compertum erat quod Iohannes Batyn baker defectum fecit in pondere I panis de precio oboli secundum pondus Troianum in una uncia & dimidia. Et iniunctum erat eidem ne inantea deficeret in pondere panis nec in qualitate eiusdem sub pena iuris.

Feb. 17, 1458/9. Mem. quod 17 die mensis Februarii anno domini 1458 coram magistris Thoma Bonyfawnt & Iohanne Bedone, in sacra pagina professoribus, magistro Martino Iuner[4] procuratore Uniuersitatis Oxonie, vicecomes Oxonie & Berks iuratus prius ad seruandum pacem & priuilegia Uniuersitatis coram domino Cancellario Anglie recepit iuramentum corporale a Iohanne Hautmont subuicecomite in forma que sequitur:—Ye[5] shall swer thatt ye shall kepe and defend by all your forse and power maisters and scolers of the Uniuersite of Oxon' and there seruants of iniuries and violence;

[1] Not in MS.

[2] Supradictarum, MS.; perhaps XXVIs. VId. would be expanded as 'XXVI solidatarum VI denariatarum.'

[3] Not in MS.

[4] Usually spelt Joyner.

[5] For the oath of the sheriff see fol. 144.

And the peace in the sayd Uniuersite in as moch as in you ys ye shall make to be kept; Ye shall yyf your councell ad [*sic*] eyde[1] to the Chanceller and scolers of the same Uniuersite to punysshe the distourbours of the pease ther after the priuelages & statutes of the sayd Uniuersite as oft as hyt shall be neede; Also ye shall putt your eyde by alle your mygth to defend the priuelages, libertes & custummes of the sayd Uniuersite. Acta sunt hec in collegio sancte Marie Wintonie in Oxonia; & ista est forma iuramenti uicecomitis recepti a Cancellario Anglie.

Ye schal also sware that ye schal kepe, defende, maynteyne & execute as ofte as ye be lawfully callyd theron specyally owre priuilegys & eueryche of them concernyng the offyce of the stewardschyp of Oxford as longe as ye occupy the same.[2]

fol. 173r = ccxxiir. Feb. 16, 1458/9.

Thomas Chaundeler.

Mem. quod XVI die mensis Februarii anno domini 1458 nos Iohannes Danuers commissarius &c. commisimus Iohanni Russh de aula Vinea Oxonie administracionem generalem omnium bonorum magistri Thome Blaklow nuper de eadem, modo defuncti, prestito iuramento de fideli compoto fiendo.

Feb. 27, 1458/9.

Magister Robertus Caynelle penultimo die mensis Februarii anno domini 1458 peciit a nobis Iohanne Danvers commissario sequestracionem bonorum magistri Thome Blaklow fieri per nos, quia dictus magister Thomas Blaclow debet cuidam [*blank*] consanguineo eiusdem magistri Thome [*blank*] ex mutuo, quod protestatus est dictus magister Robertus Kaynelle se nomine dicti consanguinei magistri Thome prosequuturum [*sic*]; peciitque ut registraremus se dictam accionem debiti contra dictum Iohannem Russhe intentasse, sed quia dictus Iohannes Russhe absens fuerat non citatus neque contumax, igitur dictam sequestracionem tunc distulimus.

Feb. 27, 1458/9.

Iohannes Wysdam de parochia Omnium Sanctorum Oxonie brownbaker penultimo die Februarii anno domini MCCCCLVIII coram nobis confessus & conuictus in[3] defectu ponderis panis equorum per decem uncias & dimidiam in uno pane de obolo secundum pondus Troianum, ac propterea incarceratus; obligauitque se seruaturum[4] inantea & nullatenus se deficere in pondere

[1] Above this word is written 'helpe' in the original hand.
[2] This is evidently the oath administered to the steward of the University.
[3] si, MS.
[4] We must supply *assisam* or some such word.

sub pena collistrigii, & ad hoc seruandum prestitit iuramentum corporale.

fol. 173v = ccxxiiv. Feb. 28, 1458/9.

Mem. quod ultimo die Februarii anno domini 1458 coram nobis Iohanne Danvers, commissario &c., Thomas Browne de parochia sancti Petri in oriente Oxonie interuenit fideiussor pro Edmundo Steynour de eadem parochia de iudicio sisti sub pena XXIIIIs. in causa debiti inter dominum Willelmum Sandall rectorem de Woddesdone & prefatum Edmundum.

Mem. quod primo die mensis Februarii[1] anno domini 1458 appreciata erat toga Gilberti Norys coloris russeti penulata cum bever ad summam duorum nobilium coram nobis per Iohannem Moore iuratum &c.; quam togam assignauimus Thome Strein' nuper m*ancipio* aule de Brasenose in plenam satisfactionem eidem pro omnibus debitis dicti Gilberti pro communis & batellis suis & omnium aliorum quorum creditor fuerat in eadem aula; et eciam dictus Thomas Strein' constituit se soluturum Willelmo Gryffyth taylour pro debitis predicti Gilberti VIII solidos.

Mar. 10, 1458/9.

Mem. quod X° die Marcii anno suprascripto quidam rector, vocatus Thor', conuictus de perturbacione pacis, incarceratus soluit pro percussione cum armis Xs.

Mar. 7, 1458/9.

Mem. quod septimo die Marcii anno domini MCCCCLVIII quedam litis materia suborta inter Thomam Hudeson scolarem partem actricem ex parte una & Iohannem Aphowelle seruientem domini Roberti Harecourte militis partem ream ex altra [*sic*] compromissa erat coram domino Cancellario Uniuersitatis Oxonie in magistrum Thomam Walton utriusque iuris bacullarium & magistrum Iohannem Smerte iuris ciuilis bacullarium, & promiserunt partes predicte sub pena XX librarum auri, datis fideiussoribus hincinde, viz. pro dicto Thoma Ricardo Marschall dicto Iohanni & per dictum Iohannem Roberto Iefferey extra portam borialem Oxonie commorante dicto Thome, stare in alto & in basso laudo, arbitrio ac sentencie eorum, dum tamen predictum laudum, arbitrium seu sententiam infra quinque septimanas proximo & immediate festum Pasche proximo futurum post datam presencium sequentes inclusiue protulerint[2]; et si contingat prefatos compromissores, arbitros, arbitratores seu amicabiles compositores nullum proferre[3] laudum, arbitrium seu sententiam, tunc predicti eligerunt magistrum

[1] Possibly an error for *Marcii*.
[2] pertulerint, MS.
[3] perferre, MS.

Iohannem Moliners in artibus magistrum in imparem, [dantes][1] sibi consimilem potestatem.

May 13, 1459. Et in vigilia Pentecostes ante horam decimam signatam[2] supradictus magister Molyners laudum tulit hoc, scilicet quod supradictus Iohannes Aphowell soluet in festo Natiuitatis sancti Iohannis Baptiste proximo futuro supradicto Thome Hudeson XIIIs. IIIId. & in festo sancti Michaelis archangeli proximo futuro XIIIs. IIIId. & in festo Natiuitatis domini proximo futuro XIIIs. IIIId.; et sic dictus Iohannes Aphowell debet soluere dicto Thome Hudeson in toto XL solidos ad dies supradictos. Et si deficiat dictus Iohannes Aphowell in solucione supradicta in parte uel in toto in aliquo die solucionis supradicto [*sic*], ita quod non soluat supradicto Thome Hudeson nec alicui ipsius speciali assignato ad dies solucionis supradictos modo & forma prescriptis, quod in penam viginti librarum supradictam eidem Thome Hudeson persoluendam dictus Iohannes Aphowell incidat eo ipso. Et laudum istud factum erat coram nobis magistro Iohanne Danuers, commissario generali, in Aula Solarii in vigilia supradicta, presentibus m*agistro* Ricardo Norys & Iohanne Russhe ad hoc specialiter vocatis & rogatis.

174r = ccxxiiir. Mar. 17, 1458/9. Mem. quod XVII die mensis Marcii anno domini MCCCCLVIII Dauid Ap Thomas de Gowerslond in Suthwall*ia* iurauit ad sancta dei euangelia quod obseruabit pacem penes Cancellarium Oxonie qui nunc est et qui pro tempore fuerit, etiam penes magistrum Iohannem Molyneux alterum procuratorum eiusdem Uniuersitatis, penes omnes eorum seruientes & omnes eisdem aut eorum alteri adherentes ac omnes scolares Uniuersitatis Oxonie antedicte, & quod idem Dauid impediet quoadvixerit quantum in eo fuerit ne predicti Cancellarius, procurator aut aliquis alius de supradictis occasione alicuius facti infra eandem Uniuersitatem vel extra a principio mundi usque in presentem diem iniurietur, ledatur aut aliquo alio modo grauetur; et si aliquando constiterit eidem David Ap-Thomas de aliquo dampno corporali, iniuria seu grauamine alicui supradictorum verisimiliter euenturo, quod cicius quo poterit illi vel illis ad cuius dampnum, iniuriam seu grauamen sic de verisimili agetur, intimabit viis & modis quibus melius poterit reuelando; item quod non conspirabit, nec mediaciones aut instancias suas interponet ad illegitimam eductionem Rice Lude[3] modo incarcerati in carcere de Bocardo ab eisdem carceribus nec

[1] Not in MS.

[2] Perhaps means 'before the bell rang'.

[3] In a later entry he is styled 'Richard Lloid'.

ab aliis carceribus infra procinctum eiusdem Uniuersitatis, sed quantum in eo fuerit omnem huiusmodi carceris infriccionem impediet nec permittet ab aliis fieri; item quod idem Dauid recedet XVIII° die instantis mensis citra terciam horam post nonam eiusdem XVIII^e^ diei[1] ab eadem Uniuersitate & procinctu eiusdem, & quod idem Dauid non presumet per spacium duodecim septimanarum immediate post diem presentem sequencium appropinquare eidem Uniuersitati Oxonie per decem miliaria eidem Uniuersitati proximo adiacencia [sub pena centum librarum].[2] Acta sunt hec die & anno supradictis, presentibus ibidem discretis viris & venerabilibus doctoribus magistro Iohanne Bedon in sacra theologia & magistro Ricardo Lichfeld in iure ciuili.

Mem. quod XXI die Marcii anno suprascripto Ricardus Bowyere de Hampton Hal, conuictus de lacione baculi, soluit XVI*d.*; non plus propter paupertatem. Mar. 21, 1458/9.

Eodem die Ricardus Lete mancipium eiusdem aule, conuictus de lacione baculi, incarceratus soluit XX*d.* et non plus propter paupertatem.

Eodem die Iohannes Mercer famulus I. Harres[3] . . .

Mem. quod decimo die mensis Aprilis Iohannes Kyrkeby conuictus est de lacione armorum; incarceratus est & soluit Uniuersitati IIs. fol. 174v = ccxxiiiv. Ap. 10, 1459.

Idem Iohannes Kyrkeby iurauit ad sancta dei euangelia & sub pena centum solidorum Uniuersitati soluendorum quod obseruabit pacem penes Ricardum Stacy glouer, Iohannem Berewyke latener, Iohannem Mertone & Stephanum Tyler glouer & eorum quemlibet.[4]

Mem. quod [*blank*] die mensis Aprilis quidam dominus Willelmus Ap Yevan Dee presbiter prestitit iuramentum sub forma que sequitur coram Cancellario huius alme Uniuersitatis, presentibus magistris Martino Ioynour & Iohanne Molyners tunc procuratoribus dicte Uniuersitatis, videlicet:—Ego Willelmus Ap Yevan Dee in libertate, non metu ductus, nec coactus, iuro ad hec sancta

[1] N.B. *dies* is treated as feminine here, as masculine just before.

[2] A line has been drawn through these four words.

[3] The rest of the page is torn off, but from the margin which remains we learn that John Mercer after imprisonment paid IXs., and that there were four more entries beginning 'Eodem die' and that the culprits paid IIs., IIs., XXIIId., and in the last case two fines of VIIs. and IXs.

[4] In the margin is written 'computatur &c.' at this point.

dei euangelia corporaliter per me tacta & ocularitер per me inspecta quod nunquam dum vixero molestabo, inquietabo, seu grauabo per me nec per alium vel alios magistrum Thomam Chaundeler, nunc Cancellarium dicte Uniuersitatis, doctorem sacre theologie in persona sua nec in bonis suis nec aliquam personam ad dictum magistrum Thomam modo pertinentem aut que depost ad eum aliquo modo vel titulo pertinebit; nec alicui vel aliquibus consensum, auxilium uel fauorem volenti aut volentibus, ut premittitur, dictum magistrum Thomam in persona sua aut bonis grauare prebebo, sed quantum in me fuerit impediam viis & modis quibus melius potero & sciuero, ne huiusmodi grauamen sibi aut alicui ex suis inferatur; item quod conseruabo pacem penes magistrum Martinum Joynour, Iohannem Molyneux modo procuratores dicte Uniuersitatis Oxonie & custodem carceris de Bocardo & omnes eisdem vel eorum alicui adherentes; item quod non infringam aliquem carcerem domini regis infra regnum Anglie pro aliquo incarcerato ab eodem carcere liberando, nec alicui volenti aut volituro aliquem[1] carcerem domini regis infringere consenciam pro liberacione alicuius incarcerati, sicut deus me adiuuet et hec sancta dei euangelia. Hec facta erant coram dicto venerabili viro magistro Thome Chaundeler, precepitque ipse michi Iohanni Danuers eius commissario ut hec predicta registrarem secundum tenorem scedule cuiusdam michi cum dicto registro per ipsum deliberate.

Mem. quod Ricardus Ap Thomas in Wallico ydeomate vocatus Rys Lloid,[2] vir valde suspectus & grauiter diffamatus de furto, arestatur & committitur ad carceres de Bocardo ut inueniret sufficientem securitatem de se bene gerendo erga omnes & singulos ligeos domini nostri regis; [item quod magister][3] Iohannes Bedon, doctor sacre theologie, acceptauit [accionem][4] contra predictum Rys Lloid [ ][5] ablatione quorundam bonorum ad [valorem . . . .].

fol. 175[r] = ccxxiv[r]. Ap. 16, 1459. Mem. quod XVI die mensis Aprilis magister Henricus Moorcok deliberauit nobis Iohanni Danuers, commissario generali &c., de bonis Thome Wyghte nuper mancipii aule beate Marie, que bona per confessionem in foro penitentiali recepit ut dicit, videlicet unum maser cum gylt brynkes[6] & unum stondyng cuppe with couerkelle of siluer & VI coclearia de argento, que VI coclearia

[1] MS. inserts *si* before *aliquem*.
[2] Previously *Rice Lude*.
[3] conjectural.
[4] This word has been scratched out.
[5] The page is torn.
[6] brims.

ponebantur in vadium pro VIS. VIII*d*., cui nescimus, quia non constat nisi per dictam confessionem in foro penitentiali, &c.[1]

Item XVII die Aprilis Dionisius Burnygell nuper de aula Colsylle, ut dicit, conuincitur de tensione & attraccione arcus cum sagitta contra pacem, sed non sagittauit; unde condempnatur in IIII solidis; de quibus procuratores Uniuersitatis satisfacient Uniuersitati prout est moris; nam receperunt quod eis & eciam Uniuersitati inde debeatur. Bereworth.[2] Ap. 17, 1459.

In vigilia sancti Marci euangeliste magister Iohannes Cokkys, procurator ut dicit magistri Iohannis Fyssher, principalis aule Bouine Oxonie, per litteras sigillatas sigillo officialis archidiaconi Leycestrie constitutus, resignauit dictam principalitatem coram nobis Iohanne Danuers, comissario generali &c., presente magistro Thoma Lee procuratore Uniuersitatis & magistro Thoma Matyn &c. Ap. 24, 1459.

Magister Iohn' Obyn in dicta vigilia sancti Marci promisit, medio iuramento corporaliter prestito, magistro Lawrencio Cokkys stipulanti quod ipsemet magister Iohannes Obyn resignabit principalitatem dicte aule Bouine ad usum dicti magistri Lawrencii quandocumque dictus magister Lawrencius ibidem residere voluerit & ipsum super hoc requisierit; presentibus tunc ibidem supradicto magistro Thoma Lee & magistro Thoma Matyn.

Et dicta vigilia sancti Marci resignacione facta supradicta, antequam alius pro eadem aula Bouina postea exposuit caucionem, dictus magister Iohannes Obyn nomine suo proprio pro dicta aula exposuit caucionem & admissus fuerat, saluo iure cuiuscumque &c.

Mem. quod [*blank*] die Aprilis dominus Thomas Gay de Beeks Inne conuictus erat super perturbacione pacis, videlicet percutiendo [*blank*] in capite usque ad sanguinis effusionem cum cultello in Fysh Streete & soluit XS.; de quibus procuratores satisfacient Uniuersitati, nam receperunt quod ipsis & Uniuersitati inde debeatur. Bereworth.

Mem. quod ultimo die mensis Aprilis magister Georgius Hardgylle de collegio Mertone socius & dominus Robertus Frystone de eodem collegio capellanus, executores testamenti Roberti Pertt de eodem collegio bacallarii, ostenderunt coram nobis Iohanne Danuers tunc commissario generali &c. dictum testa- Ap. 30, 1459.

[1] The conclusion of this matter is given below under the date of June 2. The Chancellor, the University, and the Proctors each received a third of the fine (see *Munim. Acad.* i. 318).
[2] The name of one of the proctors; no doubt he had received the money.

mentum, idque per nos probari & approbari humiliter supplicarunt; quibus executoribus in forma iuris iuratis dicti testamenti commisimus execucionem, et eosdem executores ab omni compoto relaxauimus, saluo iure cuiuscumque.[1] Qui executores predicti postea reclamauerunt, quia dixerunt se non posse a Cancellario hec petere propter eorum priuilegia obuiancia, &c.

May 2, 1459. Mem. quod secundo die mensis Maii Thomas Cudworth de parochia sancti Martini skynner, Ricardus Barett de parochia sancti Michaelis australis brewer, Iohannes Taylour cocus aule beati Laurencii & Iohannes Talver de dicta parochia sancti Michaelis grasyer obligant se soluturos magistro Ricardo Grang[er] xv libras nono die mensis Iulii &c., et quilibet ipsorum se obligat pro toto & in solidum &c. sub tali condicione quod nisi[2] Iohannes Sowdone famulus abbatis Oseneye nunc incarceratus in Bocardo soluat dicto magistro Ricardo dicto die mensis Iulii xv libras vel alias se reddat corporaliter incarcerandus eodem die hora prima & in eundem statum quo nunc est in carceribus, quod tunc dicti Thomas, Ricardus Baret, Iohannes Taylour & Iohannes Talver absoluentur a dicta obligacione; alioquin maneant & quilibet eorum, ut supra, maneat obligatus.

fol. 175^{v} = ccxxiv^{v}. May 5, 1459. Quinto die mensis Maii banniti sunt in publico foro in Quadriuio hii tres, videlicet dominus Willelmus Ap Yevan Dee presbiter & Iohannes Yrysh alias vocatus Iohannes Dee, qui dicebatur famulus dicti domini Willelmi, propter insultum factum per ipsos contra pacem in personam [*blank*] Worde sergeaunt, et quia vocati erant & comparere noluerunt. Et tercius bannitus erat Thomas Pieres fuller, famulus uxoris Roberti Downtone iuxta Smythgate, quia dictus Thomas conuictus erat se fuisse solum cum sola in orto cum Margareta filia uxoris magistri Stephani Kylyow, hostio clauso, & sic vehementer suspectim, propter quod dicta Margareta inbocardizata fuerat, & dictus Thomas, iussus per commissarium generalem ut in carceres de Bocardo transiret, adire recusauit.

Ap. 6, 1459. Item sexto die Aprilis deliberaui procuratoribus in Aula Solarii x solidos, quos recuperaui a magistro Stephano Kylyow pro condicione gracie reconsiliacionis uxoris sue post bannicionem factam tempore magistri Thome Gascoign[3] ut supra folio 64. Bereworthe.

[1] As far as this word the entry has been crossed out.

[2] It seems that the scribe should have written *si*.

[3] On fol. 37^{v} (= LXIIII^{v}) Matildis Pariur, 'afterwards the wife of Stephen Kilow', is banished.

Iohannes Belle, mancipium aule Stapuline, percussit Iohannem Holwelle hostillarium in hospicio Tabardi in parochia sancti Petri, propter quod borialis[1] ipsum incarcerauit & concordauit secum pro XL denariis. De quota parte cuius tam ipsis & Uniuersitati pertinente[2] respondebunt, quia receperunt &c. Bereworthe.

Ricardus Mason aquebaiulus sancti Aldati propter perturbacionem pacis conuictus soluit IIIIs.; de quibus procuratores Uniuersitatis respondebunt pro quota parte, nam receperunt quod ipsis & Uniuersitati inde debeatur. Bereworthe.

Willelmus Sanford propter extraccionem sanguinis contra pacem in personam [*blank*] soluit Xs.; de quota parte cuius procuratores Uniuersitati respondebunt; nam receperunt quod eis & Uniuersitati inde debeatur. Bereworthe.

Ultimo die Maii anno domini MCCCCLIX doctor Potman exposuit caucionem pro aula vulgariter nuncupata Nunnehalle & inuenit fideiussores Ricardum Marchal, Ricardum Crocsale. **May 31, 1459.**

Mem. quod secundo die mensis Iunii anno suprascripto ad mandatum domini Cancellarii & ad requisicionem Iohannis Ruscell, socii collegii beate Marie Wintonie in Oxonia, procuratoris generalis cum libera administracione Thome Wyght filii nuper Thome Wyght mancipii aule beate Marie Oxonie, magister Iohannes Danuers decretorum doctor tradidit & deliberauit predicto Iohanni Ruscell omnia iocalia recepta per eundem doctorem a magistro Henrico Morcoke, videlicet unum maser cum gylte brynkes & unum stondyng cuppe with a coverkel of syluer, VI cocliaria argentea, de quibus omnibus iocalibus dictus I. Ruscell promittit dictum doctorem saluare[3] indemnem. **June 2, 1459.**

Eodem die quidam extraneus cuius nomen [*blank*] conuictus est de percussione cum pugno, incarceratus est & soluit IIIIs.

Item I. Ap Howel conuictus est de lacione armorum; incarceratus soluit IIs., unde procurator australis recepit pro porcione sua IIIId. & restant XXd.[4]

Item XII° die Iunii Iohannes Stukeley conuictus est de extrac- **June 12, 1459.**

[1] i. e. procurator borialis. The Tabard was subsequently the Angel (see *Cart. of the Hosp. of St. John*).

[2] pertinens, MS.

[3] salare, MS.; see the entry of Ap. 16, 1459.

[4] *Bereworthe* in the margin.

cione armorum, viz. unius lancee, & petita est securitas pacis ab eodem per Petrum Nicholai. Ideo missus ad Castrum.[1]

fol. 176r = ccxxvr. June 13, 1459.

Thomas Chaundeler.

Terciodecimo die mensis Iunii anno domini MCCCCLIX° Thomas Peny, vicarius ecclesie parochialis sancti Petri in oriente Oxonie, prestitit coram nobis Thoma Chaundeler Cancellario Oxonie iuramentum sub forma que sequitur:—Ego Thomas Peny sacerdos et vicarius ecclesie parochialis sancti Petri in oriente Oxonie, non compulsus, non vi nec metu ductus, iuro ad hec sancta dei euangelia per me corporaliter tacta quod non inquietabo, molestabo, vexabo in aliquo seu grauabo quocumque colore aliquem de parochianis supradicte parochie sancti Petri Oxonie nec aliquem alium eiusdem ville Oxonie pretextu alicuius accusacionis, denunciacionis vel deteccionis persone mee supradicti Thome Peny aut persone Katerine Whyrel de Oxonia super aliquo crimine uel aliquibus criminibus Cancellario Oxonie, qui nunc est aut qui erit; nec dabo consilium, auxilium nec fauorem ad huiusmodi inquietacionem, molestacionem, vexacionem, aut grauacionem per aliquem vel aliquos alicui supradictorum de Oxonia inferendam, sed eas pocius viis et modis quibus melius potero ne fiant impediam; item quod non aggrediar de cetero suspiciose domum siue mansum Iohannis Whyrel sissoris Oxonie et quod non hospitabor ibidem die aut nocte sub pena decem librarum, sine contradiccione Uniuersitati Oxonie soluendarum. Acta sunt hec in collegio beate Marie Wyntonie in Oxonia, die & anno supradictis.[2]

June 19, 1459.

Mem. quod XIX die mensis Iunii anno domini supradicto quidam Iohannes Ianyns soluit[3] in presencia nostra procuratoribus capelle beate Marie in ecclesia sancti Petri in oriente in completam solucionem de & pro arreragiis prioris mariti mulieris, nunc coniugis eiusdem Iohannis Ianyns, & fideiusserunt ad saluandum dictum Iohannem indempnem.

June 19, 1459.

Mem. quod eodem die dominus Robertus Lynkefeld, vicarius insule de Teneth in Cancia, prestitit coram nobis Thoma Chaundeler cancellario Oxonie in presencia domini Nicholai Calfe, vicarii de Horsam, iuramentum corporale tactis sacrosanctis

[1] In the margin: 'Nichil soluit quia pauper, & diu in carceribus.'

[2] Lines have been drawn across this entry. See an entry of Dec. 1, 1457.

[3] The record does not say what he paid. The only property which was owned by the chapel of St. Mary was the Saracen's Head, now no. 85 High Street. No doubt the debt was for the rent of the house.

euangeliis quod de cetero subtrahet se a consorcio suspicioso uxoris Iohannis Wythyg & a domo siue manso eiusdem; item quod non trahet adextra materiam aliquam coram nobis terminabilem adintra.

June 24, 1459.

XXIIII^to die eiusdem mensis quedam Margareta Beke abiurauit villam Oxonie & procinctum Uniuersitatis.

fol. 176v = ccxxvv June 27, 1459.

T. Chaundeler.

XXVII^mo die Iunii anno domini millesimo CCCCLIX coram nobis personaliter comparens Ricardus White carpenter iuramentum tactis sacris corporale prestitit quod si contingat Iohannam Tysyn ab hoc die in posterum infra Uniuersitatis Oxonie procinctum deprehendi, quod tunc dictus Ricardus XL solidos monete Anglicane soluet Uniuersitati sine contradictione.[1] Insuper iurauit quod si ipse suspectis locis & suspiciose conuersari contigerit cum eadem, quod tunc idem, preter & ultra penam supradictam, dictam Iohannam si legitime fieri poterit habebit in uxorem, & ultra id soluet eciam predicte Uniuersitati XX solidos.

July 1, 1459.

Primo die mensis Iulii anno supradicto Agnes Noke, alias Lampray, filia Lampray fullonis Oxonie abiurauit Uniuersitatem Oxonie & procinctum eiusdem, & idem Lampray manucepit pro filia sua quod sine licencia Cancellarii nunquam eadem ingredietur Oxoniam aut procinctum eiusdem sub pena XL solidorum.[2]

Iohanna Tysan abiurauit uillam Oxonie et procinctum Uniuersitatis; etiam bannita est ab Oxonia et decem miliariis ville Oxonie circumiacentibus.

Katerina Whirel (uxor Iohannis Whirel ut patet in altra huius folii parte)[3] bannita est ab Oxonia & decem miliariis circumiacentibus.

Iohanna Sered alias Serett abiurauit uillam Oxonie & procinctum eiusdem. Restituta est postea.[4]

Kateryna Smyth bannita est &c.

[1] The entry as far as this word has been crossed out; in the margin is written 'relaxatur quia mulier deprehensa est & in carcerem missa'.

[2] This entry has been scratched out, and some of the words (e. g. Noke) are doubtful.

[3] The words in brackets are added above the line, but in the original hand.

[4] The last three words are an addition.

Gylmyn Skynner abiurauit Uniuersitatem & procinctum eiusdem.[1] Dispensatur cum ea ad tempus.

Cristina Browhan pronuba capitanea bannita est.

Commissarius generalis.

Memorandum quod magister Thomas Eslake conuictus & confessus super perturbacione pacis, percutiendo dominum Iohannem Westerdale cum sica extracta grauiter usque ad grauem sanguinis effusionem; et quia dictus magister Thomas alias super pacis perturbacione conuictus est, ut patet in folio IX proximo precedenti,[2] ipsum igitur secundum tenorem statutorum in XX solidis condempnauimus; de quibus recepimus X solidos pre manibus & pro aliis X solidis aretro non solutis exhibuit fideiussores de soluendo, uidelicet magistrum Iohannem Ap-howell principalem Aule sancti Edwardi & magistrum Iohannem Selly de Aula Profunda; et dixerunt hii quod huiusmodi execucio non erat solita fieri.[3]

Ricardus famulus Willelmi Katryk taylour conuictus est de portacione lancee, ut creditur, contra pacem & propterea soluit Uniuersitati secundum tenorem *capituli* 'Cum effrenata' IIs.

Dominus Iohannes West*er*dale conuictus est de extraccione daggarii contra pacem; propterea ipsum condempnauimus in IIII solidis; non tamen soluit adhuc, quia superuenit grauis lesio eius &c.; postea soluit nobis IIIIs.

Aug. 11, 1459. Magister Iohannes Westone conuictus est & eciam confessus quod extraxit daggarium siue unam sicam contra Thomam Awfyn corvyser. Dictus magister Iohannes peciit quod deberet purgare se, scilicet quod seipsum defendendo extraxit; et nos petiuimus ab eo an vellet se purgare quod non extraxit, et ipse respondebat quod non, sed quod per iuramentum suum uellet probare quod seipsum defendendo extraxit, et quod XII magistri iurati crederent ipsum fideliter iurasse; nos ipsum ad hoc non admisimus sed condempnauimus ad Castrum Oxonie usque solueret IIII solidos secundum tenorem statuti 'Cum effrenata'. Item idem magister Iohannes Westone confessus est quod extraxit postea dictam sicam[4] quando

[1] This sentence has been crossed out.
[2] See the entry of Sept. 5, 1458.
[3] The last ten words have been crossed out.
[4] The words *extraxit* and *dictam sicam* have been scratched out.

fuit ad portam borialem & reuersurus uenit ad domum dicti Thome & peciit partem dicti daggarii fracti cum dicto Thoma existentem, et quod tunc intrauit opellam dicti Thome non per hostium sed per fenestram, & quod tunc iterum dictam sicam extraxit, et conuictus est quod percussit eam[1] in capite tunc cum dicta sica usque ad sanguinis effusionem; et dictus magister Iohannes peciit quod admitteremus ipsum ad purgandum se super eo; et nos admisimus eum ad se purgandum super hoc, sed die purgacionis veniente dictus magister Iohannes recusauit se super hoc purgare sed peciit instanter quod se purgaret sic, videlicet quod ipse percussit dictam mulierem se ipsum | defendendo; nos hoc ei denegauimus; concedebamus tamen sibi licenciam ad purgandum se, si posset, quod non percussit eandem, vel quod probaret quod seipsum defendendo percussit eandem mulierem; et dictus magister fatebatur quod neutrum eorundem facere posset. Ipsum igitur magistrum Iohannem ad Castrum commisimus Oxonie, quoadusque eciam X solidos solueret pro percussione mulieris supradicte. Hec nostra sentencia & condempnacio facta erat in crastino sancti Laurencii anno domini 1459. fol. 177r = ccxxvir.

Eodem die dictus magister Iohannes Weston & Matheus Spenser de Collegio Animarum publice deposuerunt & corporale iuramentum publice prestiterunt quod supradictus Thomas Awfyn, eo tempore quo dictus magister Iohannes Westone primo extraxit sicam supradictam, quod dictus Thomas insultando eos accepit unum baculum preparando se ad percutiendum eos, antequam dictus magister Iohannes Westone aliqua arma extraxisset; et dixerunt quod hanc deposicionem fecerunt eo animo ut dictum Thomam Awfyn convincerent arma extraxisse contra pacem; sed quia dictus magister Iohannes Westone super eodem facto nedum conuictus sed eciam ut supra scribitur est confessus, talem igitur conuictionem non credimus admittendam. Aug. 11, 1459.

Item supradictus Thomas Awfyn prestitit corporale iuramentum quod timet dictum magistrum Iohannem Westone de dampno corporali; igitur securitatem pacis peciit & requisiuit ab eodem magistro Iohanne; et nos decreuimus ipsum magistrum Iohannem in dicto Castro exspectare quoadusque pro pace seruanda sufficientem exhibeat securitatem.

Mem. quod XX die mensis Iulii Iohannes Smart, cocus de collegio Gloucestre, percussit Iohannem Alden, cocum de collegio de Oryelle, cum baculo grauiter in capite. Vocatus vero allegauit quod in eius defensionem hoc fecit, sed hoc infra quindenam non July 20, 1459.

[1] Some unnamed woman.

probauit, ymmo eius procuratores subterfugia verisimiliter querentes allegarunt principalem aule sancti Laurencii in testem necessarium; qui quidem principalis tandem absens erat ab Uniuersitate nec spes erat de ipsius regressu usque in festum sancti Michaelis; et quia considerauimus quod pars dicti Iohannis Smart non erat satis diligens secundum quod debuit in implorando nostrum officium ut dictus principalis dum infra Uniuersitatem fuerat ad comparendum coram nobis compelleretur, nos non obstante ipsius absencia tulimus sententiam contra dictum Iohannem Smart, ipsumque in crastino sancti Laurencii in VIS. VIIIS. condempnauimus.[1]

Willelmus Robyns de Bottlee confessus est quod percussit quendam fratrem Predicatorem cum uno ryfle[2] in capite, & propterea est incarceratus in Bocardo & condempnatus ad soluendum Uniuersitati VIS. VIII*d*., nisi probet ipse quod seipsum defendendo percussit; et quia dictus Willelmus sine nostra coactione et sponte dictam percussionem est confessus, ac eciam propter manifestam eius paupertatem, quia laborator est, necnon quia per metum mortis absque nostra vocacione coram nobis ductus erat invitus,[3] prout ex fideli relacione postea accepimus, ipsum Willelmum a carceribus deliberauimus sub fideiussione Iohannis Powes sawer de parochia sancti Thome martiris, Iohannis Robyns tanner de parochia sancti Petri in occidente & Thome Lovelle de Bootlee husbandman; videlicet ipsi fideiusserunt pro eodem Willelmo sub pena XL solidorum, quod ipse solueret Uniuersitati VIS. VIII*d*. pro dicta percussione in festo Natiuitatis beate Marie Virginis proximo futuro, nisi dictus Willelmus probaret quod seipsum defendendo solummodo sic percussit.[4]

Thomas Thorntone, petagogus, de Aula Hamptone, super perturbacione pacis percuciendo apparitorem officialis Cancellarii, citatus apud domum ac publice in ecclesiis vocatus, tandem per amicos suos se offerebat ad penam soluendam, scilicet X solidos ad festum Natiuitatis [*sic*] domini & Pascha proximo futura, quos dies solucionis eidem propter manifestam paupertatem[5] concessimus, ipsumque Thomam usque ad solucionem eorum X solidorum ab Uniuersitate & eius precinctu relegauimus. Et quod dicta

[1] condempnantes, MS.; in the margin 'VIS. VIIIS. inquire; solutum est'.

[2] A piece of wood used for sharpening a scythe.

[3] We should expect *sponte* or *non invitus*.

[4] In the margin 'VIS. VIII*d*. inquire; solutum est'.

[5] i.e. he was allowed nearly nine months before the second part of the fine was due.

summa X solidorum ad dies solucionis supradictos fideliter persolui debeat, fideiusserunt coram nobis Robertus Barbour de parochia sancti Aldati & Patricius Bruce pardoner de parochia sancti Michaelis borialis & quilibet eorum in solidum, et dicte soluciones ad festa predicta fieri debent per equales porciones.

Thomas Chaundeler, Cancellarius Oxon' & Wellensis.[1] fol. 177v = CCXXVIv. Aug. 6, 1459.

Mem. quod sexto die mensis Augusti per magistrum Th. Walton, procuratorem domini Iohannis Westerdale, offertur libellus ad interesse C marcarum super accione iniuriarum contra magistrum Th. Eslake &c. Et tunc reconuenit pars rea actorem viva voce super accione iniuriarum ad interesse C marcarum &c. Continuatur tunc sub spe concordie usque in crastinum Natiuitatis beate Marie virginis. Et dictus magister Th. Eslake obligatur dicto domino Iohanni per obligacionem C marcarum pro ea intencione quod dictus magister Thomas Eslake per se uel per procuratorem, scilicet magistrum Iohannem Cook, stabit iudicio domini Cancellarii seu eius Commissarii generalis in causa per partem dicti domini Iohannis Westerdale intentata contra dictum magistrum Th. Eslake, ut prefertur, et eciam quod dictus magister Th. Eslake iudicatum soluere debet in causa predicta contra ipsum intentata; et propter hanc obligacionem relaxauit pars domini Iohannis Westerdale dictum magistrum Th. Eslake ab omni onere caucionis & satisdacionis. Et dictus dominus Iohannes Westerdale obligatur dicto magistro Thome Eslake per obligacionem C marcarum ea intentione quod dictus dominus Iohannes consimiliter stabit iudicio & quod iudicatum soluere debet in supradicta causa reconuencionis. Et utraque pars vult quod predicte obligaciones remanebunt in custodia nostra, scilicet Iohannis Danuers commissarii &c.

Mem. quod XII die mensis Septembris Iohannes Steven de Moorcot incarceratus tantum ut dicit ad peticionem & instanciam magistri Thome Whitfeld, rectoris de Chorltone[2] in comitatu Oxonie, ut dictus Iohannes exhibeat securitatem sufficientem de stando iuri in accione debiti attemptata per eundem magistrum Thomam contra dictum Iohannem ad summam octodecim librarum sterlingorum; et dictus Iohannes exhibuit istos fideiussores, Willelmum Lodyndone de parochia sancti Martini Oxonie con- Sept. 12 1459.

[1] The last words of the coming paragraph prove that this heading is wrong. To judge from the handwriting the whole of 177r and 177v is the work of John Danvers.

[2] Charltone is meant, but Chorltone is the spelling here.

veysere & Willelmum Lane de parochia Omnium Sanctorum boocher, qui fideiubent quod dictus Iohannes Steven stabit iudicio coram curia[1] Cancellar*ii* sub pena viginti librarum sterlingorum dicto magistro Thome soluendarum. Et nos commissarius generalis mandauimus custodi carceris ut, si aliud impedimentum non obsistat, dictum Iohannem omnino deliberet.

Sept. 17, 1459. Magister Thomas Matyn bacallarius iuris XVII die Septembris anno domini 1459 confessus est quod extraxit arma Henrici Lee[2] in XIIII die dicti mensis; et quia dictus Henricus tunc vulneratus erat contra pacem nec dictus magister Thomas probauit quod se ipsum defendendo extraxit, igitur dictum magistrum Thomam condempnauimus in IIII solidis & eciam ad carceres de Bocardo.

Iohannes Morgan de Aula Henxina confessus est quod extraxit & percussit Henricum Lee, famulum Commissarii, cum gladio extracto; ipsum igitur Iohannem incarcerauimus & condempnamus in X solidis & solu*cion*e dicti gladii [*a blank*]. Et dictus Iohannes exhibuit fideiussorem, scilicet Iohannem [*blank*] cocum de Aula Henxina, quod ipse idem Iohannes Morgan semper gerere se bene debet & pacem seruabit erga Iohannem Danvers doctorem, necnon & erga dominum Henricum Lee sub pena X librarum.

Et dictus Iohannes [*blank*] cocus fideiussit pro magistro Thoma Matyn & pro Iohanne Morgan quod uterque dictorum Thome & Iohannis Morgan stabit iudicio coram Cancellario in accione iniuriarum per Henricum Lee prosequenda sub pena X librarum.

Sept. 15, 1459. Item magister Iohannes Parys coram conuocatione magistrorum vocatus XV die Septembris quare pluries vocatus sub pena bannicionis ut compareret non comparuit, sed quod in nocte tunc proximo precedenti multitudinem armatorum tenuit in grauem timorem Commissarii, procuratorum & aliorum quamplurium Uniuersitatis. Et quia hoc fecerat, erat iniunctum sibi per Commissarium publice coram tota convocatione sub pena XL librarum quod nunquam de cetero congregaret infra Uniuersitatem Oxonie sine legitima licencia sex homines suspectim contra pacem. Et quia dicebatur quod si Commissarius ipsum puniret pro tam graui delicto secundum sua demerita quod hoc faceret ex rancore vindicte & non propter iusticiam, igitur Commissarius cum consensu plurium punicionem & incarceracionem dicti magistri Iohannis Parys usque ad aduentum domini Cancellarii qui[3]

[1] curie, MS.

[2] The meaning apparently is that Thomas Matyn drew his weapon against Henry Lee.

[3] A page or pages are missing here. It will be noticed that there are no records for five weeks and that the list of cautions for halls which would have been made on Sept. 9 is wanting: yet there is no break in the earliest pagination, and the entry on fol. 179[r] shows that on Jan. 15, 1460 the pagination was as it is now.

Thomas Chaundeler, Cancellarius Oxon & Wellensis. fol. 178[r] =ccxxvii[r]. Oct. 28, 1459.

Anno domini MCCCCLIX in festo sanctorum Simonis et Iude Reginaldus Stone, Thomas Poynes, dominus Galfridus Bewford & Iohannes Donrygge convicti de lacione armorum soluerunt post incarceracionem (propter paupertatem euidentem)[1] VIII solidos (quia non valuit plus leuari)[1]; de quibus VIIIs. cancellarius perdonauit porcionem suam & duo procuratores condonauerunt porciones suas & sic remanet porcio Uniuersitatis videlicet IIs. VIII*d*.

Dominus Gregorius conuictus est de extractione armorum; incarceratus est; soluit IIIIs.

Willelmus Burwyn conuictus est de latione armorum et incarceratus; [soluit][2] XVI*d*. et non plus propter paupertatem eius.

Baker de aula sancte Marie conuictus [soluit XVI*d*. et non plus][3] quia pauper &c.

Thomas Chaundeler. fol. 178[v] =ccxxvii[v]. Nov. 22, 1459.

Mem. quod XXII die mensis Nouembris anno domini MCCCCLIX comparuit coram domino Cancellario Ricardus Halle alias Wodde ville Oxonie potykary, qui constituit se soluturum Ricardo Lytte, mancipio collegii Uniuersitatis, nomine magistri Thome Bemisley principalis aule Hamptone, creditoris Wyllelmi Fayrebarne, XVIIIs. ad terminos subscriptos, viz. VIs. VIII*d*. infra quindenam proximo sequentem, residuam vero partem summe supradicte citra festum Resurreccionis dominice proximo sequentis.

Willelmus Pedwel exposuit caucionem suam pro aula vulgariter nuncupata Bekysyn.

[ ][4] conuictus est de extraccione armorum; incarceratus soluit IIIs. IIII*d*.; [ ][4] lesus est & pauper.

[ ]is[5] Minorum conuicti de lacione armorum incarcerati [ ].

[1] The words in brackets have been scratched out.

[2] Conjectural. The page is torn.

[3] Conjectural, but XVI*d*. is legible in the margin. The rest of the page is torn off.

[4] The page is torn.

[5] 'famuli prioris Minorum' is an obvious conjecture.

fol. 179r ccxxviiir.

Thomas Chaundeler, Cancellarius.

Jan. 14, 1459/60. XIIII die Ianuarii anno domini MCCCCLIX dominus Iohannes Westerdale prestitit iuramentum cuius tenor talis est:—Ego Iohannes Westerdale iuro ad hec sancta dei euangelia corporaliter per me tacta & ocularitер per me visa, quod nunquam dum vixero per me seu alium quemcumque mediate uel immediate inquietabo, vexabo, molestabo in aliquo seu grauabo magistrum Thomam Chaundeler, sacre theologie professorem, modo Cancellarium Uniuersitatis Oxonie, pretextu alicuius punitionis, incarcerationis, aut alterius rei cuiuscumque ante diem & horam presentes quomodolibet perpetrate; sed ne predictus magister T. modo Cancellarius sic ut premittitur inquietetur, vexetur, molestetur in aliquo seu graueter, impediam viis ac modis quibus melius sciuero et potero: insuperque supradicto magistro T. Chaundeler, modo Cancellario, & successoribus suis Cancellariis pro tempore existentibus, in licitis & honestis obedienciam, reuerenciam debitas impendam, punitionibusque ac correctionibus eorundem omnium & singulorum pro tempore Cancellariorum Oxonie presertim iuxta ordinationes, statuta & laudabiles consuetudines huius alme Uniuersitatis Oxonie parebo humiliter cum effectu, sicut deus me adiuuet & sancta dei euangelia.

Jan. 15, 1459/60. XV die mensis antedicti anno quo supra dominus Ricardus Vyse olim magister domus seu hospitalis sancti Iohannis extra portam orientalem Oxonie exigente demerito suo bannitus, ut patet clarius folio XXI precedente,[1] restitutus est per graciam specialem. Primo tamen submisit se correctioni Cancellarii, prestititque iuramentum corporale quod sequitur in forma:—Ego Ricardus Vyse iuro ad hec sancta dei euangelia corporaliter per me tacta & ocularitер per me visa & inspecta quod nunquam, dum vixero, per me seu alium quemcumque mediate vel immediate inquietabo, vexabo, molestabo in aliquo seu grauabo magistrum Thomam Chaundeler, sacre theologie professorem, modo Cancellarium Uniuersitatis Oxonie, pretextu alicuius punitionis, incarcerationis, bannicionis, aut alterius rei cuiuscumque ante diem & horam presentes quomodolibet perpetrate; sed ne predictus magister Thomas, modo Cancellarius, sic ut premittitur inquietetur, vexetur, molestetur in aliquo seu grauetur, impediam viis & modis quibus melius sciuero ac potero; insuperque supradicto magistro Thome, modo Cancellario, & successoribus suis Cancellariis Oxonie pro

[1] The entry is fol. 158r, therefore the leaf or leaves missing after fol. 177 must have been lost before this entry was made.

tempore existentibus, in licitis & honestis obedienciam ac reuerenciam debitas impendam punitionibusque ac correctionibus eorundem omnium ac singulorum pro tempore Cancellariorum Oxonie & eorum cuiuslibet presertim iuxta ordinaciones, statuta & laudabiles consuetudines huius alme Uniuersitatis Oxonie parebo humiliter cum effectu, sicut deus me adiuuet & sancta dei euangelia.

Eodem die Ricardus Coke restitutus est ad inhabitandum villam Oxonie, non obstante abiuratione per eundem facta.

Quidam Martinus Ybernicus de Waltone conuictus est de latione armorum; soluit xx*d.* & non plus propter paupertatem.

Quidam Edmundus Edwards conuictus est de extraccione armorum; incarceratus reddidit arma & soluit IIIIs.

Bedon.

Ap. 21, 1460. Vicesimo primo die mensis Aprilis anno domini MCCCCLX Auicia Knott abiurauit villam Oxonie & precinctum eiusdem, non reuersura nisi ex speciali licencia Cancellarii pro tempore incumbentis.

Eodem die Mauricius Sutton conuictus de latione armorum incarceratus soluit IIs.

Chawndeler, Cancellarius Oxon' & ecclesie cathedralis Wellensis.

fol. 179v= ccxxviiiv. May 1, 1460. Primo die Maii anno quo supra dominus Henricus Conierse conuictus est de latione armorum; incarceratus soluit Uniuersitati IIs.

Eodem die Willelmus Blundell conuictus est de percussione cum pugno; incarceratus soluit tantum IIIs. propter paupertatem.

Eodem die dominus Henricus Colier conuictus est de latione armorum.

Eodem die Stephanus Sharpe conuictus de latione armorum incarceratus soluit IIs.[1]

Eodem die dominus Robertus Cook conuictus de lacione armorum, incarceratus soluit IIs.

[1] This entry has been crossed out.

Eodem die Persiuellus Boswell conuictus, incarceratus soluit IIs.

May 3, 1460. Tercio die Maii Thomas Harrysson conuictus de percussione cum baculo, incarceratus soluit IIIs. IIIId., et non plus propter paupertatem.

May 5, 1460. Quinto die Maii Gowar' Warret conuictus de extraccione armorum, incarceratus soluit IIIIs.

Hucusque facta est computacio per Cancellarium.

May 6, 1460. Sexto die Maii Willelmus Andrews conuictus est de congregatione armatorum.

Thomas Conyngsby conuictus de simili.[1]

Dominus Ricardus Bartone conuictus de congregatione armatorum confederancium contra executionem iustitie, incarceratus soluit XXXs.

Walterus Benam pro lacione armorum soluit IIs.

Dauid Talley pro lacione armorum soluit IIs.

Mauricius Magnus, monachus albus, pro lacione armorum soluit IIs.

Mauricius Canonicus pro lacione armorum soluit IIs.

Yevan ap-Howen pro lacione armorum soluit IIs.

Dominus Thomas Bolle pro extraccione armorum soluit IIIIs.

Dominus Ricardus Bartone pro percussione cum baculo soluit VIs. et non plus propter paupertatem.

Magister I. Weston pro lacione armorum & extraccione armorum soluit VIs.

June 12, 1460. Mem. quod ego doctor Iohannes Mulcastre recepi de domino Waltero Hales & Roberto Warter, executoribus domini Ricardi Smyth, quondam presbiteri collegii ecclesie cathedralis Wellensis, duodecimo die mensis Iunii regni regis Henrici VI post conquestum XXXVIII octo marcas liberandas Thome Smyth & Agneti uxori sue; eciam XXVIII solidos liberandos filiis & filiabus eorundem Thome & Agnetis per equales porciones; eciam Iohanni Smyth avunculo dicti defuncti IIIs. IIIId.; acta sunt hec die & anno supradictis in presencia nostra Thome Chaundeler, Cancellarii Uniuersitatis Oxonie.

May 2, 1460. Secundo die Maii Willelmus Blondelle, cocus aule Haburdasshe, conuictus de percussione cum pugno, incarceratus soluit IIIs.; non plus propter paupertatem.[2]

[1] In the margin is written: 'Nichil soluerunt ad manus meas nec aliquis pro eis, quia protunc absens eram.'

[2] This has been crossed out, and the words 'quia prius' written against it. It occurs before.

T. Chaundeler. MCCCCLXo.

fol. 180r = ccxxixr. June 25, 1460. Ricardus Foster sitatur [*sic*] ad comparendum coram nobis XXIII die mensis Iunii anno domini MCCCCLX hora prima post merediem[1] ad instanciam Iohannis Bradston, mancipii aule Laurencii, quibus die et hora comparuit pars sitata, & propter varias occupaciones domini Cancellarii continuatus erat terminus in eodem statu usque ad XXVum diem mensis predicti & horam primam eiusdem diei; quo termino adueniente, comparuit dictus Ricardus Foster; ad cuius peticionem in contumaciam partis dicti Iohannis Bradston actoris, per contumaciam absentis, dominus Cancellarius decreuit *scilicet* partem dicti Ricardi Foster dimittendam fore, & eam per decretum dimisit tunc ibidem.

Sept., 1460. Mem. quod [*blank*] die mensis Septembris anno domini supra-scripto Petrus Flechcher conuictus est de percussione cum cornu usque ad sanguinis effusionem; incarceratus inuenit fideiussores, Thomam Kartere tayler et I. Love flechcher, ad soluendum in quindena Michaelis VIs. VIIId.

Eodem die Yevan Ap-howen & Walterus Benham iurarunt ad sancta dei euangelia quod non molestabunt, vexabunt, ledent in aliquo seu grauabunt Thomam Wylkot' in persona sua nec in bonis suis nec aliquem seruientem eiusdem Thome per se nec per alium uel alios, nec eorum aliquis sic eundem Thomam molestabit, vexabit, ledet vel grauabit, nec aliquem ad eundem pertinentem sub pena amissionis omnium libertatum Uniuersitatis Oxonie preter satisfaccionem condignam.

Eodem die supradictus Petrus Flechchere iurauit de obseruando pacem erga [*blank*] clericum ecclesie sancte Marie Magdalene iuxta portam borialem Oxonie ac erga uxorem eiusdem clerici & omnes ad eundem pertinentes, sub pena C solidorum, quorum media pars Uniuersitati, altera medietas parti grauate solui debeat.

Eodem die Bosvord cordwenarius & Gryffyth sissor Oxonie interuenerunt fideiussores pro introitu sancte Marie iuxta Salysurry in vico scolarum.

Martyn Baker de Oxonia conuictus de extraccione armorum, incarceratus soluit Uniuersitati IIIIs.

[1] This word is doubtful.

fol. 180v = ccxxixv.

Chalke.

Aug. 6, 1460. Mem. quod VI die mensis Augusti anno domini MCCCCLX Ricardus Marchall taylor de parochia sancti Petri in oriente, etsi seruiens villan*orum*,[1] conuictus est super perturbacione pacis & delacione, extraccione armorum & percussione cum eisdem.

Aug. 6, 1460. Item eodem die comparuit Alicia Wappys & confessa est iudicialiter se debere ex causa empcionis & vendicionis XXX solidos Agneti Porter pro seruicia.

Aug. 12, 1460. Item XII die mensis Augusti anno domini suprascripto Willelmus Holme constituit magistrum Willelmum Slaw3ter suum procuratorem & eodem die latum est decretum de citando Iohannem Exham ad respondendum prefato Willelmo Holme.

Iohannes Hykkys alias Glover conuictus est de lacione armorum post diutinam incarceracionem; soluit IIs.

Oct. 7, 1460. Septimo die mensis Octobris Thomas Browne taylour & Ricardus Marchal taylour de Oxonia interuenerunt fideiussores pro pensione aule Profunde & pro pensione aule sancti Andree.

Oct. 7, 1460. Eodem die omnis materia litis & controuersie inter Willelmum Kylbek ac Robertum Wryght actores & magistrum Thomam Boket reum ab inicio mundi usque in presentem diem compromissa est in magistrum Iohannem Perysson, prepositum collegii Regine, & magistrum I. Warde,[2] canonicum ecclesie cathedralis Exon', ut in arbitros, sic quod tale laudum siue arbitrium feratur citra occasum solis in die Sabati proximo sequente sine reclamacione, et ad sic standum & parendum iudicio, laudo & arbitrio dictorum arbitrorum ita communiter electorum supradicti Willelmus, Robertus & magister Thomas fide prestita Uniuersitati se astrinxerunt. Acta sunt hec coram nobis Thoma Chaundeler cancellario Uniuersitatis Oxonie septimo die mensis Octobris in orto mansioni nostre annexo.

Dec. 10, 1460. Mem. quod decimo die mensis Decembris anno domini MCCCCLX magister Thomas Peny vicarius perpetuus [ecclesie sancti Petri in oriente . . .][3]

[1] This word is uncertain, the whole entry having been crossed through.

[2] He was principal of Vine Hall.

[3] The rest of the page is torn off.

fol. 181r = ccxxxr.

Thomas Chaundeler.

Mem. quod XIIIImo die mensis Decembris anno domini millesimo CCCCLXo coram nobis Thoma Chaundeler, huius alme Uniuersitatis Oxonie Cancellario, in porticu capelle beate Marie virginis noui collegii ville Oxonie, comparuit magister Robertus Takell' de Oxonia predicta arcium magister, & ibidem sponte & voluntarie promisit se soluturum magistro Willelmo Hyllyng ac Iohanni Bradston, executoribus testamenti seu ultime voluntatis Iohannis William pincerne dum vixit collegii Exon' de villa Oxon' predict', sexaginta solidos dictis executoribus a magistro Henrico Charde nomine defuncti[1] debitos ad diem & festa subscript', viz. prefato XIIIIo die mensis Decembris XXs., ad festum Pasche proximo extunc sequens XXs. & ad festum Omnium Sanctorum proximo extunc sequens XXs.; et prefatus magister Robertus tunc et ibidem constituit se principalem debitorem dict*orum* execut*orum* [in][2] sexaginta solid*is* ut prefertur soluend*is*; et tactis sacrosanctis dei euangeliis corporaliter per eundem ad soluendum prefatis executoribus prefatos sexaginta solidos in die & festis supradictis sine aliqua dilacione idem iurauit; ac si in aliqua solucione, ut predicitur, fienda defecerit, se pure, simpliciter & absolute preter & ultra penam periurii nomine pene prefatis executoribus & eorum utrique in centum solidis se astrinxit & firmiter obligauit. Dec. 14, 1460.

Excommunicati sunt solempniter per omnes ecclesias parochiales Oxonie omnes & singuli qui insultum fecerunt in domum parentum domini Thome Trylle in parochia sancti Thome iuxta Oxoniam, & monicio processit ne quis de cetero talia temptare presumat.

Excommunicati sunt omnes solempniter qui in hospicium ubi est corona[3] nocte sequente quartam feriam in capite ieiunii insultum fecerunt ibidem, prehonorabilem dominum dominum de Fyzwater vulnerauerunt aut alio modo vexauerunt contra pacem domini regis & Uniuersitatis. Feb. 19, 1461.

Insuper excommunicati sunt omnes qui Thomam Forde satrapam ville Oxonie percusserunt, leserunt aut vulnerauerunt; omnes eciam qui furcas aut alia signa detestabilia signis[4] aliquorum

[1] *nomine defuncti* would go better, if it were placed next after *executoribus*.

[2] There is a gap where this word should occur. Perhaps the scribe could not decide whether to use *in* or *pro* or *ad*.

[3] Probably New Inn within North Gate; in modern times the Blue Anchor (see Wood, *City of Oxford*, i. 69 *n.*).

[4] Fol. 192 suggests that these were coats of arms in Canon School & Civil Law School.

dominorum Anglie apposuerunt [aut alia similia bone][1] fame alicuius derogancia in locis publicis seu priuatis.

fol. 181v =ccxxxv. Ap. 12, 1461. XII die mensis Aprilis Nicholaus Byry & Thomas Cudworth, prestito prius iuramento corporali de metu dampni corporalis, petunt securitatem pacis a Wyltone de aula Profunda.

Similem securitatem petit Stokes pannarius ville Oxonie; ad quorum instancias & ob alia crimina idem Wyltone missus est in carcerem de Bokardo.

Ap. 12, 1461. Eodem die dominus Radulfus Danyel de Burnellys Yn convictus est de lacione armorum; continuo post factum deuillauit ut bidelli certificant.

Ap. 18, 1461. XVIII die mensis Aprilis banniti sunt ab Uniuersitate Oxonie & procinctu eiusdem propter maleficia sua & facta enormia infra Uniuersitatem Oxonie & extra perpetrata dominus Henricus Schakyll, Thomas Haryatt, Walterus Fettborow, dominus Morganus de aula Albani, dominus Robertus Greffyth, Galfridus Clement, Iohannes Geffray, Dauid clericus domus sancte Frydeswide.

Ap. 15, 1461. XV° die eiusdem mensis bannitus est pro similibus causis dominus Willelmus Felpot.

Ap. 23, 1461. Mem. quod XXIII die Aprilis anno domini MCCCCLXI magister Willelmus Ketyll quondam confessor & curatus cuiusdam Thome Parker nuper de parochia Omnium Sanctorum comparens coram domino Cancellario iudicialiter fatebatur publice coram eodem quod dictus Thomas Parker in mortis articulo positus, dum de diuersis debitis suis interrogaretur, in presentia dicti magistri Willelmi Ketyll ac aliorum [ ][2] inter alia deliberate confessus erat quod soluet Nicholao Croke XLVIS. VIIId. [ ] quandam dicam[3] alias scoram factam inter dictum Nicholaum & Thomam [ ] preterquam in aliquo modico; excepto eciam quod dictus [ ] eiusdem dice alias score pro receptis ab eodem Nicholao a festo [ ].

fol. 182r =ccxxxi r. June 1, 1461. Mem. quod primo die Iunii anno domini millesimo CCCCLXI quedam causa mota erat iudicialiter per partem Iohannis Havelle de Oxonia spenser contra Walterum Brews ciuem ciuitatis

[1] Conjectural; the page is torn.
[2] The page is torn.
[3] *dica* means a list of debts.

Londonie & iremonger de & super violacione & non obseruancia certarum paccionum & conuencionum concernencium tenorem & formam indenturarum que inter prefatas partes concepte erant tempore quo antedictus Iohannes prius scripti Walteri apprenticius extiterat primo factus. Iudice vero pro concordia ipsos monente, tandem concordabant & concludebant sub forma que sequitur, videlicet quod supradictus Walterus pars rea solueret, soluive faceret, antedicto Iohanni XL solidos cum una toga precii X solidorum aut X solidos pro eadem in festo Natiuitatis sancti Iohannis Baptiste quod erit anno domini millesimo CCCCLXII, & alios XL solidos in festo Natalis domini tunc proximo sequente. Et pro maiore securitate solucionum predictarum predictus Walterus Brews & Iohannes Hunche de Oxonia iremonger ad soluciones supradictas tanquam principales coreos[1] debendi se & quemlibet eorum per se & in sol[idum fide media adstrinx]erunt[2] & sub pena X librarum si defecerint uel eorum aliquis d[efecerit in predictarum solucionum] aliqua, & per litteras obligatorias se eciam ad idem [perimplendum iurisdictioni Cancellarii sub]miserunt, iuramento interposito quod occasione cause [ ] alter alterum non vexaret nec inquietaret [ ].

IHESVS MARIA.[3] fol. 182v =ccxxxi v.

Anno domini 1461 & regis Eadwardi quarti primo. Reuerendus in Cristo pater & dominus dominus dei gracia Exoniensis Episcopus & huius alme Uniuersitatis Cancellarius.

Quintodecimo die mensis Maii, viz. in crastino Ascensionis domini, vacante officio cancellariatus Oxonie per resignacionem venerabilis viri magistri Thome Chaundeler, electus est in Cancellarium suprascriptus pater & dominus Exoniensis episcopus, tunc Anglie Cancellarius. May 15, 1461.

[The rest of the page is blank].

G. Exon. fol. 183r ccxxxii r.

21° die Iunii Iohannes Chyrbury bocher de Oxonia fideiussit ad sistendum Thomam Belle coram nobis commissario antedicto[4] ad June 21, 1461.

[1] The same as *conreos* or *correos* 'sponsors, guarantors'.
[2] The words in brackets are conjectural; the page is torn.
[3] This was a favourite heading of Gascoigne, but it is not in his writing here.
[4] Apparently a page has been lost between fol. 182 and fol. 183 before the pages were numbered, on which would have been given the name of the commissary; from the handwriting and from what follows there is no doubt that the commissary was W. Ive.

festum Translacionis sancti Thome martiris proximo futurum sub pena xx librarum. In quo festo idem Thomas comparuit coram nobis & predictus Iohannes de nouo fideiussit pro eo de iudicio sisti quandocumque vocatus esset sub pena predicta.

June 22, 1461. 22° die Iunii Robertus Rowsham, custos Castri Oxonie, constituit Robertum Slymeriche procuratorem suum ad agendum contra Thomam Payne mason &c.

June 26, 1461. Probatum fuit testamentum Margarete Sylam coram nobis magistro W. Ive, sacre theologie doctore & commissario generali reverendi patris in Cristo domini Georgii dei gracia Exoniensis episcopi & huius alme Uniuersitatis Cancellarii, xxvi° die Iunii anno domini 1461 ac per nos approbatum, insinuatum, legitimeque pronunciatum pro eodem, commissaque est administracio omnium bonorum idem testamentum concernencium executori infrascripto, videlicet domino Iohanni Sylam filio eiusdem Margarete, in forma iuris iurato & admisso. Et dictus executor fideliter computauit cum officio, & dimissus est saluo iure cuiuscumque. In cuius rei testimonium &c.

June 27, 1461. 27 die Iunii Thomas Bartelote constituit Robertum Slymbriche procuratorem suum &c.

July 2, 1461. Mem. quod occasione cuiusdam discordie orte inter venerabilem virum Ricardum Rodnore & [*blank*] Roby, fratres ordinis sancti Francisci, quidam ex parte eiusdem [*blank*] Roby impetrarunt a curia de archubus inhibitionem ne dictus Ricardus Rodenore admitteretur ad gradum doctoratus in facultate sacre theologie, & ultimo die Iunii omnibus ex more dispositis in ecclesia beate Virginis ad inceptiones in diuersis facultatibus celebrandas quidam Iohannes Morley seruiens Thome Matyn, ut postea patebat, detulit predictam inhibicionem in principio inceptionum magistro Willelmo Ive, sacre theologie doctori & reuerendi patris domini Georgii Exoniensis episcopi ac huius alme Uniuersitatis Cancellarii commissario generali, pro tunc in loco Cancellarii consueto sedenti, inhibens eum & procuratores ex parte domini archiepiscopi Cantuariensis ne prefatus Ricardus Rodnore procederet ad gradum suum & assistebant huic nuncio in hac parte Iohannes Wallingforde & Thomas Matyn bacularii iuris; nichilominus tamen processerunt in inceptionibus; & in tercio die sequente conuocati sunt coram congregacione regencium predicti I. Wallingforde & T. Matyn & ex consensu congregacionis missi sunt ad Castrum

tanquam perturbatores pacis & violatores priuilegiorum & in crastino educti. Secundo die Iulii Iohannes Morley quia detulit Commissario predicto inhibicionem a curia de archubus incarceratur in Bocardo, & post 8 dies dimittitur &c.[1]

July 3, 1461. Tercio die Iulii Nicholaus Yorke alias Karter & Robertus Herworthe fideiusserunt pro Mariona uxore eiusdem Nicholai de pacifice & honeste viuendo verbis & factis inter vicinos & vicinas suas sub pena xx solidorum.

Eodem die Marcus Huse de aula Georgii conuictus de perturbacione pacis mittitur ad Bocardo, & post modicum ad instancias amicorum suorum translatus est ad Castrum, & 14 die Iulii dimittitur absque fideiussoribus quia nullos potuit habere; condempnatur tamen in iiii solidis, quos promisit se fide media soluturum; prestitit eciam iuramentum corporale de pace seruanda. Soluit xx*d.*; item soluit xx*d.*[2]

Item cum eodem Marco conuicti sunt de lacione armorum Willelmus [*blank*] ianitor collegii Animarum & Robertus Lechingham inferior pincerna eiusdem collegii, & condemnatur uterque in ii solidis. Willelmus soluit.

Item Dauid Lewys confessus est portasse se daggarium in manica sua contra predictum Marcum, & post incarceracionem in Bocardo condemnatus est in ii solidis soluendis ante festum sancti Michaelis, & exhibuit Iohannem Barton iremonger fideiussorem. Soluit & procurator borialis habet daggarium suum.

June 4, 1461. Nos Willelmus Ive, Commissarius antedictus, considerantes excessiuas & intolerabiles expensas quas faciunt sophiste in diebus ascensionum suarum & quando contigerit eos tenere uel respondere in paruiso in graue damnum scolarium, decreuimus & iniunximus singulis principalibus aularum & locorum facultatis arcium quatenus nullus sophista, si solus ascendat, expendat in sua ascensione ultra xvi*d.*, si duo simul ascendant in eodem loco duos solidos non excedant; si contingat tres simul ascendere non liceat eis excedere iis. vi*d.*; si vero quatuor, iiis. iiii*d.* absque speciali licencia Cancellarii & procuratorum sub pena carceris, & cum alias contingat aliquem respondere uel opponere ibidem, non expendat ultra ii denarios occasione opposicionis aut responsionis sue sub pena pre-

[1] In the margin 'Suspensi sunt per predictum Commissarium ab omni officio procurandi & aduocandi usque ad festum Michaelis proximo sequens'.

[2] In the margin 'iiiis. sol.' This and the following notes of payments received are of course additions to the original entries.

dicta. Acta sunt hec quarto die Iunii anno supradicto &c. & in paruiso per predictum Commissarium & procuratores publice declarata.

fol.183v= ccxxxiiv.

Dominus Exoniensis.

Iohannes Cowper de parochia sancte Marie Magdalene, conuictus de perturbacione pacis, promisit se soluturum IIII solidos ad festa Assumpcionis beate Marie & sancti Michaelis proximo sequencia per equales porciones, & erat fideiussor dominus Iohannes Busshe de aula Pekwater &c. Soluit in primo termino IIs.; soluit in secundo termino IIs.

July 7, 1461. 7° die Iulii Iohannes Weste citatus ad hostium & Thomas Payn, non comparentes, denunciati contumaces & suspensi. Iohannes Weste comparuit & absolutus est 8 die Iulii.

July 8, 1461. 8 die Iulii uxor Iohannis Love constituit Robertum Slymbrig procuratorem suum &c.

July 8, 1461. Eodem die Thomas Overton & Radulphus Thornage fideiusserunt pro Iohanna Kybbys & Iohanna Kemmys de iudicio sisti sub pena XLs.

July 8, 1461. Eodem die Walterus Baynon secularis de collegio Glowcestrie, conuictus de extraccione armorum, promisit se reddere arma viz. gladiolum & soluere IIIIs. ad festum sancti Michaelis proximo futurum; ad hoc fideiussit Reginaldus Stone. Insuper idem Walterus iurauit tactis sacrosanctis euangeliis quod non vexabit Priorem studencium[1] aut alium quemcumque per se uel per alium occasione litis iam mote inter eos &c.

July 13, 1461. 13° die Iulii Iohannes Wodehows alias Crofton, cissor, de parochia sancti Petri in oriente & Robertus Ioy, sporier, de parochia sancti Michaelis ad portam borialem fideiusserunt pro Cecilia Trinkehilde de pace seruanda penes Iohannem Choune & alios, sub pena X librarum, & ipsa Cecilia condemnatur in XIId. pro minis.[2]

Eodem die Dionisius Burnell & Iohannes Brown pauperes scolares de aula Aristotil habuerunt litteras testimoniales sub sigillo officii ad petend*as* elemosinas.

[1] i.e. the head of Gloucester College.

[2] In the margin XIId. sol.

Eodem die comparuit coram nobis commissario antedicto Iohannes Smythe de parochia sancte Marie Magdalene Oxonie & tactis sacrosanctis euangeliis iurauit se soluturum fore ante festum sancti Michaelis proximo futurum XIIIs. IIIId. magistro Willelmo Rede, vicario ecclesie beate Marie Magdalene supradicte, nomine procuratorio pro magistro Thoma Hylle racione cuiusdam equi, quem idem Iohannes a predicto magistro Thoma recepit ad custodiam. Item promisit se eadem fide soluturum singulis septimanis custodibus bonorum ecclesie predicte II denarios de septimana in septimanam usque ad completam solucionem XXVIIIs. VId. quos debuit eidem ecclesie. Et si defecerit in aliqua predictarum solucionum modo quo predicitur, obligauit se preter penam periurii in penam XL solidorum singulis predictarum parcium quas uel quam[1] defecerit in soluendo.

Dominus Exoniensis. fol. 184r= ccxxxiiir.

July 15, 1461. XV° die Iulii anno domini MCCCCLXI compareuerunt coram nobis dominus Lodowicus Sugdon[2] actor & Iacobus carior reus & legitimo processu obseruato tandem idem Iacobus supradicto domino Lodowico sentencialiter & diffinitiue condemnatus erat pro certo libro quem per eius negligenciam perdidit in V marcis, quarum XXXIII solidi IIII denarii soluentur in festo Omnium Sanctorum tunc proximo sequente & alii XXXIIIs. IIIId. in festo Annunciacionis beate Marie. Et consequenter idem Iacobus induxit fideiussores, scilicet Thomam Browne alias Taylor, Iohannem Flecher de parochia sancti Petri in oriente, Thomam Carter & Willelmum Gryffyn de parochia sancte Marie, qui promiserunt fide sua media & sub pena condemnationis late contra predictum Iacobum quod ipsum infra III septimanas una cum sufficiente caucione rei iudicate producerent & nobis presentarent.[3]

July 31, 1461. Mem. quod ultimo die Iulii anno predicto libri predicti inuenti presentati sunt nobis per predictum Iacobum & per nos partibus restituti, sic fideiussores predictos dimisimus.

July 27, 1461. Mem. quod quidam Thomas Wymond carnifex Oxonie intentauit coram nobis commissario antedicto accionem debiti L solidorum racione empcionis victualium per 16 annos elapsos contra Humfridum Euerarde de Oxonia. Et quia pars dicti [Thome][4] nichil exhibuit ad probandum debitum predictum nisi solam

[1] Apparently means 'towards whom he shall have failed in payment'.

[2] Elsewhere *Subdon*.

[3] Against this paragraph is written 'vacat'; the next paragraph explains the reason, and also shows that more than one book had been lost.

[4] Not in MS.

assercionem suam, ideo predictus Humfridus 27° die Iulii anno domini 1461 comparuit coram nobis cum pluribus vicinis suis bone fame & honeste conuersacionis, & prestito prius iuramento corporali super sacra dei euangelia per eundem Humfridum ceteri omnes deposuerunt tactis sacrosanctis euangeliis ipsum in consciencciis suis verum iurasse; unde & tunc dimissus est predictus Humfridus per decretum ibidem.

July 27, 1461. Mem. quod 27° die mensis Iulii comparuerunt coram nobis magistro W. Ive, commissario generali reuerendi in Cristo patris & domini domini Georgii dei gracia Exoniensis episcopi & huius alme Uniuersitatis cancellarii, Isabella Croke uxor Iohannis Croke balliui de Holywelle pars actrix & Robertus Aunedesley seruiens magistri Roberti Draper pars rea, ubi predicta Isabella intentauit contra eundem Robertum actionem iniuriarum xx lib., & ipsa Isabella exhibuit fideiussorem de lite prosequenda, Thomam Drayton alias Smyth de parochia sancti Petri in oriente. Dictus vero Robertus exhibuit Robertum Pratte fideiussorem de iudicio sisti sub pena xx librarum, & idem Robertus Pratte, prestito prius iuramento corporali quod timuit dictam Isabellam & complices suos de damno corporali, peciit ab ea securitatem de pace seruanda.

July 29, 1461. 29° die Iulii pars predicti Roberti Aunedesley citata ad comparendum coram nobis commissario antedicto ad instancias [*sic*] Isabelle predicte comparuit. Et quia nichil contra ipsum proponebatur ex parte dicte Isabelle dimittitur per decretum ibidem.

fol. 184v= ccxxxiiiv.

Dominus Exoniensis.

July 31, 1461. Ultimo die Iulii anno supradicto dominus Iohannes Haddon, conuictus de minis damni corporalis penes cocum de Brasennose, prestito iuramento de pace seruanda soluit xii*d*.[1]

Aug 3, 1461. 3° die Augusti quidam Georgius Schawe scolaris aule Latarum Portarum in parochia sancti Aldati, conuictus de percussione cum cultello, soluit post incarceracionem vis. viii*d*. & non plus quia probatum est quod alter inuasit eum & quod iste percussit in defendendo seipsum. Cultellum non reddidit quia perdebatur in conflictu ut dicit.

Procurator borialis donauit partem suam.[2]

[1] In the margin 'xii*d*., sol.' viii*d*.; sol.' In this, and similar cases, to judge from the ink, the sum of money was written at one time and 'sol.' at another. Consequently in this case 'vis. viii*d*.' would mean the original debt and 'sol.' would only mean that all that was due had been paid.

[2] These last five words are an addition. In the margin is 'vis.

Eodem die comparuit coram nobis & magistro Willelmo Fenton, baculario sacre theologie, Iohannes Vincent custos hospicii vocati uulgariter the Cardinalles Hatte in parochia sancte Marie Magdalene Oxonie & fatebatur quendam equum receptum fuisse in hospicium suum 8vo die Februarii iam proximo preterito & dixit quod duo scolares, viz. filii Rogeri Vawghane, cum quodam domino Willelmo creditore[1] eorundem intrarunt idem hospicium suum & abduxerunt equum predictum & circa horam decimam noctis equitarunt versus partes Wallie ut dicebatur cum quodam vocato Hugone Brekenok & aliis multis. Et iste equus dicitur fuisse cuiusdam Roberti Knolles, qui 5° die eiusdem mensis comparuit coram nobis & prestito iuramento corporali confessus est quod soluit pro ipso equo & cella[2] cum alio apparatu eiusdem plus quam xl solidos per quindenam ante predictum diem octavum Februarii. Dixit eciam quod intrabat hospicium illud circa horam terciam post meridiem & tradidit equum suum famulo predicti hospitis, & idem famulus recepit ab eo gladium, frenum & armilausam de russeto in suam custodiam.

Et xxmo die Ianuarii proximo sequente comparuit predictus Iohannes Vincent coram nobis commissario antedicte & iudicialiter condemnatus est ex confessione ad soluendum predicto Roberto Knolles aut suo procuratori xlvis. viii*d*., soluendos in terminis subscriptis, viz. ad festum sancti Gregorii proximo sequens xvis. viii*d*. & ad festum apostolorum Philippi & Iacobi proximo tunc futurum xvis. viii*d*., et ad festum sancti Iohannis Baptiste proximo sequens xiiis. iiii*d*.[3]

Aug. 7, 1461. Septimo die Augusti coram nobis magistro Willelmo Ive, commissario &c., Edwardus Cheyne scolaris de aula Alba recepit in seruientem suum Iohannem Weste de parochia beate Marie Magdalene. Et idem Edwardus cum principali predicte aule dixit fide media hoc non esse in fraudem uel dolum, sed in usum necessarium eiusdem Edwardi. Idem quoque Iohannes prestitit fidem ad obseruandum libertates & consuetudines Universitatis.

Aug. 6, 1461. Probatum est testamentum Iohannis Pridiaux scolaris vi° die Augusti anno domini 1461 coram nobis magistro W. Ive commis-

[1] *creditor* was a private tutor; see Statuta Aularia, printed in Rashdall's *Universities of Europe*, vol. ii. p. 779.

[2] i. e. sella, saddle.

[3] This paragraph is an addition, and for want of room part of it was written at the foot of the page.

sario generali &c., & commissa est administracio magistro Willelmo Fevers executori quem ab omni compoto racione huius testamenti fiendo dimisimus, saluo iure cuiuscumque. In cuius rei testimonium sigillum officii &c.

Aug. 9, 1461. 9° die Augusti Iohannes Strong iunior de Hedington prestitit iuramentum corporale de fide seruanda penes omnes legios domini regis.

fol. 185r= ccxxxivr.

Dominus Exoniensis.

Aug. 12, 1461. Memorandum quod 12° die Augusti anno domini 1461° Ricardus Harecowrte vicecomes Oxonie, quia prius non prestiterat iuramentum speciale ad defendendum & manutenendum Cancellarium & scolares Uniuersitatis Oxonie iuxta formam priuilegii nostri ut asseruit, requisitus erat per nos magistrum Willelmum Ive, commissarium generalem &c., in presencia domini Lincolniensis & aliorum plurimorum ad prestandum nobis iuramentum solitum, qui omnino renuit dicens se non debere hoc facere[1]; tandem concordatum est quod hec causa deberet differri usque in aduentum domini Cancellarii, viz. si ante festum Michaelis proximo sequens veniret Oxoniam, alioquin idem vicecomes in festo sancte Fidis proximo sequente veniret[2] personaliter ad recipiendum iuramentum suum. Concessit eciam quod si aliquis sub iurisdictione Cancellarii esset indictatus coram eo redderet nobis personas & causas. Et consequenter eodem die ipse recepit a [*blank*] subvicecomite suo & a quodam [*blank*] balliuo suo coram magistris Waltero Hyll viceprocuratore australi & Iohanne Thorpe procuratore boriali iuramentum sub hac forma:—'Ye shall swere that ye shall kepe & defende by alle your forse & power maisters & scolares of the Universite of Oxonforde & her' seruantes fro iniuries & violence; and the peace in the saide Uniuersite in as muche as in yow is ye shall make to be kepte; ye shall yeve your counseil & aide to the Chauncelere & scolares of the saide Uniuersite to punisshe the disturbours of the peace there aftur the priuileges & statutes of the saide Uniuersite as ofte as hit shall be nede. Also ye shall put your eyde by all your mygth to defende the priuileges, libertes & customes of the said Uniuersite, as god helpe yow & all his saincts.'

Aug. 13, 1461. 13° die mensis predicti magister Willelmus Ive commissarius antedictus recepit a venerabili viro magistro Thoma Chaundeler nuper Cancellario Oxonie duas biblias, unam magistri Willelmi

[1] He was bound to take the oath, but not before the authorities of the University.

[2] To London?

Wrowgthon monachi Wyntoniensis sequestratam in manus Cancellarii pro debito quod petit ab eo Iohannes Stacionarius; quo soluto reddatur liber domino suo & est secundo folio 'ON · AOOEN'; alteram magistri Tring positam in manus Cancellarii pro pensione aule Mildrede debita abbati de Oseneya, & est secundo folio 'geres te in'.

Aug. 19, 1461. 19° die Augusti anno domini 1461° comparuerunt coram nobis magistro Willelmo Ive, commissario &c., venerabilis doctor Robertus Keynell principalis aule Henxine cum magistro Thoma Matyn & aliis 7 sociis eiusdem aule ex parte una & Ricardus Lawndy ex parte altera. Et compromiserunt dicte partes unanimi consensu stare & parere laudo & arbitrio Iohannis Barton & Thome Barton de Oxonia communiter electorum in omnibus causis pendentibus inter predictum doctorem cum comitiva sua & predictum Ricardum. Et datus est terminus dictis arbitris ad finiendum causas premissas usque ad 26 diem Augusti inclusiue. Et si ad ipsum diem non potuerunt concordare, conuenerunt partes predicte in Comissarium antedictum tanquam in imparem communiter electum ex consensu parcium in causis predictis, si tamen idem commissarius tulerit laudum ante ultimum diem Augusti proximo sequentem. Et Ricardus Bromwyche fideiussit pro parte predicti Ricardi quod staret laudo & arbitrio predictorum sub pena XL librarum.

Aug. 30, 1461. Penultimo vero die Augusti predictus commissarius, conuocatis partibus supradictis, laudum tulit & decreuit quod predictus Ricardus Lawndy peteret a prefato doctore & sociis suis veniam, rogans eos de beneuolencia & amicicia sua, nec de cetero inquietaret eos aut eorum aliquem quantum in eo est aliqua occasione que inter ipsum & uxorem eiusdem oriri possit, nec vexaret aut molestaret eos uel aliquem eorum extra Uniuersitatem in aliqua causa terminabili adintra, quamdiu contingeret eos in Uniuersitate morari; insuperque idem Ricardus remoueret se & uxorem suam in aliquem alium locum ante festum Natalis domini proximo sequens. Hec omnia seruaturum se promisit fide media & sub pena XX librarum. Et Ricardus Bromwyche solutus & exoneratus est ab obligacione sua &c.

fol. 185v= ccxxxivv.

Dominus Exoniensis.

Aug. 19, 1461. 19° die Augusti 1461° comparuerunt coram nobis magistro Willelmo Ive, sacre pagine professore & venerabilis in Cristo patris domini Georgii dei gracia Exoniensis episcopi ac huius alme Uni-

uersatitis Cancellarii commissario generali, Iohannes Strong senior & Ricardus Strong filius eius de Hedington ex una parte & Iohannes Strong junior ex altera parte & compromiserunt omnes causas & querelas accionesque inter eos pendentes a principio mundi usque in diem presentem in laudum & arbitium Willelmi Wydoe & Ricardi Hylle de Hedington predicta, Walteri Fransche senioris & Willelmi Herte de eadem, si laudum tulerint ante festum sancti Egidii proximo sequens. Si vero ante diem illum concordare non potuerunt, voluerunt predicte partes quod magister Willelmus Tybarde, tanquam impar unanimi consensu parcium electus, habeat plenam potestatem decidendi & finiendi omnes causas premissas, ita tamen quod ipse laudum tulerit ante festum Nativitatis beate Virginis proximo iam futurum. Et Willelmus Wydoe & Ricardus Hylle predicti interuenerunt fideiussores pro parte predictorum Iohannis Strong senioris & Ricardi Strong filii eius quod stabunt & parebunt laudo premissorum arbitrorum uel imparis, ut prefertur, sub pena XL librarum. Iidemque fideiussores obligarunt se sub pena predicta quod sepedicti Iohannes Strong senior & filius eius Ricardus seruabunt pacem penes antedictum Iohannem Strong iuniorem & uterque eorum seruabit, nec illi nec eorum alter per se uel per alium aut alios trahet extra Uniuersitatem Oxonie aliquam causam quam habent uel habere poterunt in futuro contra predictum Iohannem Strong iuniorem quamdiu steterit sub libertatibus eiusdem Uniuersitatis, dummodo causa illa poterit terminari in Uniuersitate predicta, sub pena XL librarum ut premittitur.

Aug. 20, 1461. 20° die mensis Augusti anno supradicto comparuit dominus Radulphus Daniell coram nobis commissario antedicto & tactis sacrosanctis euangeliis corporali iuramento tam nobis quam procuratori prioris sancte Fredeswide Oxonie prestito pariter & recepto, firmiter se obligauit ac eciam sub pena C librarum legalis monete Anglie bene & fideliter predicto priori aut suo certo attornato soluendarum promisit quod nunquam timore uel occasione alicuius contractus in scriptis uel sine scriptis inter eosdem priorem & Radulphum vel inter quoscumque alios ante datam presencium celebrati, ita tamen quod virtute istius promissi predicto priori tantum & non aliis prouideatur, ab Uniuersitate Oxonie predicta se absentaret aut in fugam quouismodo conuerteret, promisitque idem Radulphus sub forma & pena predictis quod si contingat eundem Radulphum ab Uniuersitate predicta recedere causa morandi in seruicio alicuius domini uel alterius cuiuscumque persone infra uel extra regnum Anglie aut in suo beneficio, si quod

obtineat, vel alias cum parentibus, consanguineis vel amicis suis, quod tunc de recessu suo & de loco more sue, omni fraude cessante, eundem priorem vel saltem procuratorem eiusdem per spacium trium dierum ante recessum suum bene & fideliter per se uel per alium certificabit. Sin autem, penam predictam C librarum ipso facto se incursurum promisit. In quorum omnium & singulorum premissorum fidem & testimonium nomen suum proprium manu propria premissis subscripsit, Radulphus Danyell.[1]

Dominus Exoniensis.[2]

fol. 186r= ccxxxvir. Sept. 5, 1461.

5° die Septembris anno domini 1461° coram magistro W. Ive, commissario generali &c., compromissum est inter dominum Willelmum Batell' rectorem ecclesie parochialis de Staunton saint John' ex una parte & Iohannem Pyry ex altera parte de eadem in hos quatuor viros, viz. Iohannem Haynys & Iohannem Page electos ex parte dicti domini Willelmi de eadem villa & Karolum Perys & Thomam Pyper de eadem ex parte dicti Iohannis Pyry, sub pena VI marcarum legalis monete Anglie, de & super omnibus accionibus, transgressionibus & delictis quibuscumque inter eosdem motis & indecisis, quod ipsi dominus Willelmus & Iohannes Pyry stabunt & parebunt in alto & in basso laudo, arbitrio & ordinacioni dictorum quatuor virorum, ita tamen quod ferant laudum citra festum Exaltacionis sancte Crucis proximum post datam presentium inclusiue. Et si contingat dictos arbitros non ferre laudum predictum citra predictum diem uel in ipso die, compromiserunt & elegerunt in imparem sub eadem pena Iohannem Clerke tunc maiorem ville Oxonie, ita tamen quod ipse laudum suum ferat inter predictos citra festum sancti Michaelis proximo futurum. Alioquin partes predicte comparebunt coram domino Cancellario uel eius Commissario die Lune proximo tunc sequente sub eadem pena, propositure & responsure prout iura volunt. Insuper promittunt partes predicte sub eadem pena quod interim durantibus predictis terminis nullus alterum molestabit seu vexabit quouismodo. Promittunt eciam sub eadem pena quod laborabunt penes suos arbitros per eosdem electos per aliquem diem uel aliquos dies, si necesse fuerit, circa predictum arbitrium[3] per eosdem compromittentes electum siue electos ex eorum communi consensu, ut ipsi eorum sumptibus in aliquem certum locum

[1] This name is not in the handwriting of the scribe; it is apparently the autograph of the man; it is well written.

[2] The earliest numbering of the pages shows that a leaf is missing here.

[3] The sentence would run better if *circa predictum arbitrium* came immediately after *laborabunt*.

per eosdem compromittentes assignandum compareant & tractent ad ipsius arbitrii finem, si fieri possit &c.

Sept. 5, 1461. Eodem die coram nobis Commissario antedicto Dauid Gilys de Oxonia tactis sanctis euangeliis prestitit iuramentum corporale quod nunquam vexabit per se uel per alium quouismodo Iohannem Weste extra Uniuersitatem uel coram quocumque iudice alio quam Cancellario uel eius Commissario in aliqua causa terminabili coram eo, quamdiu ipse Iohannes steterit sub libertatibus Uniuersitatis sub pena xx librarum. Promisit insuper predictus Dauid sub eadem pena & eadem fide quod si aliqua accio iam fuerit intentata contra predictum Iohannem alibi quam coram Cancellario Oxonie per ipsum Dauid seu per aliquem alium occasione sua seruabit eundem Iohannem omnino indemnem.

Sept. 7, 1461. 7° die Septembris comparuerunt coram nobis magistro W. Ive Commissario supradicto Ricardus Toralde de Brigthwelle in comitatu Berk' & Ricardus Smyth alias Rawlyn de Northemorton & compromiserunt in dominum Symonem rectorem ecclesie parochialis de Brigthwelle predicta & vicarium ecclesie parochialis de Blebury de & super omnibus causis, querelis, accionibus & demandis inter predictos Ricardum & Ricardum a principio mundi usque in diem presentem pendentibus, si tamen predicti arbitri electi ante festum sancti Michaelis proximo futurum laudum tulerint. Sin autem voluerunt partes predicte quod iidem arbitri eligant unum imparem quem voluerint, & assignent sibi terminum ad finiendum causas & acciones predictas ad placitum eorundem. Et promiserunt partes predicte se stare & parere laudo ac arbitrio predictorum virorum vel imparis assignandi sub pena c solidorum. Insuper promiserunt partes antedicte quod neutra earum vexabit alteram aliquo modo quousque cause predicte per predictos arbitros aut imparem finiantur sub pena predicta.

Sept. 9, 1461. Exposicio caucionum pro aulis &c. coram Cancellario antedicto in ecclesia beate Marie 9° die Septembris viz. in crastino Nativitatis beate Marie anno domini 1461°.

Pro aula Ceruina, mag. I. Treganson.
Pro aula Nigra, mag. I. Arundell.
Pro aula Alba, mag. W. Godeyere nomine magistri I. Greue.
Pro aula Alba supra muros, mag. W. Godeyere nomine proprio.
Pro aula Nisea, mag. I. Moderey.
Pro aula Mureligorum, mag. Robertus Eliot.
Pro aula Vinea, mag. Robertus Passelow nomine magistri I. Warde.

Pro aula vocata Celerhalle, mag. Robertus Passelow.
Pro aula Mildrede, mag. Robertus Passelow nomine magistri I. Iulyan.
Pro aula Pirina, mag. I. Tringe.
Pro parvo introitu sancte Marie in vico scolarum, Henricus Moleneux nomine magistri I. Moleneux.
Pro aula sancti Edmundi in oriente, mag. W. Preston nomine magistri Thome Lee.
Pro aula Hugonis, mag. Willelmus Preston nomine proprio.
Pro aula Alba in oriente, mag. W. Preston nomine magistri I. Mede.
Pro orto annexo eidem aule, idem magister I. Mede.
Pro aula Stapulina, mag. Henricus Gellis.
Pro hospicio Burnelli, mag. Robertus Lawson nomine magistri Willelmi Lampton.
Pro aula sancti Edwardi, mag. I. Lydforde nomine magistri I. Aphowelle.
Pro aula Taurina, mag. I. Lidforde nomine magistri Nicholai Nuton. fol. 186v= ccxxxvi v.
Pro aula sancti Urbani in parochia de Marton,[1] dominus Ricardus Wylnale nomine Thome Thurlby.
Pro aula sancti Iacobi iuxta aulam Bouinam, mag. Thomas Darsy nomine proprio.
Pro aula Bouina, mag. Thomas Reynolde nomine magistri I. Hobyn.
Pro aula sancti Michaelis, mag. Thomas Reynolde nomine proprio.
Pro aula Aquile, mag. Ricardus Russell nomine magistri I. Alyn.
Pro aula angulari, mag. Henricus Sutton nomine proprio.
Pro orto annexo eidem aule, mag. Henricus Sutton nomine I. Arnolde.
Pro aula nuncupata Nunhalle, mag. I. Iones nomine proprio.
Pro aula sancti Iohannis in parochia sancti Aldati, I. Fayraunter nomine magistri Philippi Polton.
Pro aula Hamptone, I. Potter nomine magistri Thome Pownton.
Pro aula sancti Iohannis, mag. Walterus Steven.
Pro aula sancti Petri iuxta collegium Exonie, mag. Nicholaus Gottisforde nomine magistri Nicholai Stanbury.
Pro Celer Hall,[2] Reginaldus Stone nomine proprio.
Pro aula Aristotil, Robertus Lawles nomine proprio.
Pro aula Haburdaysshe, mag. T. Cornysshe.
Pro aula sancti Edmundi in vico scolarum, mag. T. Cornysshe nomine magistri I. Pykyng.

[1] St. John's parish was sometimes called Merton parish.

[2] Has occurred earlier with Robert Passelow as principal.

Pro gardino annexo collegio Lincoln', mag. T. Thorpe nomine proprio.
Pro aula Georgii, mag. I. Lydforde nomine proprio.
Pro aula Enea, mag. Willelmus Bragg' nomine proprio.
Pro aula Uniuersitatis, mag. W. Bragg' nomine magistri Henrici Berforthe.
Pro aula sancti Thome, mag. W. Bragg' nomine magistri I. Lane.
Pro orto annexo eidem aule, mag. W. Bragg' nomine magistri Bonefacii Blondelle.
Pro aula Nigra in vico scolarum, mag. Hugo Fraunce nomine magistri I. Trope.
Pro aula Vitrea, dominus Thomas Stopforte nomine magistri I. Gregory.[1]
Pro parva aula Martini, mag. Thomas Parys nomine magistri H. Sampson.
Pro Bedill Hall, mag. T. Paris nomine magistri H. Popy.
Pro aula beate Marie, mag. T. Parys nomine proprio.
Pro aula Henxina, I. Dyer nomine doctoris Keynelle.
Pro scolis iuris canonici iuxta aulam sancti Edwardi, H. Harling nomine doctoris Russell.
Pro Grove Hall, mag. Thomas Maten nomine proprio.
Pro Pekwater Inne, Robertus Parke nomine magistri Willelmi Dayfote.
Pro introitu sancte Marie in vico scolarum,[2] mag. Willelmus Scrivener.
Pro Nevelle Inne, mag. Nicholaus Wrigth.
Pro Brodeyates in parochia Omnium Sanctorum, mag. I. Kyng nomine magistri W. Pykenam.
Pro aula sancti Laurencii, mag. T. Gottisforde nomine proprio.
Pro Plummer Halle, Willelmus Brewe nomine proprio.
Pro quodam orto annexo aule Laurencii, mag. T. Gottisforde nomine magistri W. Dymett.
Pro aula sancti Laurencii, mag. T. Gottisforde nomine magistri W. Baron.
Pro aula Taurina, mag. Henricus Bryan.
Pro aula Bostari, mag. T. Proctor nomine magistri I. Seymor.
Pro aula Leporina, mag. T. Proctor nomine magistri W. Walshe.
Pro aula Pencriche, mag. T. Proctor nomine domini Willelmi Colett.
Pro Nitingale Halle, mag. T. Proctor nomine I. Thorpe.
Pro aula Profunda, mag. T. Proctor nomine proprio.

[1] This does not agree with the Oseney rental (Wood MS. F. 10) which gives Henry Gillis as principal of Glasen Hall in 1460 and 1461, and James Stanley in 1462 and 1463.
[2] Has occurred already.

Pro aula Andree, mag. T. Proctor nomine Roberti Mustȝate.
Pro aula Trabina, mag. T. Wodehille nomine magistri Stephani Tyler.
Pro aula Willelmi situata in Kybalstre [*sic*], mag. T. Wodehille nomine proprio.
Pro magnis scolis iuris ciuilis, mag. T. Wodehille nomine doctoris Lichefelde.
Pro aula Colcellina, mag. Willelmus Philipp*us* nomine proprio.
Pro Latis Portis in parochia sancti Aldati, mag. Thomas Walton nomine proprio.
Pro Bekes Inne, mag. T. Walton nomine magistri Ricardi Bulkeley.
Pro Trillok Inne, mag. I. Morer' nomine magistri Walteri Pavy.
Pro Nevelle Inne, mag. I. Vowelle nomine doctoris Lichefelde.
Pro Nunhalle, mag. I. Vowelle nomine proprio.
Doctor Lichefelde exposuit caucionem pro Nun Halle nomine suo proprio, 27° die Septembris coram doctore Bulkeley.

9° die Septembris predicti dominus Willelmus Mydnygthe exposuit caucionem pro aula Aristotil in nomine magistri Willelmi Rauffe in aurora coram Commissario in domo sancti Iohannis & exposuit fideiussores viz. Willelmum Gryffyn & Henricum Bathe. **Sept. 9, 1461.**

11° die Septembris doctor Keynelle exhibuit fideiussores pro pensione aule Henxine, Thomam Cudworth & Iohannem Hoore de Oxonia. **Sept. 11, 1461.**

Eodem die doctor Russell exhibuit fideiussores pro pensione magne scole iuris canonici, Iohannem Smythe & Morganum Medwey.

Eodem die magister Henricus Gellys exhibuit fideiussores pro pensione aule Stapuline, Thomam Barton & Willelmum Glover.

Eodem die magister Thomas Goddisforde produxit fideiussores pro pensione aule Laurencii & alterius aule annexe eidem vocate Plummer Halle, viz. Raulinum Taylor & Thomam Taylor.

Eodem die magister Nicholaus Stanbury produxit predictos Raulinum Taylor & Thomam Taylor pro pensione aule Petri.

12° die Septembris magister W. Preston exhibuit fideiussores pro aula Eadmundi & duarum aularum adiacentium, Thomam Bartone & I. Mathew. **Sept. 12, 1461.**

16° die Septembris Nicholaus Robyns pandoxator de parochia sancti Egidii & Robertus Parkyns de parochia sancte Marie Magdalene & Iohannes Kasby de parochia sancti Egidii predicta inter- **Sept. 16, 1461.**

uenerunt fideiussores pro Isabella Michell' de bene gerendo & quod subtrahet se a suspectis personis in locis & temporibus suspectis & quod honeste conuersabitur sub LX sol. Uniuersitati soluend'; et sub hac caucione dispensatum est cum iuramento predicte Isabelle quod prestiterat 16° die Augusti anno domini 1457°, ut supra anno primo magistri T. Chaundeler.

Eodem die Rosa Coke, alias Adam, de parochia sancti Egidii Oxonie prestitit iuramentum corporale de pace seruanda penes omnes legios regis & de pacifice ac honeste vivendo inter vicinos suos sub pena XX librarum Uniuersitati soluendarum.

Eodem die magister Robertus Benett dimissus a carcere ex speciali gracia domini Cancellarii prestitit iuramentum corporale coram magistro Willelmo Ive, commissario &c., de bene & fideliter se gerendo penes dominum regem Edwardum IIII^{tum} & de pace seruanda penes omnes legios regis sub pena XL librarum; et exhibuit fideiussores ad singula obseruanda sub eadem pena, viz. Iohannem Goode lathomum de parochia sancti Petri in Baliolo Oxonie & Iohannem Glover de parochia Omnium Sanctorum Oxonie, & uterque | fideiussorum obligatur in solidum.

fol. 187^{r}= ccxxxvii^{r}. Idem iuramentum prestitit magister Willelmus Dayfote eodem die & loco & eadem pena, & produxit fideiussores, Ricardum Plummer & Robertum Rowsham.

Idem iuramentum prestitit eodem loco & die & sub eadem pena magister I. Hulle & exhibuit fideiussores, Thomam Brown taylor & Iohannem Mathew de parochia sancti Petri in oriente.

Idem iuramentum prestitit magister I. Wylton eisdem die & loco & sub eadem pena & exhibuit fideiussores, Iohannem Vincent & Petrum Page de parochia sancte Marie Magdalene, Willelmum Hulett & Dauid Brekenok de parochia sancti Michaelis ad portam borialem Oxonie.

Idem iuramentum tunc prestitit ibidem magister Robertus Takell' sub pena predicta & adhibuit fideiussores, Robertum Wey de Stokingchurche, Thomam Bokebinder alias Hokyn de Cattestrete Oxonie & dominum Willelmum Trignor'[1] rectorem de Stanmere, Londoniensis diocesis.

Hec sequencia acta erant coram Rogero Bulkeley tunc Commissario &c.

Sept. 17, 1461. 17 die eiusdem mensis Septembris prestitit iuramentum corporale Thomas Correy de se bene & fideliter gerendo penes dominum regem Edwardum &c., & pacem seruando penes omnes legios eius, & ad hoc fideliter implendum exibuit fideiussores, Iohannem Bristowe, Ricardum Savier, Thomam Streme, Dauid Smyth & Thomam Smyth, videlicet quemlibet eorum per se & in solidum sub pena XX librarum &c., et insuper predictus Thomas Correy obligat se ipsum in LXXX libris ad idem complendum, si contingat ipsum dicto iuramento contrauenire &c.

[1] This name does not occur in Newcourt's *Repertorium*, the rectors of Little Stanmore being unrecorded.

Eodem die consimile iuramentum prestitit Willelmus Holy & exhibuit fideiussores, Stephanum Pultone de parochia sancti Martini Oxonie, Ricardum Savier de eadem parochia, Thomam Smyth de parochia sancti Petri in oriente & Iohannem Lamprey de eadem parochia, videlicet quemlibet eorum per se & in solidum sub pena XX librarum &c., ac insuper predictus Willelmus obligat se ipsum ad idem complendum in octoaginta [*sic*] libris bone & legalis monete Anglicane &c.

Sept. 17, 1461. Eodem die magister Thomas Haxby constituit procuratores suos magistrum Thomam Waltone & Willelmum Appylby in artibus bacallarium in causa petendi quendam equum a Iohanne Smyth extra portam borialem, precii IIII marcarum &c.

Sept. 17, 1461. Eodem die Hugo Welles taillour inuenit securitatem de pace gerenda Elizabethe Godfray de parochia sancte Marie Magdalene & Rogero Briges seruienti eiusdem, Iohanni Smythe de eadem parochia & omnibus legiis regis & exhibuit fideiussores Iohannem West, Robertum Holt, Willelmum Purcell & Thomam Sadeler, videlicet quemlibet eorum per se & in solidum sub pena X librarum &c. Et ante inuencionem securitatis pacis percussit idem Hugo cum pugno uxorem Iohannis Smyth, prout confessus est coram officio & coram procuratori australi, et quod habuit daggarium extractum sed non percussit cum eo; contrarium dicit mulier.

Sept. 19, 1461. Elizabetha Godfray conuicta fuit de communi & aperto adulterio & inhonesta conuersacione inter convicinos suos. Nono decimo die eiusdem mensis habuit diem ad purgandum se & defecit in purgando se ipsam & incarcerata manet, & eciam pro securitate pacis invenienda Hugoni Taillour de parochia sancte Marie Magdalene, & Rogerus seruiens eius incarceratur cum ea pro eadem causa &c.

Sept. 23, 1461. 23 die eiusdem mensis Iohannes Bartlode de Thame constituit procuratores suos in causa debiti XXX solidorum magistrum Willelmum Tibard, Ricardum Berne & Iacobum Hereford coniunctim &

diuisim & ad alios uel alium constituendum & cetera omnia faciendum que dictus Iohannes faceret, si in hac curia presens esset, ad petendum dictos xxxs. & ad recuperandum vel perdendum, prout dicta curia decreuerit faciendum, erga Willelmum Saltmershe & Thomam Luffenham &c.

Cecilia Thrynkeld conuicta de communi meretricio incarcerata abiuravit villam et suburbia ac procinctum Uniuersitatis Oxonie sic quod non pernoctaret in dictis villa uel suburbiis aut procinctu Uniuersitatis predicte, nec moram traheret in eisdem sine speciali gracia cuiuslibet regentis [1] eiusdem Uniuersitatis pro perpetuo &c.

fol. 187v = ccxxxviiv.

Dominus Exoniensis.

Ricardus Walker exhibuit fideiussores, Thomam Taillour de parochia sancti Clementis & Ricardum Fuller de eadem, utrumque eorum sub pena x librarum, de pace seruanda penes Agnetem Shirewode de eadem.

Comparuerunt coram nobis magistro Rogero Bulkeley, commissario &c., Iohannes Bartone iremonger & Thomas Barlote de Oxonia & compromiserunt in magistros Willelmum Godeȝer' & Iohannem Walyngford de & super quadam causa debiti cuiusdam obligacionis trium librarum monete Anglicane facte prefato Iohanni Bartone per predictum Thomam, ut asseruit, cum omnibus circumstanciis & appendiciis ad dictam causam qualitercumque pertinentibus siue pendentibus, ita tamen quod dicti arbitri electi terminent materiam & causam predictam infra quindenam post istum diem uel in illo die quintodecimo & laudum ferre [2] & arbitrium, quibus laudo & arbitrio partes predicte promiserunt se stare & parere sub pena decem librarum, si huiusmodi laudum seu arbitrium dicti arbitri inde tulerint; cuius quidem pene una medietas cedet parti parenti dicto laudo & arbitrio dictorum arbitrorum, altera vero pars cedet Uniuersitati. Et si non contingat ipsos arbitros huiusmodi laudum & arbitrium ferre infra tempus prefixum, promiserunt se partes predicte stare sub eadem pena laudo & arbitrio magistri Willelmi Ive, comissarii &c., cum reuenerit domum, qui quidem commissarius habebit tempus terminandi dictam causam in forma prescripta usque ad diem sancte Fredeswide [3] inclusiue proximo sequentem; cuius laudo &

[1] i. e. chancellor.
[2] Grammar requires *ferant*.
[3] 'sancti Dionisii' was written first.

arbitrio partes predicte stabunt in forma ut supra, si contingat ipsum commissarium laudum inde ferre tanquam imparis per partes predictas electi. Et insuper promiserunt partes predicte sub eadem pena quod neuter eorum implacitaret siue vexaret alterum in aliqua curia forinseca, nec traheret aliquam causam terminabilem adintra extra iurisdiccionem dicte Uniuersitatis decetero &c.

27 die Iohannes Forest de parochia sancte Marie Magdalene in suburbio Oxonie, Willelmus Marche de eadem parochia & Petrus Page de eadem parochia manuceperunt pro Elizabetha Godfray & Rogero Bryges seruiente suo pro pace gerenda penes Hugonem Welles taillour de eadem parochia, videlicet quilibet eorum in xl solidis pro utroque eorum, scilicet Elizabethe & Rogeri, sub pena decem librarum, & predicti Elizabetha & Rogerus sub pena predicta obligauerunt se & utrumque eorum per se & in solidum quod se bene & honeste gerent inter convicinos suos ibidem; et sub eadem pena uterque eorum iuramentum prestitit corporale quod non cohabitabunt simul infra procinctum Uniuersitatis nec simul pernoctabunt, neque dictus Rogerus frequenter domum eiusdem Elizabethe visitabit nec secum bibet nisi in loco publico & in presencia honestarum personarum &c. Sept. 27, 1461.

28 die condemnatus erat Willelmus Attewelle [1] priori sancte Frideswide in xl solidis, quos iurauit se eidem seu eius procuratori soluturum, videlicet in eodem die xxs. & festo Commemoracionis Omnium Animarum xxs.; et insuper fatebatur se habere dies solucionis sue de residuo firme sue, scilicet diem Natalis domini & annunciacionis beate Marie proximo futurum &c. Sept. 28, 1461.

29 die magister Iohannes Springbett exposuit caucionem pro Takleys Inne, vocato uulgariter Bulkeley Halle, coram magistro W. Ive tunc commissario generali &c. Sept. 29, 1461.

Quinto die Octobris anno domini 1461 coram nobis magistro Willelmo Ive, sacre theologie professore, reverendi in Cristo patris domini Georgii dei gracia Exoniensis episcopi & Uniuersitatis Oxonie Cancellarii commissario generali, Agnes filia Iohannis Laumprey de parochia sancti Petri in oriente Oxonie, que prius abiurauerat villam ad tempus, tactis sacrosanctis iuramentum Oct. 5, 1461.

[1] Probably a brother of John Attewille who in 1458 was principal of Beke's Inn, a property of St. Frideswide's (Wood, *City of Oxford*, i. 589).

prestitit corporale de honeste conuersando quamdiu morata fuerit in villa Oxonie uel in procinctu eiusdem. Et si contingat eam deinceps in adulterio seu fornicacione deprehendi aut de violenta suspicione conuinci, preter penam periurii soluet Uniuersitati XL solidos. Et fideiusserunt pro ea sub eadem pena Iohannes Lawmprey pater eius, Iohannes Pewsey sponsus suus, Edmundus Staynour de parochia sancti Petri predicta, & Willelmus Gryffyn cistor [*sic*] de parochia sancte Marie Oxonie, et quilibet fideiussorum obligatur in solidum.

Oct. 5, 1461. Eodem die magister I. Alyn, principalis aule Aquiline, deposuit coram Commissario antedicto quod Margareta Wynter est & erit lotrix vestium suarum & accepit Symonem Wynter maritum eiusdem Margarete in seruientem suum, promittens se daturum sibi VIS. VIII*d.* vel unam robam per annum. Et idem Symon prestitit iuramentum corporale [ad obseruandum priv]legia[1] & libertates Universitatis quoad potuerit.

fol. 188r= ccxxxviiir.

Dominus Exoniensis. Anno domini 1461.

Oct. 5, 1461. 6° die Octobris magister Henricus Sutton exposuit caucionem pro aula vocata Nevelles Inne in nomine magistri Ricardi Scarburghe.

Oct. 5, 1461. Eodem die Robertus Wodehows, alias Cater, manucepit pro Iohanne Wodehows filio suo de pace seruanda penes Ricardum Haynes de [*blank*] & de non vexando eum extra Uniuersitatem in aliqua causa terminabili ad intra, quamdiu steterit idem Ricardus seruiens scolaris, sub pena X librarum.

Eodem die Willelmus Huntyngdon de Bissetur et Thomas Mason de Horton interuenerunt fideiussores pro Willelmo Webbe & Willelmo Weston ac Ricardo Tole de pace seruanda penes predictum Ricardum Haynes & de non trahendo causam adextra sub pena X librarum, & uterque fideiussorum obligatur in solidum.

Oct. 7, 1461. 7° die Octobris Willelmus Robyns, bocher, de Oxonia coram nobis Commissario supradicto interuenit fideiussor pro Thoma Harburfelde quod idem Thomas Harburfelde perficiet & complebit domum Willelmi Kelbek bidelli in omnibus iuxta formam conuencionis facte inter ipsos ante festum Omnium Sanctorum proximo futurum sub pena X librarum, & promisit idem Thomas Harburfelde conseruare fideiussorem suum indemnem.

[1] The page is torn.

Oct. 8, 1461. 8vo die Octobris coram nobis Commissario antedicto Willelmus Hulett soluit XXS. magistro Ricardo Prayers pro Iohanne Friser' in partem solucionis XXVIS. VIII*d.*, & de VIS. VIII*d.* non solutis promisit predictus magister Ricardus se nichil exigere a predicto Willelmo ante festum Michaelis proximo futurum.

Oct. 8, 1461. Eodem die dominus Iohannes Thorpe coram nobis Commissario antedicto resignauit totum ius quod habuit in aula Profunda, & consequenter magister Iohannes Seymur posuit caucionem pro eadem.

Oct. 8, 1461. Item eodem die dominus Robertus Musteȝate resignauit principalitatem aule Andree, annexe aule Profunde, & continuo dominus Iohannes Thorpe posuit caucionem pro eadem.

Oct. 8, 1461. Eodem die comparuit coram nobis Commissario antedicto in collegio beate Marie Magdalene, uulgariter nuncupato domus sancti Iohannis extra portam orientalem Oxonie, Iohannes Harrys bidellus, qui ibidem in presencia procuratoris abbatis de Osney confessus est se esse obligatum predicto Abbati virtute cuiusdam personalis obligacionis inter eos confecte in summa quadraginta librarum bone & legalis monete Anglie, pro eo & ex eo quod idem Iohannes recepit rectoriam de Watlingtone ad firmam una cum fructibus & aliis emolumentis surgentibus ex eadem.[1]

July 26, 1461. In dei nomine Amen, XXVI° die mensis Iulii anno domini millesimo CCCCLXI° ego dominus Iohannes Quyck rector ecclesie parochialis de Clopton, sane memorie, eger tamen corpore, condo testamentum meum in hunc modum. In primis lego animam meam deo omnipotenti, beate Marie & omnibus sanctis, corpusque meum ad sepeliendum infra ecclesiam beate Fredeswide Oxonie. Item lego Willelmo Strangman, socio de Pekwaters Inne ibidem, meum optimum equum cum sella & freno ac meam optimam togam cum capucio. Item lego Hugoni Quyck fratri meo centum solidos iuxta discrecionem executoris mei. Item lego Nicholao Tanner de Abyndone consanguineo meo centum solidos iuxta discrecionem predicti executoris mei. Item lego Alicie Grene lotrici mee VIS. VIII*d.* Item lego domino Iohanni Busshe capellano de Pekwaters Inne[2] meum portiforium ad orandum pro anima mea. Item lego domino Roberto capellano capelle sancte Trinitatis extra portam

[1] This entry has been crossed out. The rectory of Watlington, i. e. the great tithes, belonged to Oseney Abbey.

[2] Not 'chaplain of Pekwater's Inn' but 'of Pekwater's Inn, priest'.

orientalem Oxonie XL solidos ad orandum pro anima mea. Residuum vero bonorum meorum quorumcumque non legatorum do & lego magistro Iohanni Rudyng archidiacono Bedford & ipsum meum facio & ordino executorem, ut ipse iuxta discrecionem suam disponat pro salute anime mee, prout sibi melius expedire videbitur. Acta sunt hec apud Oxoniam die & anno supradictis, testibus Roberto Corbett armigero, magistro Thoma Bloxham arcium magistro, Thoma Halle & aliis. In cuius rei testimonium huic testamento meo sigillum meum apposui.

Oct. 8, 1461. Probatum est presens testamentum VIII° die mensis Octobris anno suprascripto coram nobis magistro Willelmo Ive, sacre theologie professore, reverendi in Cristo patris & domini Georgii dei gracia Exoniensis episcopi ac Uniuersitatis Oxonie Cancellarii commissario generali, & per nos approbatum, insinuatum & legittime pronunciatum pro eodem, commissaque est administracio bonorum idem testamentum concernencium executori suprascripto in forma iuris iurato, et eum ab ulteriori compoto nobis aut officio nostro faciendo dimittimus & acquietamus, saluo iure cuiuscumque. In cuius rei testimonium sigillum commune officii cancellariatus presentibus apposuimus.

fol. 188v = ccxxxviiiv.

Dominus Exoniensis, anno Domini 1461.

Oct. 9, 1461. Nono die mensis Octobris comparuit coram nobis magistro Willelmo Ive, commissario generali &c., Thomas Harburfelde in quadam accione ad interesse proposita aduersus eum per Willelmum Kelbek bedellum ad valorem & estimacionem racione lucri cessantis & damni emergentis XX marcarum, & promisit utraque parcium stare laudo, sentencie & arbitrio nostro in alto & in basso sub pena X librarum, ita quod dictum laudum seu arbitrium feratur ante diem dominicam proximo sequentem festum Omnium Sanctorum iam proximo futurum.

Oct. 10, 1461. Decimo die Octobris Leonellus Howthe de aula Aristotil manucepit pro domino Hugone Baron ad sistendum eum personaliter presentem coram domino Cancellario vel eius commissario generali, quandocumque conuentus fuerit ante festum Omnium Sanctorum proximo iam futurum sub pena centum librarum.

Oct. 10, 1461. Eodem die Hugo Welles taylor de parochia sancte Marie Magdalene in suburbio Oxonie condemnatus est ad soluendum Uniuersitati VIIIs., quia confessus est coram officio quod percussit uxorem Iohannis Smyth de eadem parochia cum pugno & quod extraxit daggarium suum, & habet terminos ad soluendum festum

Omnium Sanctorum & sancti Martini per equales porciones, & exhibuit fideiussores, Iohannem Weste & Thomam Sadler de parochia sancte Marie Magdalene. Soluit IIIIs.; item IIIIs.

Oct. 15, 1461. Quintodecimo die mensis Octobris anno supradicto magister Willelmus Speke, rector de Baldington in comitatu Oxonie, dominus Iohannes Thorp, vicarius perpetuus ecclesie de Church Cowley, & dominus Iohannes Wellys capellanus interuenerunt fideiussores pro magistro Iohanne Wygth ad sistendum eum coram domino Cancellario cum vocatus fuerit, sub pena XL librarum, & quilibet fideiussorum obligatur in solidum.

Oct. 17, 1461. Septimodecimo die eiusdem mensis Nicholaus Robyns & Iohannes Peytowe interuenerunt fideiussores pro Iohanne Morys de parochia sancti Egidii pro pace seruanda penes Iohannem Taylor nuper de eadem parochia, sub pena XX librarum.

Oct. 17, 1461. Eodem die magister Willelmus Wryxham exposuit caucionem pro aula Enea nomine suo proprio.

Oct. 17, 1461. Eodem die Iohannes Morys de parochia sancti Egidii in suburbio Oxonie promisit se de cetero non frequentare domum aut societatem Margarete Glasier de eadem parochia sub pena XL solidorum, prout ante iurauerat coram magistro Roberto Hurste tunc officiali Cancellarii, ut patet in registro suo.[1]

Oct. 17, 1461. Eodem die latum est laudum in causa diu pendente inter Iohannem Barton iremongar & Thomam Bartelote per magistrum Willelmum Ive commissarium, imparem electum in hac causa ex consensu parcium, ut patet in folio proximo precedente, sub hac forma, viz. quod predictus I. Barton cessabit ab omni accione quam aliquando habuit aut in futuro habere poterit aduersus dictum Thomam Bartelot virtute cuiusdam obligacionis facte predicto Iohanni per Thomam predictum, ut asseruit; et quod idem Iohannes nunquam de cetero vexabit vexarive faciet ipsum Thomam, heredes aut executores suos seu aliquem eorundem aliquo modo per se uel per alium coram quocumque iudice sub pena X librarum applicandarum, ut ante exprimitur in registro. Insuper predictus Thomas amicabiliter inuitabit prefatum Iohannem aliquando ad prandium & ipsum, si venire voluerit, honeste reficiet ad maiorem inter eos amiciciam propagandam. Huic laudo testes fuerunt magister [*blank*] Arundell, arcium magister, & magister Iohannes Wallingforde, bacularius[2] iuris, & aliis.

[1] No doubt the register book of the Chancellor's court.

[2] baculario, MS.

Oct. 17, 1461. Eodem die Iohannes Gye alias Cowper, Iohannes Hawdarn de parochia Marie Magdalene Oxonie obligarunt se & uterque eorum obligauit ad soluendum pro Thoma Kente Iohanni Tanner de parochia sancti Egidii xviiis. iiiid. ad terminos subscriptos, viz. ad festum Natalis domini proximo sequens vis. viiid., ad festum Annunciacionis beate Marie proximo tunc sequens vis. viiid. & ad festum Natiuitatis sancti Iohannis Baptiste extunc proximo sequens v solidos.

fol. 189r= ccxxxixr.

Dominus Exoniensis anno domini 1461.

Oct. 19, 1461. Nonodecimo die Octobris magister Iohannes Collys exposuit caucionem pro aula uulgariter vocata Bostur Halle in parochia sancti Petri Oxonie in oriente nomine suo proprio.

Oct. 20, 1461. Vicesimo die Octobris Humfridus Euerharde ex confessione sua condemnatus est Iohanni Adam pandoxatori in vis. viiid., soluendis eidem in festo Omnium Sanctorum proximo sequente, & in iiis. iiiid. soluendis in festo sancti Nicholai proximo tunc sequente.

Oct. 26, 1461. Vicesimo sexto die Octobris anno domini suprascripto comparuit coram nobis magistro Willelmo Ive, commissario generali &c., Robertus Newman de Oxonia fremason ad instanciam Thome Fygot & Ricardi Este,[1] & fatebatur predictus Robertus iudicialiter se debere prefato Thome xxxiiis. iiiid. & prefato Ricardo iiii marcas monete Anglie. Et habuit terminos ad soluendum predictas summas ex consensu parcium prefatis Thome & Ricardo viz. festum Purificacionis beate Marie & festum Pasche proximo futura post datam presencium per equales porciones. Ad quas quidem soluciones bene & fideliter ut premittitur faciendas in terminis predictis idem Robertus obligauit se in quibusdam scriptis obligatoriis, quorum date sunt superius scripte, & eorum quodlibet est summe vi marcarum soluendarum prout expresse per eadem scripta obligatoria liquet. Si vero predictam summam ad terminos antedictos soluat aut solui faciat, tunc predicte obligationes & earum quelibet nullius sint valoris & pro nullis habeantur. Alioquin stent in robore suo.

Eodem die quidam frater Augustinensis [*blank*] conuictus de percussione mulieris cum pugno soluit iiiis.

Oct. 26, 1461. Eodem die Iohannes Wappes ex confessione sua condemnatus

[1] This entry is written twice. In the first, which is scratched out, the names are spelt Fygod and Yste.

est ad soluendum Thome Scharman bruer xis. xd.; et habuit terminos ad soluendum ex consensu parcium viz. ad festum Omnium Sanctorum proximo sequens iiis. iiiid., et ad festum Purificacionis beate Marie proximo iam futurum viiis. vid.; et istas soluciones fideliter faciet in terminis predictis sub pena xiiis. iiiid.

Oct. 31, 1461. Ultimo die Octobris anno domini suprascripto magister I. Greve coram nobis accepit in seruientem suum Iohannem Garton & promisit se daturum sibi stipendium per annum secundum formam Uniuersitatis, & idem Iohannes iuratus est ad obseruandum priuilegia, libertates & consuetudines eiusdem Uniuersitatis.

Oct. 18, 1461. Mem. quod xviii° die mensis Octobris anno regni regis Edwardi quarti primo coram nobis magistro Willelmo Ive, in sacra theologia doctore, commissario generali honorabilis domini, domini Georgii Nevyle cancellarii Uniuersitatis Oxonie, comparuit Iohannes Wikam pelliparius de Bathe quondam de Oxonia; diligenter & legitime examinatus & super librum iuratus dixit & fatebatur se sigillasse quandam acquietanciam ad summam quinque marcarum Iohanni Harrys bidello Uniuersitatis Oxonie, ubi de facto I. Wikam bidellus sigillasset,[1] & tunc mortuus erat, ita dicendo[2] huic I. Wikam pellipario quod si vellet sigillare eam acquietanciam quod multum sibi, scilicet Iohanni Harrys, proficeretur ut potuisset emere terras & tenementa ad comodum suum & licite tunc potuisset iurare quod I. Wikam sigillaret illam acquietanciam, non tamen I. Wikam bidellus cui erat indebitatus, sed nequiter & maliciose & contra conscienciam hoc fecit, testibus tunc presentibus in confessione dicti I. Wikam pelliparii domino Roberto Kelyntone de Trinitate extra portam orientalem Oxonie, Iacobo Herford de collegio beate Marie Magdalene extra portam orientalem in Oxonie; data die & anno predictis &c.

Dominus Exoniensis, anno domini 1461.

fol. 189v= ccxxxixv.

Oct. 28, 1461. Vicesimo octauo die Octobris anno domini suprascripto comparuerunt coram nobis magistro Willelmo Ive, commissario generali &c, Philippus Burgaweny actor & Iohannes Bradley reus, qui quidem Philippus intentauit contra predictum Iohannem accionem debiti xxvis. viiid.; et post multa compromiserunt unanimi consensu se stare laudo & arbitrio in hac causa doctorum Butteler & Lichefelde, si laudum tulerint ante 26um diem Novembris proximo sequentem; et intercessit pro parte predicti Philippi

[1] 'should have sealed it'. [2] The scribe means 'dicenti'.

Thomas Taylour de parochia Omnium Sanctorum Oxonie, viz. quod stabit laudo & arbitrio predictorum arbitratorum ut premittitur sub pena XL solidorum. Pro parte autem predicti Iohannis intervenerunt fideiussores, Reginaldus Skyris de Oxonia & Augustinus Barbur de parochia sancti Michaelis ad portam borialem Oxonie, viz. quod parebit laudo predicto, si ante diem predictum feratur sub pena XL solidorum & quilibet fideiussor tenetur in solidum. Si vero ante predictum 26^{um} diem Novembris predicti arbitratores laudum non tulerint, supradicti fideiussores prefati Iohannis sistent eundem Iohannem personaliter eodem 26° die Nouembris coram nobis uel quocumque ad tunc vices nostras gerente sub pena XL*s*.

Oct. 30, 1461. Tricesimo die Octobris anno domini suprascripto comparuerunt coram nobis magistro Willelmo Ive, commissario generali, dominus Thomas Peny, vicarius ecclesie sancti Petri in oriente Oxonie, & Thomas Brown taylour nuper de eadem parochia, et compromiserunt in magistrum Iohannem Coke & Iohannem Wallingforde de & super omnibus causis, querelis, accionibus & demandis inter eos initis, motis aut pendentibus & non decisis a principio mundi usque in presentem diem. Et promisit utraque pars se stare laudo & arbitrio predictorum arbitrorum in alto & in basso sub pena XL librarum a parte contradicente parti parenti soluendarum, si tamen laudum & arbitrium feratur per predictos arbitros ante septimum diem Ianuarii proximo sequentem. Alioquin comparebunt partes predicte coram Cancellario uel quocumque vices eius gerente in proximo die iuridico proximo tunc sequente.[1]

Oct. 26, 1461. Vicesimo sexto die Octobris anno domini suprascripto comparuerunt coram nobis magistro Willelmo Ive, commissario generali, in collegio beate Marie Magdalene extra portam orientalem Oxonie magister Thomas Peny, vicarius ecclesie sancti Petri in oriente predicte ville Oxonie, & Robertus Geffray de eadem. Predictus magister Thomas actor alias peciit coram nobis iudicialiter a predicto Roberto XX libras, pro eo quod quidam Thomas Fys-Hareys armiger de comitatu Herforde non stetit laudo & arbitrio domini Thome Charlton militis, & tandem unanimi consensu utriusque litigatoris supradicta causa compromittebatur in magistros Thomam Phyppys & Thomam Lee principalem aule sancti Edmundi in oriente. Et utraque pars tam actor quam reus promisit fide sua media & sub pena XL librarum, pena applicanda parti parenti, quod ipsi starent atque uterque ipsorum staret laudo

[1] This entry has been crossed out.

& arbitrio in alto & in basso predictorum magistrorum Thome & Thome, si quod ipsi tulerint ante festum sancte Katerine virginis & martiris. Et si contingeret supradictos arbitros, arbitratores, siue amicabiles compositores in unam sententiam concurrere uel concordare non posse, voluerunt partes supradicte & promiserunt forma qua supra & sub simili pena se astrinxerunt quod tunc starent laudo & arbitrio magistri Iohannis Boteler decretorum doctoris, si quod ipse tulerit citra festum Epiphanie tunc proximo sequentis.[1]

Eisdem die & loco mediante intervallo comparuerunt coram nobis supradictus magister Thomas Peny & Georgius Skydmore, qui quidem Georgius una cum predicto Roberto Geffray ex causa supradicta obligatus erat & uterque eorum per se & in solidum supradicto vicario. Sepefatus vicarius ibidem iudicialiter coram nobis ipsi Georgio dimisit, relaxauit & a predicta obligacione pure & in perpetuum eum liberauit, & sic dimissus erat coram nobis & ambe partes recesserunt a iudicio. **Oct. 26, 1461.**

Tercio die Novembris Thomas Luffnam & Iacobus Harforde condemnantur ad soluendum Ricardo Hethe IIII libras XVIII solidos, viz. quinto die eiusdem mensis XVIII*s*., et quolibet die Iouis postea XIII*s*. IIII*d*. usque ad completam solucionem summe predicte viz. IIII *lib*. XVIII*s*. **Nov. 3, 1461.**

14° die Nouembris Thomas Blithe, p*er*donarius, conuictus de lacione daggarii incarceratus reddidit daggarium & soluit II*s*. **Nov. 14, 1461.**

Mem. quod nos magister Willelmus Ive, sacre theologie professor, reuerendi in Cristo patris & domini domini Georgii dei gracia Exoniensis episcopi & huius alme Uniuersitatis Oxonie cancellarii commissarius generalis, in quadam causa mota inter magistrum Thomam Bemesley actorem & magistrum Thomam Peny vicarium ecclesie sancti Petri in oriente partem ream, pensatis negocii meritis & cause circumstanciis diligenter consideratis, antedictum magistrum Thomam Peny penultimo die mensis Octobris condemnavimus sentencia nostra diffinitiua antedicto magistro Thome Bemesley in summa X librarum, quam summam tercio die mensis Nouembris ex parcium consensu taxauimus & moderati sumus usque ad summam quinque librarum, dies solucionum assignantes primo quod predictus vicarius soluet infra octo dies proximo **fol. 190^{r} = ccxl^{r}. Nov. 3, 1461.**

[1] The entry has been crossed out and in the margin is written: 'vacat quia causa finita est per compromissarios infrascriptos'.

sequentes XL solidos, in vigilia Natalis domini tunc proximo sequentis XXS., in festo Purificacionis beate Marie virginis tunc proximo sequente alios XXS., & in festo Annunciacionis beate Marie tunc proximo sequente alios XXS.[1]

No. 3, 1461. Willelmus Ive, sacre theologie professor, reuerendi in Cristo patris & domini, domini Georgii dei gracia Exoniensis episcopi huius alme Uniuersitatis cancellarii commissarius generalis, cum nos[2] alias Iohanni Russhe scolari commisimus administracionem bonorum cuiusdam magistri Thome Blaklow utriusque iuris bacallarii ab intestato decedentis, qui quidem[3] Iohannes Russhe secundum vim, formam & effectum commissionis antedicte officium sibi iniunctum executus est cum effectu, a quo debitis calculo & raciocinio receptis, ipsum dimisimus & dimissum declarauimus ab omni onere & periculo que racione administracionis sibi commisse incurrere poterit quouismodo. Dat' sub sigillo officii nostri in ecclesia collegii sancte Marie Magdalene extra muros ville Oxonie, tercio die mensis Nouembris anno domini millesimo CCCCLXI.

Nov. 6, 1461. Sexto die Nouembris anno domini suprascripto comparuerunt coram nobis magistro W. Ive, commissario &c., magister Iohannes Parys, rector de Haseley, & Thomas Gode de eadem parochia, & compromiserunt stare & parere laudo & arbitrio Iohannis Badby & Nicholai Mallant ex parte dicti magistri I. Parys & Willelmi Bosuelle ac Willelmi Carter ex parte predicti Thome electorum in quadam causa mota pro equo accomodato prefato Thome Goode per predictum magistrum I., si ipsi arbitratores electi laudum tulerint ante septimum diem Decembris proximo sequentem sub pena XL solidorum. Et si laudum citra predictum diem non tulerint, comparebunt partes predicte coram domino Cancellario uel eius Commissario proximo die iuridico extunc sequente.

Nov. 7, 1461. Septimo die eiusdem mensis Iohannes Westone de Londonia grocere coram nobis magistro W. Ive, commissario &c., libere, pure & sponte secundum vim, formam & effectum priuilegiorum, consuetudinum & statutorum Uniuersitatis nostre cessit magistro Roberto Passlowe quandam accionem debiti v librarum, quam dictus Iohannes habuit versus Iohannem Foster nuper de Oxonia,

[1] This entry has been crossed out. In the margin is written 'vacat quia solutum est'.

[2] See fol. 173r. The administration was granted to John Russhe in 1458 by John Danvers who was then commissary.

[3] For *qui quidem*, the scribe should have written *idem*.

ut liquet in quodam scripto obligatorio quod coram nobis exhibuit.

Eodem die Iohannes Tanner de parochia sancti Egidii in suburbio Oxonie fideiussit pro Iohanna Helyns ad soluendum Iohanni Hunche tunc balliuo Oxonie XS. ad festa Purificacionis beate Marie & Pasche proximo futura per equales porciones.

Eodem die Petrus de Alcomlowe cirurgicus examinatus secundum formam statuti admissus & licenciatus est ad practizandum in arte cirurgie in Uniuersitate & infra procinctum eiusdem. Nov. 7, 1461.

Vicesimo sexto die Nouembris comparuit coram nobis magistro W. Ive, commissario &c., Iohannes Bradley de Wytteney vocatus ad instanciam magistri Philippi Burgayney in quadam causa debiti & exhibuit in fideiussores, Reginaldum Skyres & Augustinum Barbur, qui obligarunt se coram nobis sub pena XL solidorum ad exhibendum dictum Iohannem Bradley coram nobis quolibet termino & precipue in termino assignando ad audiendum sentenciam diffinitiuam in causa predicta, necnon ad parendum rebus iudicatis seu alia faciendum que in hac parte videntur consona iuri & racioni. Insuper obligarunt se pro dicto Iohanne quod non traheret causam predictam adextra. Nov. 26, 1461.

Dominus Exoniensis, anno domini 1461.

fol. 190v = ccxlv.

Vicesimo septimo die mensis Nouembris Ricardus Walsale conuictus de perturbacione pacis, quia percussit Matheum de Collegio Animarum cum baculo, condemnatus est ad soluendum Uniuersitati VIS. VIIId.; et quia alias conuictus est de lacione daggarii condemnatus est in IIS. & reddidit daggarium. Quia vero baculus & alia arma quibus utebatur sua non erant, ut facta fide asseruit, condemnatus est ad soluendum estimacionem armorum viz. XVId.; et adhibuit fideiussores de iudicato soluendo, magistrum Iohannem Seymour & magistrum Willelmum Preston, habuitque terminum ad soluendum premissa quindenam post Pascha. Nov. 27, 1461.

Eodem die Willelmus Whygthe conuictus de lacione armorum soluit post incarceracionem IIS.

Huc usque computatur.[1]

Hec sunt bona Iohannis Fysshe decedentis intestati appreciata auctoritate domini Cancellarii XXIIdo die Ianuarii anno regni regis Jan. 22, 1461/2.

[1] In the margin.

Edwardi quarti post conquestum primo per Iohannem More & Willelmum Salmon iuratos & ad hoc specialiter deputatos.

In aula

In primis a peynted cloth' with an egle precii viii*d.*; item a white bancor[1] ii*d.*; item vi qwyshons vi*d.*; item a foldyng table vis. viii*d.*; item ii stolys iii*d.*; item a schelff with iiii candelstykk' vi*d.*; item a chayer with ii other stolys xiiii*d.*; item ii pewter pott', a quarte & a pynte v*d.*; item a fire pele[2] ii*d.*

In coquina

In primis a potte, a possenet[3] & a chaffur,[4] ponderancia xv libras & dimidiam, prec' i lib. i*d. qua.*, summa xix*d. qua. q.*; item a morter of ston ii*d.*; item a fryyng panne, a broche[5] with ii cobards[6] ix lib., prec. i lib. i*d. qua.*, summa xi*d. qua.*; item a panne of brasse & a bacyn of pewter viii*d.*; item xxiiii pecez of pewter vessell xxxi lib., prec. i lib. i*d. qua.*, summa iiis. ii*d. ob. qua.*

In camera

In primis i couerlett ii*d.*; item iii payr of shet*es* xii*d.*; item iii pylowes iii*d.*; item iii cofurs xvi*d.*; item a kendall gowne iii*d.*; item a payre of blanket*es* iii*d.*; item ii bolsters iii*d.*; item ii matresse*s* xii*d.*; item a sylour[7] of white with a testur x*d.*; item ii stondyng beddis xiiii*d.*; item in alia camera i stondyng bedde vi*d.*; item i oolde sylour i*d.*; item a chayer iii*d.*

Summa xxiiiis. v*d. qua. q.*

Hec omnia bona suprascripta arestata sunt per dominos fundi pro pensione domus que ut ipse Iohannes Fysshe fatebatur ante mortem suam erat xxvs.

Ista bona suprascripta sunt vendita Iohanni More stacionario Uniuersitatis per dominum fundi prout appreciata sunt superius, xxvi die Septembris coram nobis commissario &c.

fol. 191r =ccxlir. Dec. 5, 1461.

Dominus Exoniensis, anno domini 1461°.

In dei nomine Amen. Nos magister Willelmus Ive, sacre theologie professor, commissarius generalis alme Uniuersitatis Oxonie, visis actis & inactitatis atque intellectis meritis cuiusdam

[1] banker, a covering of a chair or bench. *N.E.D.*
[2] shovel. *N.E.D.*
[3] A small metal pot, standing on three feet. *N.E.D.*
[4] Saucepan. *N.E.D.*
[5] A roasting spit. *N.E.D.*
[6] Cobards or cobirons, the iron bars which support the spit. *N.E.D.*
[7] Canopy.

cause mote inter magistrum Philippum Burgayny partem actricem ex parte una & Iohannem Bradley partem ream ex parte altera reperimus dictum magistrum Philippum suam intencionem plene probasse, dictumque Iohannem Bradley obnoxium esse & fuisse dicto magistro Philippo in xxvis. xi*d. ob.*, ipsum Iohannem Bradley assistente nobis iurisperitorum consilio in dictis xxvis. xi*d. ob.* condemnamus, ac ad solucionem dictorum xxvis. xi*d. ob.* astringimus infra viii dies sub pena per eius fideiussores coram nobis iudicialiter promissa. Acta sunt hec in collegio beate Marie Magdalene 5° die Decembris anno domini suprascripto.

Mem. quod 9° die Decembris anno domini 1461° in collegio sancte Marie Magdalene extra muros Oxonie comparuit coram nobis magistro Willelmo Ive, sacre theologie professore, reverendi in Cristo patris & domini domini Georgii dei gracia Exoniensis episcopi & Uniuersitatis Oxonie cancellarii commissario generali, quidam Iohannes Rede tegularis & peciit a Thoma Atwelle de Cuddesdone xiiis. iiii*d.*, in quibus dixit ipsum Thomam sibi fore obnoxium racione cuiusdam contractus inter eos celebrati super tegulacione cuiusdam domus, pro qua reciperet viii marcas. Thomas vero negavit se aliquid debere racione contractus predicti. Et tandem nos iusticia id exigente supradictum Thomam sententialiter & diffinitiue absoluimus ab impeticione supradicti Iohannis, eidem Iohanni imponentes silencium perpetuum, & sic predictus Thomas dimissus recessit a iudicio. Dec. 9, 1461.

14° die Decembris comparuit coram nobis magistro Willelmo Ive commissario &c., Thomas Sharpe cum testibus fidedignis, qui deposuerunt ex certa sciencia quod idem Thomas protunc & diu ante fuerat famulus doctoris Keynelle, accipiens ab eo annuatim stipendium & liberatam secundum exigenciam composicionis nuper facte inter Uniuersitatem & villanos Oxonie; qua fide facta, eundem Thomam in tuicionem priuilegiorum nostrorum recepimus. Dec. 14, 1461.

Octauo die Decembris comparuit coram nobis magistro W. Ive &c. dominus Robertus Garton, & iuramentum prestitit corporale de fidelitate seruanda penes dominum regem Eadwardum iiiitum, et Willelmus Cowper alias Glover de Oxonia & Willelmus Gryffyn taylour de eadem fideiusserunt pro eo quod bene & fideliter se geret sub pena xl librarum. Magistri vero Iohannes Greve & Thomas Fawkener obligarunt se coram nobis sub pena predicta ad seruandum fideiussores predictos indemnes. Dec. 8, 1461.

Dec. 9, 1461. Nono die Decembris Nicholaus Robyns & Robertus Parkyns iudicialiter condemnati sunt ad soluendum Iohanni Gryffyn taylour XXVIIs. pro quodam bombicinio[1] quod predicti Nicholaus & Robertus emerant ab ipso Iohanne.

Dominus Exoniensis.

fol. 191v = ccxliv. Nov. 29, 1461. In dei nomine Amen. Nos Willelmus Yve, sacre pagine professor, venerandi in Cristo patris & domini Georgii permissione[2] diuina Exoniensis episcopi, Anglie Uniuersitatisque Oxonie cancellarii, in Uniuersitate Oxonie commissarius, inter venerabilem virum Willelmum Babyngton armigerum executorem nominatum & fratrem Roberti Babyngton dum vixit de Cudlyngton in comitatu Oxonie ex parte una & dominos Iacobum Bekyngham & Radulphum Daniell se pretendentes executores Elizabethe Babyngton ex parte altera in, de & super omnibus & singulis peticionibus, litibus, querelis, demandis, contrauersiis quibuscumque inter huiusmodi partes occasione & pretextu testamenti siue ultime voluntatis prefate Elizabet, diuisionisque & aministracionis bonorum testamentum seu ultimam voluntatem consernencium[3] qualitercumque motis seu mouendis usque ad festum sancti Andree proximo sequens immediate[4] datam presencium sub certa pena in compromisso predicto limitata unanimi parcium predictarum consensu pariter & assensu, prout huiusmodi compromisso euidencius liquet, impar, arbiter, arbitrator, laudator & diffinitor concorditer[5] electus & assumptus, citra & infra terminum nobis ut predicitur in premissis a dictis partibus attributum, onus huiusmodi compromissi zelo pietatis in nos suscipientes, visoque tenore testamenti predicte Elizabethe testibusque in eodem descriptis aliisque nonnullis[6] personis toto tempore egritudinis dicte Elizabethe prefate Elizabethe vacantibus[7] & assistentibus coram nobis productis, admissis, iuratis, diligenterque & debite secrete & singillatim examinatis super tenore dicti testamenti ultimaque voluntate predicte defuncte, eorundem dictis & deposicionibus publicis, racionibusque & iuribus parcium predictarum auditis, examinatis & plene discussis maturaque & diligenti communicacione prehabita cum iurisperitis cum quibus communicauimus in hac parte, ad laudum, sentenciam & decretum nostra, Cristi nomine inuocato, in premissis infra terminum nobis ut prefertur assignatum procedimus in hunc modum; in primis arbitramur,

[1] According to Ducange the word means some article of dress around the neck.
[2] promissione, MS.
[3] consernentibus, MS.
[4] & immediate, MS.
[5] arbitratorum, laudatorum, & diffinitorum concordum, MS.
[6] nonnullus, MS.
[7] vacentibus, MS.

sentenciamus, laudamus, ordinamus, decernimus & diffinimus prefatum dominum Iacobum Bekyngham executorem prefate Elizabethe solum dumtaxat & solidum fuisse & esse, iusque administrandi omnia & singula bona de iure seu consuetudine debita & pertinencia prefate defuncte secundum iuris exigenciam ac eius ultimam voluntatem ad dictum dominum Iacobum & nullum alium pertinuisse, pertinere debere eciam in futurum. Item arbitramur & laudamus silencium perpetuum prefato domino Radulpho Daniell pretenso executori Elizabethe tam in nomine executoris seu administratoris quam eciam in iure administrandi aliqua bona prefate Elizabethe in posterum occasione nominacionis alicuius in testamento predicte Elizabethe fore imponendum & imponimus in hiis scriptis. Item prefatum dominum Radulphum & eius fideiussores in hac parte in registro nostro nominatos & obligatos ad restitucionem omnium & singularum pecuniarum, bonorum, iocalium & rerum occasione nominacionis alicuius prefati Radulphi in testamento dicte Elizabethe ab eodem perceptorum & quouismodo pertinencium ad eundem, circa & infra viginti quatuor dierum spacium prolacionem nostrorum presentis laudi, sentencieque & decreti proximo & immediate sequentium prefato domino Iacobo Byngham [*sic*] aut aliis personis per nos in hac parte limitandis & prefigendis faciendam in hiis scriptis condempnamus; salua semper nobisque reseruata allocacione expensarum necessariarum, si quas dictus dominus Radulphus fecerit in premissis in restitucione huiusmodi pecuniarum, bonorum & rerum, eidem hoc petenti a nobis facienda. Que omnia & singula ut prefertur per nos laudata, arbitrata & diffinita a dicto domino Radulpho & eius fideiussoribus inuiolabiliter obseruari & fideliter adimpleri per hanc nostram sententiam arbitralem quam ferimus in hiis scriptis sub pena in compromisso limitata[1] filiis & filiabus Roberti Babyngton, si nostro presenti laudo a[2] dicto domino Radulpho minime paritum fuerit in premissis seu aliquo premissorum, precipimus & mandamus. In cuius quidem nostri presentis laudi ut prefertur prolati fidem & testimonium sigillum officii nostri apposuimus. Dat' Oxonie XXIXo die Nouembris anno domini millesimo CCCCLX.[3]

Dominus Exoniensis anno domini 1461.

fol. 191*r = ccxliir. Dec. 8, 1461. In dei nomine Amen. Octauo die mensis Decembris anno domini MCCCCLXI ego Thomas Overton, compos mentis & sane

[1] linitata, MS.
[2] ac, MS.
[3] This must be an error for CCCCLXI, as the Bishop of Exeter was not Chancellor of Oxford in Nov. 1460.

memorie, condo testamentum meum in hunc modum; in primis lego animam meam deo omnipotenti, beate Marie virgini & omnibus sanctis eius, corpusque meum sepeliendum in cimiterio ecclesie beate Marie virginis in villa Oxonie. Item lego summo altari predicte ecclesie pro decimis oblitis XII*d.*; item lego Iacobo famulo meo unam togam penulatam. Residuum vero omnium bonorum meorum non legatorum do & lego Cristine uxori mee, quam facio, ordino & constituo executricem meam, ut ipsa ordinat & disponat ut melius sibi videatur expedire pro salute anime mee & animabus omnium benefactorum meorum defunctorum. In cuius rei testamentum huic presenti testamento meo sigillum meum apposui; hiis testibus, magistro Iohanne Marton, domino Iohanne Adam & aliis.

Feb. 14, 1461/2. Probatum est suprascriptum testamentum coram nobis magistro Willelmo Ive, sacre theologie professore & reuerendi in Cristo patris & domini, domini Georgii dei gracia Exoniensis episcopi & Uniuersitatis Oxonie cancellarii commissario generali, XIIII° die Februarii anno domini infrascripto, insinuatum ac legitime pronunciatum pro eodem, commissaque est administracio omnium bonorum idem testamentum concernencium executrici infrascripte in forma iuris iurate & admisse, que dimissa est a compoto inde reddendo, saluo iure cuiuscumque. In fidem & testimonium omnium & singulorum premissorum sigillum cancellariatus presentibus apposuimus.

Dec. 2, 1461. Secundo die Decembris anno domini suprascripto comparuit coram nobis magistro Willelmo Ive, commissario generali, Iohannes Taylour de Glowcestria, & constituit in suos veros & legittimos procuratores magistrum Thomam Matyn & Reginaldum Stone in quadam causa siue accione iniuriarum, quam quidam Willelmus Hylyar scolaris mouebat & prosequi intendit aduersus eundem cum potestate defendendi, iurandi de calumnia & de veritate dicenda, necnon ad exhibendum nomine dicti Iohannis Taylour caucionem quamcumque in causa predicta necessariam, siue de iudicio sisti siue de iudicato soluendo, ac predictam potestatem dat & concedit predictis procuratoribus suis coniunctim & diuisim, ita quod non sit melior condicio occupantis. Dat' Oxonie in capella sancti Iohannis[1] die & mense supradictis.

191*v=ccxliiv. Dec. 3, 1461.

Dominus Exoniensis.

Mem. quod tercio die mensis Decembris anno domini millesimo CCCCLXI in domo sancti Iohannis Baptiste extra muros ville

[1] The chapel formerly of the Hospital of St. John the Baptist; on p. 64 it is called the church of Magdalen College.

Oxonie comparuit coram nobis commissario generali Willelmus Helyer scolaris, qui mouebat accionem iniuriarum contra Iohannem Taylour de villa Gloucestrie quam estimabat ad summam XX librarum; et tandem causa illa communi consensu utriusque partis compromittebatur in quatuor arbitros, quorum duo videlicet magister Willelmus Goodere & Iohannes Bartone iremonger electi erant pro parte supradicti scolaris et duo alii videlicet magister Iohannes More & Willelmus Glover pro parte sepedicti Iohannis Taylour, et utraque pars promisit sub pena XX marcarum quod staret laudo & arbitrio in alto & in basso arbitrorum suprascriptorum, si quod ipsi tulerint citra festum Purificacionis beate Marie virginis inclusiue. Et si ipsi nullum laudum tulerint citra diem supradictum promiserunt partes prescripte sub pena antescripta quod stabunt laudo & arbitrio magistri Willelmi Ive imparis ex utriusque partis assensu electi, si quod ipse tulerit citra primam dominicam Quadragesime proximo sequentis. Et si contingat nullum laudum siue arbitrium neque per compromissarios neque per imparem secundum formam prescriptam proferri, promiserunt ambe partes supradicte quod in die Lune tunc proximo sequente comparerent personaliter coram Cancellario vel eius commissario generali. Et si partes illas sic occupari contingat quod personaliter accedere nequiant ad locum incoati iudicii, promiserunt partes sub pena antedicta quod mitterent procuratores sufficienter instructos cum omnibus caucionibus tam de rato, iudicio sisti, iudicatum solui & aliis que necessaria in ea parte fuerint seu oportuna. Et ut omnia magis sint in tuto que superius exprimuntur, pro parte supradicti Willelmi Helyer scolaris interuenerunt & fideiusserunt Nicholaus Robyns & Willelmus Cateryk, qui promiserunt sub pena XX marcarum quod supradicta bene & fideliter pro sua parte & in persona sua obseruaret antedictus Willelmus. Pro parte vero supradicti Iohannis Taylour interuenerunt & fideiusserunt Iohannes Page hosteler & [*blank*] Bloxley, sawer, qui promiserunt sub pena XX marcarum quod ipse pro parte sua & in persona sua bene & fideliter supradicta & eorum quodlibet obseruabit, iuxta & secundum quod superius est conscriptum.

Dec. 24, 1461. In dei nomine Amen. Nos Rogerus Bulkeley, sacre theologie professor, commissarius generalis &c., [quia][1] per acta in registro nostro registrata[2] euidenter nobis apparet de sentencia diffinitiua pro magistro Philippo Burgayny contra Iohannem Bradeley de Wyttenay, in qua idem Iohannes sentencialiter & diffinitiue extiterat condempnatus in XXVIS. XI*d. ob.*, et quod pro eodem

[1] Not in MS. [2] fol. 191r.

Iohanne Reginaldus Skyres nomine fideiussorio se obligauit simpliciter, nedum ad exhibendum dictum Iohannem tempore sentencie diffinitiue in causa predicta sub pena XL solidorum, sed eciam de parendo rebus iudicatis, [ut][1] sufficienter nobis constat per acta prescripta; unde inuocato dei omnipotentis auxilio, assistenteque concilio iurisperitorum, dictum Reginaldum in summa predicta XXVIS. XId. *ob.* occasione premissa condempnamus ac condempnatum ad solucionem eorundum astringimus infra octo dies sub pena excommunicacionis quam volumus incurrere ipso facto. Cui sentencie se stare promisit & obtulit. Acta sunt hec in vigilia Natalis domini, litteris acquietancie hinc inde habitis & deliberatis. Quibus ut premittitur peractis, dictum Reginaldum quietum dimisimus a curia nostra in causa predicta, ut de iure debemus, &c.; et sic in causa predicta dimissum decernimus & declaramus cum effectu &c.

Dec. 24, 1461. In vigilia Natalis domini Nicholaus Wymuorley alias Glasyer condemnatus erat magistro Prayers in sexaginta solidis, unde idem magister dimisit ei XX solidos, et Iohannes Morys interuenit fideiussor pro XL solidis residuis soluend', in die Natalis domini XXS., quos fideliter soluit, et in festo Pasche proximo futuro alios XXS., soluendos magistro Prayers in casu quod dictus Nicholaus non soluat dicto die Pasche &c.

fol. 192r =ccxliiir. Jan. 1, 1461/2. Primo die Ianuarii Iohannes Haddesley skynner habuit litteras testimoniales sub sigillo officii cancellarii ad testi*ficandum* quoddam laudum datum per magistrum T. Walton & alium cuius nomen non accurrit michi in quadam materia tangente ipsum & Gilbertum Norres defunctum &c.

Dec. 29, 1461. Vicesimo nono die Decembris coram commissario & procurat*oribus* conuicti fuerunt Iohannes Marshall scriptor, tunc incarceratus, Rogerus Bride nuper de collegio Gloucestrie, Laurencius consors suus nuper de eodem collegio, Iohannes Lethum de aula Brasenose, Radulphus Smyth de eadem aula et Dionisius Paynter de parochia sancti Petri in oriente, quod ipsi noctanter inuaderent[2] Iohannem Harres inferiorem bedellum sacre theologie & eum occiderent videlicet guttur eius scindendo & domum eius spoliarent penitus & inter eos eius bona diuiderent. Et consimili modo facerent Iohanni Paytow de parochia sancti Egidii &c.

Dec. 20, 1461. Vicesimo die Decembris Iohannes Belle alias Mauncipulle

[1] Not in MS.

[2] The subjunctive means 'that they plotted to attack, &c.'; for a similar instance see p. 107, l. 30.

tenens hospicium ubi crux est signum[1] apud Quadriuium comparuit coram nobis commissario predicto iudicialiter ac se obligauit & iuramentum corporale prestitit quod quendem Iohannem Harlewyn' armigerum infra octo dies post diem Epiphanie immediate sequentis coram nobis predicto commissario iudicialiter & personaliter presentaret, sisteret & exhiberet ad respondendum Willelmo Haddesley skynner in placito debiti sexaginta solidorum; alioquin promisit ac corporale iuramentum, ut supra, prestitit idem Iohannes Bell alias Mauncipull soluere eidem Willelmo summam predictam videlicet sexaginta solidorum &c.

Willelmus Notte, coqus [*sic*] aule vocate Whytehall in Cheyny- **Jan. 4, 1461/2.** lane, quarto die mensis Ianuarii comparuit coram nobis magistro R. Bulkeley commissario &c. et confessus est palam se debere domino Iohanni Selham XXS.; et ut sibi satisfaceret tradidit sibi librum suum quatinus inde colligeret de debitoribus suis summam predictam XXS., & sic contentatur secum dictus dominus Iohannes.

Edmundus Godeway de Oxonia, staynnour, interuenit fideiussor **Jan. 4, 1461/2.** coram nobis commissario predicto &c. pro Ricardo Ryppes mason, videlicet quod ipsum Ricardum exhibebit coram Cancellario vel eius commissario generali in termino per ipsum assignando ad respondendum Iohanni Ketyll fyshemonger in placito debiti sex marcarum bone & legalis monete Anglie & ad standum iuri in causa predicta & ad iudicatum soluendum sub eadem pena. Acta sunt hec quarto die mensis Ianuarii &c.

25° die Ianuarii Iohannes Bell alias Maunciple promisit se **Jan. 25, 1461/2.** exhibiturum Iohannem Harlewyn armigerum coram nobis magistro Willelmo Ive, commissario generali, 17mo die Februarii proximo sequente, vel ipso die satisfacturum Willelmo Haddesley in LX solidis sine ulteriori dilatione, & exhibuit fideiussores, Thomam Strenner & Thomam Correy; qui nono die Februarii proximo sequente sistebant predictum Iohannem Bell [coram nobis][2] petentes se exonerari, quia timebant de fuga eius, et ille continuo[3] . . .

Dominus Exoniensis, anno domini 1461. **fol. 192v =ccxliiiv.**

15mo die Ianuarii Thomas Wymonde bocher de Oxonia iudicia- **Jan. 15, 1461/2.** liter condemnatus est in XXVIS. VIIId., debitis Iohanni Harrys, firmario de Berton prope villam de Abunden, soluendis infra octo dies sub pena iuris.

[1] Now the Golden Cross.

[2] Conjectural.

[3] The rest of the page is torn.

Jan. 20, 1461/2. 20mo die Ianuarii anno suprascripto Iohannes Partriche flecchere de Oxonia iudicialiter condemnatus est per nostram sententiam diffinitiuam in centum solidis soluendis Iacobo Hereforde & Thome Smythe, virtute unius obligacionis confecte inter eosdem coram nobis exhibite & confesse; allocauimus tamen eidem Iohanni de predicta summa xiis., quos soluit magistro Stephano Kylowe pro pensione cuiusdam domus in qua nuper habitauit Iohannes Fader, et pro i capucio de scarleto quod non recepit de bonis predicti Iohannis Fader vs., et viiis. viiid. quod deliberauit in manus dictorum Iacobi & Thome ad diuersas uices; item pro aliis bonis que dixit se non recepisse xiid.; et ita de claro condemnatur in iii libris xiiis. iiiid. soluendis predictis Iacobo & Thome.

Feb. 5, 1461/2. Quinto die Februarii Thomas Brown taylour satisfecit Iacobo Hereforde & Thome Smythe pro Iohanne Patriche flecchere in xl solidis de summa in qua prius idem Iohannes condemnatus erat, viz. relaxando & quietando dictos Iacobum & Thomam de xl solidis, quos iidem Iacobus & Thomas debebant dicto Thome Brown virtute cuiusdam obligacionis inter eos confecte.

Feb. 5, 1461/2. Eodem die Nicholaus Kele, Ricardus Marchall & Thomas Smythe interuenerunt fideiussores pro Iohanne Partriche ad soluendum Thome Barton brwer xxxiiis. iiiid. ad terminos subscriptos viz. ad festum Annunciacionis beate Marie proximo sequens iiis. iiiid., ad festum Nativitatis sancti Iohannis Baptiste iiis. iiiid., ad festum Michaelis iiis. iiiid., ad festum Natalis domini iiis. iiiid., & sic de termino in terminum & de anno in annum donec compleatur summa predicta. Et Iohannes Partriche promisit se seruaturum predictos fideiussores suos indemnes. Iacobus vero Hereforde exoneratus est penes Thomam Barton & dismissus ex consensu partis.

Feb. 7, 1461/2. Septimo die Februarii facta proclamatione legittima excommunicati sunt omnes qui posuerunt furcas aut alia huiusmodi opprobriosa circa arma vel alia signa domini regis aut aliorum dominorum in scolis iuris canonici & ciuilis aut aliis quibuscumque locis infra procinctum Uniuersitatis.

Feb. 8, 1461/2. Octauo die Februarii nos magister Willelmus Ive, commissarius antedictus, audita quadam causa iam diu pendente inter Ricardum Hethe brwer actorem & Iohannem Powes sawyer reum de & super debito xxviii solidorum, pro quibus dixit predictus Ricardus dictum Iohannem fuisse fideiussorem pro quodam Willelmo [*blank*]

carnifice, quia dictus Ricardus intentionem suam nullo modo probare potuit, predictum Iohannem per nostram sententiam diffinitiuam absoluimus & prefato Ricardo perpetuum silencium imposuimus in hac causa.

Decimo die Februarii comparuit coram nobis magistro Willelmo [Ive commissario] generali Iacobus Cariour & confessus est iudicialiter se obnoxium esse domino [Iohanni Wykham monacho][1] ordinis sancti Benedicti.[2] . . .

Dominus Exoniensis, anno domini 1461. fol. 193r =ccxlivr.

Tercio die Februarii anno domini 1461 Edmundus Steyner obtinuit decretum ad appreciandum equum domini Ricardi Say, quem idem Edmundus habuit in custodia per unum annum integrum & dimidium, viz. a dominica palmarum anno domini 1460 usque ad festum Michaelis anno domini 1461. Et Iohannes Laurence ac Petrus Barbour de parochia sancti Petri in oriente in Oxonia iurati coram nobis magistro Willelmo commissario &c., presente Iohanne Harrys bidello, appreciati sunt equum predictum ad xiiis. iiiid., qui certificantes nos de precio testati sunt eundem equum habere oculos sanos & alia membra integra. Feb. 3, 1461/2.

xviimo die Februarii anno domini suprascripto Henricus Makney de Makney in comitatu Bark' confessus est se debere Willelmo Colett scolari de Oxonia xlvis. viiid. quos promisit ei soluere in festo Omnium Sanctorum de & in anno domini mccccclxiio sub pena iiii librarum legalis monete Anglie. Promisit insuper dictus Henricus quod, si Thomas Lamberde non confiteatur se recepisse ab eo xxs. in partem solucionis nouem marcarum, quod tunc satisfaciet eodem die eidem Willelmo de xxs. sub eadem pena. Promisit etiam dictus Henricus de non molestando nec prosequendo nec implacitando dictum Willelmum nec Matheum Colett patrem eiusdem Willelmi coram aliquo iudice forinseco pro eo quod dictus Willelmus fecit eum arestari Oxonie pro dicta pecunie summa in tempore assise siue sessionum sub pena xx librarum. Feb. 17, 1461/2.

In dei nomine Amen. Nos Willelmus Yve, sacre pagine professor, reverendi in Cristo patris & domini, domini Georgii dei gracia Exoniensis episcopi huius alme Uniuersitatis Oxonie Cancellarii in Uniuersitate predicta commissarius generaliter deputatus, inter yconomos ecclesie parochialis sancti Martini ville Feb. 8, 1461/2.

[1] See fol. 194r. [2] The rest of the page is torn off.

Oxonie ex parte una ac dominum Iohannem Brownyng capellanum cantarie fundate in ecclesia predicta ex parte altera de & super omnibus & omnimodis accionibus, sectis, querelis, contrauersiis, debitis, delictis & demandis inter partes predictas nomine suo atque iuris ecclesie et ecclesie predicte quouismodo ab origine mundi usque ad diem nostri presentis laudi atque arbitrii infrascripti per nos super premissis inter huiusmodi partes lati & promulgati originem habentibus sub pena centum librarum a parte non parente nostro huiusmodi laudo parti eidem parenti soluendarum arbiter, arbitrator, laudator, ordinator & diffinitor atque amicabilis compositor concorditer electus & mutuo ac spontaneo consensu et assensu parcium predictarum assumptus, habens potestatem specialem nobis a partibus predictis attributam ad procedendum, arbitrandum, laudandum, diffiniendum, et sententiandum de & super premissis summario & de plano sine strepitu & figura iudicii, diebus feriatis & non feriatis, partibus presentibus vel absentibus, cause cognicione & iuris ordine in omnibus pretermissis, infra tempus nobis a partibus predictis attributum onus compromissi predicti pro bono pacis & concordie inter partes huiusmodi in nos suscipientes, ad laudum nostrum super premissis infra dictum tempus nobis datum ut prefertur a partibus predictis procedimus in hunc modum. In primis arbitramur, laudamus, sentenciamus, decernimus, ordinamus & diffinimus quod partes predicte tam verbis quam factis mutuo se honeste gerent a die presentis laudi imposterum pretextu aliquarum litis, iniurie aut diffamacionis inter partes predictas quouismodo hucusque ortarum, omnesque et omnimodas acciones, offensas, iniurias atque diffamaciones remittent atque relaxabunt. Item quod parochiani & yconomi predicti antedictum dominum Iohannem ob quamcumque causam vel occasionem preteritam & precedentem dictum compromissum publice & iniuriose non diffamabunt. Item quod partes predicte acquietancias hinc inde citra & infra quindenam a tempore nostri presentis laudi mutuo, gratis et libere, si nostro sit paritum laudo, dabunt & liberabunt. Item quod dicti parochiani & yconomi supradicti dictum dominum Iohannem pacientur acquietari, nec prosequentur eum, & quantum in eis est facient acquietari versus dominum regem & quoscumque eius officiarios seu ministros de & super omnibus indictamentis si que fuerunt, accusationibus atque placitis in quibuscumque curiis siue in quacumque curia motis super subtraccione certarum rerum ad ecclesiam sancti Martini supradictam pertinencium. Item pro eo quod certe res existentes sub gubergamine [*sic*] & custodia supradicti domini Iohannis ad ecclesiam sancti Martini & ad cantariam

ibidem pertinentes remote, subtracte atque ablate fuerant, per quem seu quos a multis dubitatur, sed quia iuri atque racioni congruit ut is respondeat qui earum custodiam in se assumpsit, propterea laudamus atque diffinimus quod supradictus dominus Iohannes soluet aut solui faciat [*sic*] dictis yconomis & parochianis summam octo librarum citra & infra festum apostolorum Philippi & Iacobi proximo futurum post datam presencium, ita tamen quod si contingat imposterum de nominibus subtractorum uel subtrahencium seu alicuius eorundem constare, & dictam summam per ipsum solutam a dictis subtractoribus dictis parochianis solui, quod tunc erit in electione dicti domini Iohannis supradictam summam uel ab ipsis yconomis qui pro tempore fuerint uel ab ipsis subtractoribus repetere atque recipere. Que omnia & singula per nos ut predicitur superius laudata, arbitrata, sentenciata, diffinita, & ordinata iuxta tenorem nostri presentis laudi in omni parte uniuersaliter & particulariter ab utraque parte parcium predictarum inviolabiliter obseruari precipimus & mandamus sub pena in compromisso limitata, ut predicitur, parti parenti a non parente integraliter soluenda & applicanda. In cuius quidem presentis laudi nostri ut predicitur lati in premissis & promulgati fidem & testimonium sigillum officii nostri presentibus apposuimus. Dat' Oxonie octavo die Februarii anno domini MCCCCLX primo, annoque regni regis Edwardi quarti post conquestum Anglie primo.[1]

Dominus Exoniensis, anno domini 1461.

fol. 193v = ccxlivv.

XVIII° die Februarii anno domini suprascripto magister I. Vowell exposuit caucionem pro aula vocata Nevell Inne[2] tunc vacante per recessum monachorum. **Feb. 18, 1461/2.**

Vicesimo tercio die Februarii anno domini suprascripto magister Willelmus Dayfote coram nobis magistro Willelmo Ive, commissario &c., resignavit principalitatem aule uulgariter Pekwater In nuncupate. Et continuo eodem die magister Iohannes Coke exposuit caucionem pro eadem & ipsam admisimus, saluo iure cuiuscumque. **Feb. 23, 1461/2.**

Vicesimo sexto die Februarii Willelmus Cokke de Stawnton **Feb. 26, 1461/2.**

[1] This is also found in Twyne MS. iv. 16, copied by him from the original which in his day was preserved in the City Archives.

[2] This entry presents a difficulty. Nicholas Wright was principal of Neville's Inn in 1461, Doctor Lychefelde in 1462. Burnell's Inn had been occupied by monks but they withdrew in 1452, and mag. Lamport was principal of Burnell's Inn in 1461 and 1462. In 1462 Vowell had Greek Hall next to Burnell's Inn.

sancti Iohannis confessus est se esse obnoxium Iohanni Ianyn de Oxonia in xx solidis, quos promisit se soluturum esse ad terminos subscriptos per equales porciones, viz. ad festum Natalis [*sic*] sancti Iohannis Baptiste & festum sancti Michaelis proximo iam futura. Et exhibuit fideiussores, Nicholaum Lucas de Forstehill & Willelmum Broke de Stawnton predicta.

Feb. 27, 1461/2. 27° die eiusdem mensis quidam Iohannes Weston grocer de London' coram nobis cessit Iohanni Leche baculario arcium de Collegio Animarum in quadam accione xxx solidorum, quam idem Iohannes Weston habuit aduersus Iohannem Bell' alias Maunciple de Oxonia racione unius equi prius empti ab eodem.

Mar. 2, 1461/2. Secundo die Marcii Reginaldus Skyrys & Thomas Brown cissor interuenerunt fideiussores pro Roberto Bewmonte quod non intrabit ab hoc die in posterum in parcam de Wodestoke uel alias parcas domini regis in comitatu Oxonie uel prope ad detrimentum ferarum in eisdem absque sufficienti licencia & auctoritate sub pena xl solidorum. Et uterque fideiussor obligatur in solidum. Et predictus Robertus Bewmonde promisit se seruare fideiussores suos & quemlibet eorum indemnes sub pena dupli.

Mar. 10, 1461/2. Decimo die Marcii anno domini suprascripto comparuerunt coram nobis magistro W. Ive, commissario generali, Thomas Hardyman de Oxonia bocher & Alanus Cokk' alias Whiteley de Merston in comitatu Oxonie, & promiserunt se stare laudo & arbitrio Nicholai Paron, Iohannis Owyn, & Nicholai Hoore de Merston predicta in omnibus causis & accionibus motis aut mouendis a principio mundi usque in presentem diem, si ipsi uel maior pars eorum laudum tulerint ante festum Annunciacionis beate Marie proximo futurum, sub pena xx solidorum soluendorum a parte rebelli parti parenti. Et ad firmiorem securitatem predictorum predictus Thomas Hardyman exhibuit fideiussorem, Thomam Forde de Oxonia; pro parte vero predicti Alani fideiusserunt Willelmus Hamonde & Willelmus Hatrevelde.

Mar. 13, 1461/2. Terciodecimo die Marcii condemnatus est Willelmus Tanfelde ad soluendum Paulo Gayton v solidos pro quodam intersigno tradito eidem Willelmo per predictum Paulum Oxonie ad deliberandum sorori sue Londonie, quod non potuit probare se deliberasse. Et Thomas Scherman de Oxonia interuenit fideiussor de iudicato soluendo infra viii dies, et de non trahendo causam adextra sub pena xx librarum. Octauo uero die idem Thomas soluit summam predictam v solidorum.

Mar. 24, 1461/2. Vicesimo quarto die Marcii condemnatus est coram nobis iudicialiter Robertus Barbour de parochia sancti Aldati in xxxiiis. iiiid., soluendis domino Roberto Garton in plenam solucionem maioris summe, ut clare liquebat in quodam scripto obligatorio inter eos confecto & coram nobis exhibito ac per predictum Robertum Barbur confesso.

Mar. 24, 1461/2. Eodem die comparuit coram nobis magistro Willelmo Ive, commissario &c., dominus Thomas Oliuer, monachus ordinis Cisterciensis, cum sufficienti potestate ad agendum, petendum, leuandum & recipiendum certam summam pecunie a quodam Petro Cirurgico, nomine domini Iohannis Hylle abbatis de Bukland in comitatu Devonie, quam quidem summam supradictus Petrus eidem coram nobis soluit & satisfecit in omnibus, & sic dimissus erat.

Dominus Exoniensis, anno domini 1461.

fol. 194r = ccxlvr.

Mar. 25, 1462. Vicesimo quinto die Marcii anno domini suprascripto Willelmus Raffe, subvicecomes comitatus Oxonie & Berk', coram nobis magistro W. Ive, commissario generali, prestitit iuramentum corporale de seruando priuilegia & consuetudines Uniuersitatis & defendendo eadem sub forma consueta superius expressata viz. 'Ye shall swere that ye shall kepe & defende by all your forse & power maistres & scolars &c.' ut supra 12 die Augusti.[1]

Mar. 25, 1462. Eodem die magister Willelmus Herberde, Willelmus White, Ricardus Cokk', Ricardus Chaumburleyn, Ricardus Walsale & Thomas Hay, deliberati a Castro, prestiterunt iuramentum corporale & unusquisque eorum prestitit quod de cetero non intrabunt nec aliquis eorum intrabit parcum de Wodestoke aut parcum de Bekeley ad venandum ibidem absque licencia & auctoritate sufficienti, sub pena centum solidorum domino regi soluendorum a quolibet predictorum qui predictum iuramentum violaverit.

Mar. 28, 1462. Vicesimo octauo die Marcii dominus Iohannes Wykham, monachus ordinis sancti Benedicti, constituit Iohannem Nichol scolarem de collegio Gloucestrie procuratorem suum legittimum ad recipiendum a Iacobo Carior xiiis. iiid. in quibus idem Iacobus condemnatus erat predicto domino Iohanni, soluendos in festo Pentacostes proximo futuro ut patet in folio precedente decimo die Februarii.

[1] Another hand has added 'vicesimo quinto anno domini Wyllelmi Raffe': it may be a mere scribble.

fol. 194v = ccxlvv. Sept. 17, 1461.

Dominus Exoniensis.

In dei nomine Amen. Anno domini millesimo cccc sexagesimo primo, decimo septimo die mensis Septembris, ego Philippus Polton, archidiaconus Gloucestrie, videns michi mortis periculum eminere, compos mentis in quantum humana fragilitas sinit, condo testamentum meum in hunc modum. In primis lego animam meam peccatricem, sanguine Cristi precioso redemptam, omnipotenti deo patri & filio & spiritui sancto, beate Marie matri Cristi & omnibus sanctis & meritis sancte matris ecclesie militantis a demonibus omnibus preseruandum corpusque meum sepeliendum in capella collegii Omnium Animarum in Oxonia iuxta parietem in manu dextera recte ad ingressum eiusdem capelle. Item lego reparacioni ecclesiarum cathedralium Wigorniensis, Saresbiriensis & Lincolniensis xs. equaliter diuidendos. Item lego cuilibet monacho de Hayles xiid., ita quod ibidem inter se habeant pro me exequias & missam speciales & omnium fidelium animabus. Item lego cuilibet presbitero qui meis exequiis & misse die sepulture intererit iiiid. Item lego cuilibet ordini fratrum Oxonie xld. Item lego xxs. ad distribucionem faciendam pauperibus in Gloucestria. Item lego celebranti in summo altari uniuscuiusque ecclesie archidiaconatus Gloucestrie iis. vid. pro trigintali memorandus in missis eorundem, soluendos de terris & tenementis que erant quondam Ricardi Tregwe quamdiu pecunie inde prouenientes se velint extendere. Item lego Agneti Henxey mee sorori in pecunia numerata xls., coopertorium, mappam cum duobus manutergiis. Item lego ad reparacionem vie inter Osneam & villulam de[1] Laurencehenxey nouiter incepte vis. viiid. Item lego collegio Animarum antedicto duos libros facultatis sacre theologie ad usum studencium in eodem ac unum processionale preallegato collegio. Item collegio Wynton' Oxonie predicte lego unum librum nuncupatum Iohannes Aton'. Item lego capelle de Kenynton unum missale, par vestimentorum sacerdotalium & omnia alia ornamenta que erant circa altare meum in capella mansionis mee. Item lego ecclesie sancti Aldati Oxonie unum gradale ac processionale. Item lego capelle, eidem ecclesie annexe, nouiter per[2] me constructe, meum nouum missale ac quatuor par vestimentorum sacerdotalium, unum payillum[3] argenti, unam cistam deputatam ad custodiam iocalium dicte capelle. Item lego Iohanni Colyne unam culcitram[4] plumaciam nuncupatam le Federbedde cum curtinis eiusdem. Item lego eidem Iohanni ipepurgia[5]

[1] le, MS., perhaps correct.
[2] pro, MS., perhaps correct.
[3] *payelle* (O.F.) means a pan; but this is not suitable here.
[4] bed.
[5] andirons.

mea magna existencia in coquina. Item lego uxori eiusdem Iohannis unam zonam sericam stipatam cum stipis[1] argenteis & deauratis. Item lego Henrico Adam & eius uxori coniunctim vis. viiid. Item lego Galfrido Barbour & uxori sue vis. viiid. coniunctim. Item lego Iohanni Tanner & eius uxori vis. viiid. coniunctim. Item Iohanni Cooke qui dudum erat cocus in collegio[2] sancti Iohannis Baptiste extra portam orientalem Oxonie predicte xld. Item lego Agneti Defforthe xld., unum par linth*iaminum* ac unam camisiam. Item lego cuidam lathamo qui vocatur Coluer xld. Item lego Rose Symond infirmitate cecitatis percusse vis. viiid. Item lego Thome Halman unum coopertorium de Arras viridis coloris. Item uxori eiusdem Thome unam zonam sericam stipis argent*eis* deaur*atis*. Item domino Iohanni Fayrewater clerico nouem libellos facultatis theologie, i togam blodiam penulatam, unam culcitram, i peluim & sex cocliaria argentea. Item Iohanni Wikes unam crateram argenteam & vi cocliaria argentea. Item lego uxori eiusdem unam patellam eneam. Item Iohanni West vi cocliaria. Item lego monasterio de Ruley, abbati & conuentui pro construccione ecclesie eorundem vis. viiid. Item lego Agneti Isebery unam zonam sericam stipatam cum stipis argent*eis* deaurat*is*. Item lego Elizabethe Hampton uxori Thome Hampton vi cocliaria. Item lego Iohanni Barbour i peluim. Item lego domino Ricardo Rooke capellano unam togam mixti coloris cum capicio ac i peluim. Item lego domino Iohanni Gregory capellano meam optimam togam pennulatam, duos libros unum qui vocatur Registerium, alium vocatur Lugdenensis[3] sermones. Item lego Thome Bende quatuor libros facultatis iuris, duas togas i blodiam pennulatam, aliam viridem sine pennulacione & eciam meum portiforium. Item lego Iohanni Defforth i culcitram, coopertorium viride puluerizatum cum canibus, i par lodicum, i par linthiaminum, i cistu*m*,[4] meu*m* pernu*m*,[5] iornale,[6] ympnarium glosatum troporium, i par precularum de gette ac unam mixtam togam. Item Cristofero Walker i curtam togam mixtam. Item lego Thome Hilley i curtam togam viridis coloris ac i par clauicordiarum. Item volo quod Iohannes Defforthe antedictus habeat sui exhibicionem ex facultatibus meis, donec peruenerit ad annos presbiteratus, integre sine diminucione | suo statui saltem con- 195r= ccxlvir. gruentem. Item iniungo meis executoribus quatinus Thomas[7] Bronde habeat exhibicionem usque ad festum Pasche. Item volo quod totalis mea familia habeat esculenta & poculenta ex sumpti-

[1] Metal bars.
[2] i.e. the hospital.
[3] John of Leyden; sermons for Sundays & festivals. A copy in Univ. Coll. library.
[4] Probably an error for *cistam*.
[5] Unknown.
[6] Book of prayers.
[7] Thome, MS.

bus & bonis meis a tempore humacionis mee usque ad festum Epiphanie proximo sequens, ita quod medio interuallo eorum quilibet sibi de ceruiciis prouideat. Item do, uolo & lego & hac mea ultima voluntate confirmo omnes redditus & prouentus ex tenementis meis infrascriptis & nominatis in quodam codicillo presenti testamento annexo provenientes domino Iohanni Fayrewater, dum vixerit, si[1] eosdem redditus & prouentus retinere vel habere voluerit sub condicionibus sequentibus; quarum prima est ut celebret et oret in capella boriali annexa ecclesie sancti Aldati per me nouiter constructa pro anima mea & animabus parentum meorum ac omnium fidelium defunctorum. Item volo quod dictus dominus Iohannes Fayrwater intersit diuinis officiis in choro[2] ecclesie prefate sancti Aldati omnibus diebus dominicis et aliis festiuis, necnon processionibus de iure vel consuetudine usitatis & obseruandis, nisi impediatur legittime, licencia a rectore sancti Aldati petita & obtenta quocumque. Item volo quod dictus dominus Iohannes Fayrwater sufficienter reparet omnia tenementa infrascripta & nominata suis sumptibus & expensis, & insuper volo quod rector ecclesie sancti Aldati qualiscumque pro tempore fuerit & yconomi predicte ecclesie habeant potestatem prouidendi pro sacerdote in loco predicto celebraturo, ut supra dictum est, postquam dictus dominus Iohannes Fayrwater mortuus fuerit vel Uniuersitatem dimiserit seu ob causam, quod absit, remotus fuerit per dictos rectorem & yconomos, quibus arbitrio eorum seu rectoris & alterius yconomorum liberam & omnimodam potestatem quemcumque remouendi secundum eius demerita & de alio sacerdote prouidendi & ordinandi concedo & hac ultima voluntate mea confirmo & tribuo. Item volo quod postquam dicti rector & yconomi prouiderint & ordinauerint de aliquo honesto sacerdote, quod tunc yconomi cum concensu rectoris adeant dictos inhabitantes tenementis meis & iubeant eos inhabitantes ut soluant predicto sacerdoti integros redditus prouenientes de[3] dictis tenementis meis quamdiu prefatus sacerdos se modo honesto gesserit & dicta tenementa sufficienter reparauerit. Insuper volo quod si dicta tenementa mea aliquo casu fortuito vel mala provisione magna reparacione indigeant quod tunc per annum vel biennium uel ultra si necesse fuerit remoueatur[4] idem sacerdos qualiscumque & supersediat [*sic*] a retencione seu recepcione reddituum dictorum ten*ementis* inhabitancium,[5] donec sufficienter reparentur & reficiantur[6] dicta tenementa per yconomos

[1] si seu, MS.
[2] chore, MS.
[3] et, MS.
[4] remouetur, MS.
[5] inhabitantibus, MS.
[6] reficientur, MS.

antedicte ecclesie Aldati consensu rectoris predicti & sacerdotis pro predicto tempore a recepcione reddit*uum* predict*orum* supersedentis, dum tamen idem supersedens honestus fuerit & non erat causa[1] prioris dampni seu minositatis; quibus sufficienter reparatis tunc volo quod idem remotus seu supersedens reassumatur, dum tamen prius se bene gesserit; alias arbitrio[2] eorum alius ydoneus assumatur & ordinetur. Insuper volo quod si aliquis fuerit per predictos rectorem & yconomos assumptus & prouisus & pretextu senectutis seu grauis infirmitatis celebrare seu divinis interesse nequiuerit,[3] quod nichilominus habeat redditus predictos sua vita durante, dum tamen prius bone opinionis & vite honeste fuerat in sanitate. Item volo quod dicti yconomi de redditibus tenementorum dictorum habeant annuatim pro eorum laboribus quadraginta denarios. Item volo quod omnia facientia mencionem de domino Iohanne Fayrwater, per me in vita mea ordinato & prouiso, quantum ad exhibicionem sacerdotis, habeant locum in posterum in quocumque alio sacerdote ordinato & prouiso per consensum & auctoritatem dictorum rectoris & yconomorum. Residuum vero bonorum meorum non legatorum do & lego executoribus meis infrascriptis, ut ipsi ordinent & disponant pro salute anime mee, prout eis videbitur melius faciendum, deo placere & animee mee proficere. Huius autem testamenti mei facio, ordino & constituo executores meos dominum Iohannem Fayrwater clericum, Thomam Halman, Iohannem West & Iohannem Wykes. Superuisorem dictis executoribus meis ut bene & fideliter presens testamentum & ultimam voluntatem meam perimpleant facio & ordino Iohannem Clerke aldermannum & fischemonger ville Oxonie, cui lego pro sua diligentia et labori[bus]. In cuius rei testimonium sigillum quo utor premissis apposui; hiis testibus Iohanne [ ] antedicto, magistro Ricardo Shrefe, magistro Ricardo Panter, Willelmo Diker, Iohanne B[et][4] multis aliis. Data die & anno supradictis.

In dei nomine Amen. Nos Willelmus Yve, sacre theologie professor &c., presens testamentum coram nobis quinto die Marcii anno domini infrascripto per executores eiusdem exhibitum in forma iuris probatum approbauimus & per presentes approbamus & pronunciamus testamentum ipsum rite & legittime fuisse conditum, & insinuatum fore ac insinuari fecimus, onusque administracionis bonorum & executionis testamenti eiusdem iuxta iuris exigenciam eisdem executoribus commisimus, eorum ad hoc accedente consensu & administracione sponte per eos accepta. **fol. 195v =ccxlvi[v]. Mar. 5, 1461/2.**

[1] cum, MS.
[2] arbitrior, MS.
[3] nequeuerit, MS.
[4] The page is torn.

Insuper termino legitime elapso, audito per nos compoto siue calculo administracionis executorum testamenti infrascripti in bonis eiusdem facte, prout [in][1] inuentario rite & legittime per eosdem confecto in registro officii nostri remanente plenius continetur, quia inuenimus dictos executores bona dicti defuncti bene & fideliter administrasse eosdem executores ab ulterioris compoti reddicione nobis in hac parte reddenda quantum ad bona infra iurisdiccionem nostram existencia, saluo iure cuiuscumque, absoluimus & absolutos dimittimus per presentes. In cuius rei testimonium sigillum officii cancellariatus nostri[2] presentibus apposuimus. Dat' in collegio beate Marie Magdalene extra portam orientalem Oxonie tercio die Aprilis anno domini MCCCCLXII.

Tenementa magistri Philippi Polton relicta exhibicioni unius capellani celebraturi pro omnibus fidelibus defunctis, prout in testamento cui huiusmodi scriptura affigitur plenius continetur, sequuntur. Quorum unum situatum est et iacet in parochia sancti Michaelis ad portam australem ville Oxonie infra dictam portam situatum inter ecclesiam parochialem sancti Michaelis ex parte australis et tenementum abbatis & conuentus de Enyshame ex parte boriali. Duo alia tenementa eiusdem sunt adiacencia in parochia sancti Michaelis antedicti in vico [quod][3] vocatur le Grameponde extra portam australem predictam inter tenementum prioris & conuentus sancte Fridiswide ex parte boriali & tenementum Iohannis Hyde ex parte australi. Alia quatuor tenementa cum suis pertinenciis in Abendonia situantur in Wynyerd Sonyngwelle, quorum duo simul situantur inter gardinum seu fundum Elemosinarii beate Marie ville Abendonie predicte ex parte una & tenementuum Iohannis Rose de Sonyngwelle nuncupatum Ledonporche ex parte altera. Duo vero alia tenementa supradictorum tenementorum situantur superius versus Oxoniam divisim, quorum unum situatur inter fundum Iohannis Iremonger ex parte una & tenementum Roberti Munde ex altera; et alterum tenementum situatur inter idem tenementum Roberti Munde & tenementum adnunc prefati magistri Philippi nuper perquesitum [*sic*] a Thoma Brooke de Henkesey. Item unum mesuagium cum gardino adiacente situatum est in Wynyerd Sonyngwell inter tenementum Iohannis London ex parte occidentali & tenementum Walteri Bochowre de Abendonia predicta ex parte altera. Duo vero alia tenementa mea cum suis pertinenciis simul situantur in Abendonia predicta in vico vocato Sturtestrete inter tenementum Alicie Barbour ex parte una & tenementum Coquinarii monasterii beate Marie virginis Abendonie predicte ex parte altera, unum

[1] Not in MS. [2] nr', MS. [3] Not in MS.

aliud mesuagium ac unum curtilagium cum suis pertinenciis in Abendonia situatur in le Borewestestreete inter tenementum Elemosinarii monasterii beate Marie Abendonie ex una parte & tenementum nuper Margerie More ex parte altera. Item unum boticium terre iacens in Cotsettellestrete Abendonie inter terras monasterii beate Marie virginis in Abendonia ex utraque parte.

Inuentarium bonorum omnium quondam magistri Philippi Poltone archidiaconi Gloucestrie existencium infra Uniuersitatem Oxonie appreciatorum per Iohannem Semon et Iohannem Moore unum[1] de stacionariis dicte Uniuersita*tis* iuratos,[2] pluribus protunc presentibus.

Sequuntur bona inuenta in aula & promptuario.

In primis a honggyng clothe in the halle	precii vs.
Item octo pulvinaria	precii xvi*d*.
Item duo scannaria vulgariter nuncupata bankerys of redde & grene	precii xx*d*.
Item quatuor scannaria with Talbatis	precii xx*d*.
[ ] borde clothe	precii vi*d*.
[ ][3]	precii xx*d*.

Expositio cautionum pro aulis &c. coram domino Commissario et procuratoribus in ecclesia beate Marie nono die Septembris videlicet in crastino Nativitatis beate Marie, Anno domini 1462. fol. 196r = ccliir. Sept. 9, 1462.

Pro magna scola iuris ciuilis in parochia sancti Edwardi, magister Thomas Walton nomine magistri Iohannis Strettun.

Pro aula vulgariter nuncupata Brodeyates in parochia Omnium Sanctorum, dominus Iohannes Kynge nomine magistri W. Pykknam.

Pro magna scola iuris ciuilis, dominus Iohannes Kynge nomine doctoris Potman; fideiussores Iohannes Mowyer & Iohannes Crofton.[4]

Pro aula vulgariter nuncupata Vinehall, magister Reginaldus Stone, nomine magistri Iohannis Warde.

[1] 'one of the stationers of the University'; the stationers were officials who valued books and goods and were appointed by the University. [2] iuratorum, MS.

[3] The page is torn. The next five pages which are missing would have contained the conclusion of the inventory and the records of the Chancellor for the months April to September.

[4] The names of the sureties are, as usual, subsequent additions, but the fact is here very obvious because the list of cautions is in an ornamental hand, which we know from the proctors' accounts to be the hand of the notary of the University. The names of the sureties are apparently in the hand of the Commissary.

Pro aula vulgariter nuncupata Solerhall, idem nomine suo proprio.
Pro aula sancti Edwardi situata in parochia sancti Edwardi, idem nomine magistri Lodowyci John'.
Pro aula nuncupata Hengsey Hall, idem nomine doctoris Kaynell.
Pro aula dicta Bedylhall, idem exposuit caucionem nomine doctoris Schalke.
Pro aula dicta vulgariter Bulhall, idem nomine magistri Nicholay Newton.
Pro aula Bovina, dominus Iohannes Louyar nomine magistri Laurentii Cokkys. Exhibuit fideiussores Iohannem Mowyer & Iohannem Crofton.
Pro aula Colcillina & pro paruo orto annexo orto eiusdem aule, magister Georgius Hargyll.
Pro aula nigra in vico scolarum, magister Stephanus Scharpe nomine doctoris Trope.[1]
Pro aula Andree in parochia sancti Iohannis, dominus Iohannes Thorpe.
Pro aula vocata Turlokys Inne, magister Edwardus Hanyngton.
Pro aula nigra iuxta aulam Ceruinam, magister Iohannes Aryndell. Exhibuit fideiussores Edmundum Fuller & Ricardum Leyke.
Pro aula Ceruina, magister I. Treganson; fideiussores Edmundus Fuller & Ricardus Leyke.
Pro aula Hamtonie, magister W. Summaster nomine proprio; fideiussores Ricardus Bustarde & Iohannes Geffray.
Pro aula sancte Myldrede, idem nomine domini I. Tabyn; fideiussores Ricardus Bustarde & Iohannes Geffray.
Pro aula vulgariter nuncupata Sykyllhall,[2] idem magister nomine domini Iohannis Tharscheher.
Pro aula sancti Laurencii, procurator australis nomine magistri Thome Gotysforde[3]; fideiussores Radulphus Bysshope & Thomas Taylour gyrdeler de parochia sancti Michaelis ad portam borialem.
Idem pro aula Plummer, nomine Wyllelmi Genyn.[4] Idem pro quodam orto iuxta aulam Laurentii nomine Rycardi Payne.
Idem pro aula beati Petri iuxta collegium Exonie,[5] nomine magistri Nicholai Stanbery.
Pro magnis scolis iuris canonici, Dauyd Husbande nomine magistri Iohannis Ruschell; fideiussores Willelmus Mylle & Thomas Taylor de parochia Omnium Sanctorum.
Pro aula Greca, Iohannes Pese nomine magistri Iohannis Vowelle.

[1] Anstey has omitted this and the next two entries.
[2] The original scribe wrote Chekeleyhall; it was corrected by the second scribe.
[3] Not Sotyfforde, as in Anstey.
[4] As before, Anstey has read G as S.
[5] Oxenie, MS.

Pro aula Profunda, magister Thomas Proctor nomine proprio.
Pro aula Mureligorum, magister Iohannes Ascheby nomine proprio.
Pro aula sancti Iohannis in parochia sancti Aldati; Iohannes Pese nomine doctoris Butler.
Pro aula sancti Iohannis, magister W. Steuene nomine proprio.
Pro aula Aquile, magister Robertus Lawles nomine magistri Iohannis Alleyn.
Pro aula vulgariter nuncupata Lytyledwardhall,[1] magister Iohannes Mowar; fideiussores Iohannes Mowyer, Iohannes Love & Robertus Glover.
Pro aula Alba situata iuxta venellam vocatem Cheynylane, magister Iohannes Greue.
Pro aula parua Alba situata iuxta muros, magister W. Goodeȝere.
Pro aula vulgariter dicta Haukehalle, magister Iohannes Mederey.
Pro aula Haburdasche, magister Iohannes Cornysche.
Pro aula Edmundi in parochia beate Marie, magister I. Pyknyg.
Pro aula Angulari, magister Henricus Sutton. Idem magister Sutton pro aula Urbani nomine domini Thome Thurleby; et exhibuit fideiussores pro aula Urbani Iohannem Smyth baker & Robertum Glover.
Idem pro aula vulgariter nuncupata Nunhall, nomine magistri Ionys, & invenit fideiussores coram domino Cancellario T. Gylbarde & Thomam Marton.[2]
Idem magister Henricus Suttun exposuit caucionem pro aula Cristofori in nomine magistri Iohannis Arnolde. 196v = ccliiv.
Idem pro aula Taurina, in nomine magistri Iohannis Paynter.
Pro magnis scolis Iuris Ciuilis,[3] magister I. Pese nomine doctoris Lychefelde.
Idem pro aula vulgariter nuncupata Neuellysynne, nomine eiusdem doctoris.
Idem pro aula nuncupata Nunhall, nomine magistri Raginaldi [*sic*] Wyllyam.
Pro aula Enea[4] magister W. Braggys nomine suo proprio. Idem magister pro aula Uniuersitatis in vico scolarum nomine domini Iohannis Warnar. Idem magister exposuit caucionem pro aula sancti Thome in parochia sancti Michaelis iuxta portam borialem nomine Gilberti Samesbery.
Pro aula Vitria, magister Bonefacius Blundell nomine magistri I. Gregory. Idem Bonefacius exposuit caucionem pro aula

[1] This must be the Edward Hall in St. Mary's parish; Edward Hall in St. Edward's parish has been mentioned.
[2] These sureties are in the first hand.
[3] The school of Civil Law has occurred twice.
[4] Ennea, MS.

Enea[1] nomine suo proprio. Idem pro aula Uniuersitatis nomine Iohannis Wuaren [*sic*]. Idem magister pro aula sancti Thome in parochia sancti Michaelis iuxta portam borialem nomine domini Gilberti Sammesbery.

Pro aula beate Marie, magister Thomas Parys nomine proprio. Idem magister pro aula vulgariter nuncupata Takylhysyn, nomine magistri Roberti Schefelde.

Pro aula vulgariter nuncupata Lytylmerton hall, magister Henricus Samson.

Pro aula vulgariter nuncupata Bedylhalle, magister Henricus Popy.

Pro aula Trabina, magister Thomas Wuodehyll nomine magistri Stephani Tylar.

Idem magister pro aula Wyllelmi situata in Keballestrete.

Pro parua aula Uniuersitatis in vico scolarum, magister W. Gregeforde. Idem magister pro aula Edwardi ex opposito collegii regii[2] nomine magistri Hulle.

Pro aula Hugonis in parochia sancti Petri in oriente, magister W. Preston. Idem pro aula Edmundi, nomine magistri T. Lee. Idem magister pro aula Alba in eadem parochia nomine magistri Ricardi Broke. Idem magister pro orto quodam situato iuxta ecclesiam sancti Petri in oriente, nomine magistri I. Mede.

Pro aula Enea[3] in vico scolarum magister Iohannes Moleyneux. Idem magister Iohannes pro aula parua sancti Thome infra precinctum aule Enee[4] nomine magistri Henrici Moleyneux. Etiam pro gardino iuxta aulam sancti[5] Thome nomine magistri Adam Hele; pro paruo introitu sancte Marie in vico scolarum nomine magistri I. Lane.

Pro aula Bouina situata in parochia sancte Ebbe, magister Iohannes Obyn; fideiussores Ricardus Lawndy & Robertus Hethe.

Pro aula Iacobi situata in parochia sancti Aldati, magister Thomas Clarsat.

Pro aula Michaelis situata in dicta parochia sancti Aldati, magister T. Raynolde.

Pro aula de Burnelhysynne, magister W. Corte nomine magistri Lampton.

Idem magister W. Cort pro aula Parserina[6] in parochia sancte Marie Magdalene nomine proprio.

[1] Ennea, MS.

[2] Anstey alters this to Reginensis wrongly. Oriel College is meant. St. Edward Hall was west of Oriel, opposite the entrance.

[3] Ennea, MS.

[4] Enne, MS.

[5] sancte, MS.

[6] Passerina is meant: Sparrow Hall.

Pro aula Stapulina, dominus Iohannes Hurste nomine magistri Henrici Gellys.

Idem pro quodam orto situato iuxta portam nuncupatam Smy3the3ate nomine proprio.

Pro aula vocata Peryhall, magister Iohannes Thrynge.

Pro aula de Pekwaturhysynne, magister Iohannes Coke.

Pro aula vulgariter nuncupata Bekehysynne, magister Bulkeley.

Mag. Willelmus Bragg' exhibuit fideiussores pro aula Enea Thomam Stremer, Willelmum Caterike & Robertum Geffray.[1]

Magister Henricus Molyneux exhibuit fideiussores pro eadem aula Enea &c. Willelmum Gryffyn & Nicholaum Kele.

Magister Thomas Lee exhibuit fideiussores pro aula Edmundi &c. Thomam Barton & Iohannem Upholder.

Magister Willelmus Summaister exhibuit fideiussores pro Sykyll-hall Edmundum Fuller & Ricardum Brown.

Dominus Exoniensis, anno domini 1462.

fol. 197r =ccliiir.

VIII° die Septembris anno suprascripto coram nobis magistro Willelmo Ive commissario generali &c. magister Willelmus Bragges & Iohannes Dyere ac Iohannes Waryn, procuratores reddituum fraternitatis sancti Thome in Oxonia, compromiserunt unanimi consensu in magistrum Iohannem Carpenter & Thomam Sherman actionem debiti quam idem Iohannes & Iohannes intentarunt contra predictum magistrum Willelmum pro pensione aule vocate uulgariter Salusury, promittentes se stare laudo & arbitrio predictorum arbitrorum si laudum tulerint ante 15 diem Septembris. Sin autem laudo & arbitrio magistri Roberti Cacewelle imparis electi, si & ipse sententiam tulerit in hac parte ante 20um diem mensis predicti, sub pena c solidorum. Arbitri vero predicti infra tempus sibi limitatum decreuerunt predictum magistrum Willelmum obnoxium esse dictis procuratoribus in XXXVIs. VIIId., precipientes eidem magistro Willelmo ut solueret summam taxatam ante festum Michaelis proximo futurum sub pena predicta. Sept. 8, 1462.

26° die Septembris Thomas Fowler confessus est se esse obnoxium magistro Iohanni Fermer in XXXVIIIs. prout liquebat per quoddam scriptum obligatorium scriptum manu propria eiusdem Thome & sigillo suo signatum, quod quidem scriptum predictus magister Iohannes coram nobis exhibuit. In satisfactione vero huius debiti dictus Thomas deliberauit prefato magistro Iohanni per manus nostras duas particulas panni serici, viz. unam de viridi Sept. 26, 1462.

[1] This and the next three entries are in the second hand.

tartorne[1] continentem VI virgatas, & alteram de russet tartorne continentem V virgatas & dimidiam, quas quidem particulas dictus magister per decretum appreciari fecit, scilicet per Iohannem Seman & Iohannem Northewode iuratos in presencia Benedicti Stokis bidelli, qui dictas porciones panni simul & in grosso appreciati sunt ad XXIIIS.; et sic predictus magister accepit pannos predictos ita ut premittitur appreciatos in partem solucionis XXXVIII solidorum; unde preter precium pannorum predictorum remanent soluendi XV solidi.

Sept. 17, 1462. 17^mo^ die mensis Septembris predicti condemnatus est magister Iohannes Wygthe rector de Newynton in XXIIIIS. XI*d*. soluendis infra VIII dies Iacobo Fox mercatori de Dublin' aut procuratori suo sub pena excommunicacionis.

Oct. 6, 1462. 6° die Octobris Robertus Martyn prestitit coram nobis iuramentum corporale de bene & fideliter seruiendo Iohanni Ketyll vinter de Oxonia usque ad Pascha proximo futurum. Et quod non recedet a seruicio suo nisi prius eum premoneat viz. per tres menses. Et predictus Iohannes promisit fide media se daturum sibi pro stipendio suo secundum ratam XL solidorum per annum, prout antiquitus dare solebat.

Oct. 15, 1462. 15^mo^ die Octobris Thomas Stalwortheman de Hamulden Lincolniensis diocesis & Ricardus Baron de eadem compromiserunt in Robertum Greneland & Robertum Weste de Hamulden predicta de & super omnibus accionibus, causis, litibus, transgressionibus, controuersiis & delictis inter eosdem motis & non decisis usque in presentem diem. Et uterque illorum promisit se fide media & sub pena XX librarum stare laudo & arbitrio predictorum arbitrorum, si quod ipsi tulerint ante festum apostolorum Symonis & Iude uel in ipso festo proximo iam sequente, aut ipsis laudum non ferentibus, promiserunt se stare arbitrio & sentencie magistri Ricardi Kelsy, si tamen ipse laudum tulerit ante tercium diem Novembris proximo iam futurum sub pena predicta. Alioquin in proximo die iuridico comparebunt coram nobis[2] post predictum tercium diem sub eadem pena. Promiserunt insuper quod nullus eorum alterum vexabit quouismodo aut quicquam renouabit pendente lite & quod solicitabunt arbitros electos aut imparem nominatum ad finiendum negocium compromissi infra tempus sibi ut premittitur limitatum.

[1] This is a more probable reading than Tartorum as in Anstey. Tartarin or Tartarne was a rich silk material.

[2] The MS. repeats here *in proximo die iuridico*.

Eodem die Mauricius Apryce conuictus de lacione armorum soluit IIS.[1]

Dominus Exoniensis, anno domini 1462.

fol. 197^v^ =ccliii^v^.

Oct. 22, 1462. Vicesimo secundo die Octobris anno domini 1462 Iohannes Grove carior, Willelmus Clere & Iohannes Heumand interuenerunt fideiussores pro Iohanne Wythyg & Agnete uxore sua de pace seruanda penes omnes legios regis sub pena XL librarum. Et iidem Iohannes & Agnes constituerunt procuratores suos m*agistros* Thomam Matyn, I. Walingforde, I. Lidforde, Reginaldum Stone, Husy & Wegge ad agendum & defendendum in omnibus causis &c.

Oct. 25, 1462. 25° die Octobris magister Thomas Asshby, magister Leonellus Scaffe & Iacobus Lewlyn interuenerunt fideiussores pro domino Willelmo Smythe ad sistendum eum coram domino Cancellario vel eius commissario quandocumque requisiti fuerint sub pena LX solidorum. Item dominus Thomas Cowleman capellanus, Iohannes Cokke scolaris & Thomas Brown taylour fideiusserunt pro eodem quod sic compareret sub pena LIIIS. IIII*d*.

Oct. 27, 1462. 27^mo^ die eiusdem mensis Iohannes Smythe de parochia sancti Thome & Thomas Merston de parochia sancti Petri in oriente fideiusserunt pro Thoma Herdeforde de iudicio sisti in quadam causa mota aduersus predictum Thomam per fratres Augustinenses Oxonie sub pena XX librarum.

Eodem die Nicholaus Hawghton scolaris de Haburdaysshe Hall conuictus de verbis minatoriis illatis in Galfridum Dauid taylour incarceratus est & soluit XII*d*. Eodem die predictus Galfridus & quidam Iohannes famulus eius, quia insultum fecerunt in predictum scolarem post incarceracionem, condemnati sunt in VIS. VIII*d*. soluendis infra duos dies post festum sancti Hillarii proximo futurum[2] sub pena dupli; pro quibus fideiussit Robertus Glover de parochia Omnium Sanctorum.

Oct. 29, 1462. 29° die Octobris[3] comparuit coram nobis magistro Willelmo Ive commissario &c. Iohannes Lowe de Oxonia & confessus est se esse obnoxium Willelmo Weste scolari, procuratori Iohannis Rokys armigeri de comitatu Berk', in III libris & decem solidis ut liquet in duabus obligationibus coram nobis exhibitis; de quibus quidem III libris & XS. interuenit fideiussor magister Henricus

[1] In the margin 'IIS.; sol.'

[2] futuro, MS.

[3] Nouembris, MS.; but evidently Octobris is meant.

Gellys pro xxxs. soluendis ad terminos subscriptos viz. 14 die Nouembris proximo sequente vis. viiid., deinde singulis mensibus immediate sequentibus vis. viiid. donec compleatur summa predicta xxx solidorum.

Nov. 12, 1462. Duodecimo die mensis predicti[1] Willelmus Ketyl burgensis ville Oxonie pro percussione cum pugno convictus extitit legitime coram magistro Dauid Husbond commissario, qui assignavit eidem Ketel terminum unius mensis ad satisfaciendum pro conuictione ipsius procuratoribus Universitatis iiiis.

Eodem die convicta fuit uxor Henrici Adam ex eo quod violenter percussit dictum Ketil cum quadam gallina; nichil habet in bonis.

Nov. 20, 1462. Vicesimo die eiusdem mensis convictus fuit I. Colcell famulus & scriba archiepiscopi Dulmeln'[2] pro extraccione dagarii sui. Pro cuius maleficii satisfactione facienda Uniuersitati & procuratoribus interuenit magister Ricardus Russell de Haburdayshall[3] fideiussor ad assiduam interuentionem & instanciam australis procuratoris. Condemnatus est in iiiis.; commissarius & procuratores remiserunt partes suas & ita tenetur in xvid.[4]

Nov. 22, 1462. Vicesimo secundo[5] eiusdem mensis Iohannes Hore brasiator constituit pro eo generalem procuratorem in omnibus causis magistrum Lidford.

Nov. 27, 1462. xxvii die eiusdem mensis Marcham & uxor eius constituerunt procuratorem suum eundem magistrum Lidford in quadam causa detencionis cuiusdam equi & locacionis eiusdem.

Nov. 8, 1462. Octauo die dicti mensis Thomas Broun scissor recepit terminum ad exhibendum personaliter quemdam presbiterum pro quo ut supra extiterat obligatus nomine fideiussorio in summa xiiis. iiid.

Iohannes Waren conuictus super delacione armorum in pacis perturbacionem recessit conductus cum ceteris villanis missis ad regem in partes boriales, unde[6] incarceratus est post reditum

[1] Probably November is meant. This and the following entries as far as Dec. 4 are in a new hand.
[2] There was no Archbishop of Durham; no doubt Dublin is meant.
[3] The scribe wrote 'Russell collegii Exon'' at first.
[4] In the margin 'xvid., soluit doctori Husband'.
[5] The MS. omits *die*.
[6] From this point the entry is an addition. At the beginning of Nov. 1462 the king left London to besiege Bamborough and Henwick; by Jan. 6, 1463, both had fallen, and Warren must have returned to Oxford.

suum & condemnatus in ii solidis. Commissarius & procuratores remiserunt sibi partes suas quia pauper &c., & ita tenetur in viiid.[1]

Mem. quod dicto [*sic*] xii^mo die mensis predicti, mensis Novembris, coram dicto commissario viz. Dauid Husbond decrevit [*sic*] in presencia brasiatorum cervisie quod non recipiant pro quarterio melioris cervisie ultra xixd., & quod dictorum brasiatorum certus numerus singulis ebdomadis brasiarent iuxta limitacionem & assignacionem duorum actorum seu vulgariter vocatorum gardianorum, qui quidem gardiani ad premissam limitacionem seu assignacionem absque dolo & fraude faciendam cum ceteris pertinentibus ad officium ipsorum in hac parte exercendis per dictum commissarium dicto die fuerunt per sancta dei euangelia astricti. Item eodem die dictus commissarius decreuit quod dicti brasiatores per se seu per dictos gardianos visitabunt collegia, aulas & cetera loca tercia die post vecturam seu entunnyng cervisie ad probandum seu examinandum qualitatem & quantitatem eiusdem. Item statuit eodem die dictus commissarius quod non nimis festine post brasiationem veherent[2] ceruisiam dum fuerit callida[3] & plena bullicionibus ventosis sub pena forisfaccionis ad arbitrium domini cancellarii faciende in parte uel in toto iuxta quantitatem delicti in hac parte. **fol. 198r = ccliv r. Nov. 12, 1462.**

iiii^to die Decembris anno suprascripto decretum est per magistrum W. Ive commissarium quod in nullo hospicio publico infra procinctum Uniuersitatis Oxonie pindatur[4] panis equinus aut cuiuscumque alterius generis sub pena xl solidorum, quorum una medietas applicabitur officio Cancellarii & altera medietas pistoribus eiusdem Oxonie, nisi pro se & familia sua si velit. Item eodem die decretum est quod nullus pistor pindat panem album & panem equinum sub pena predicta similiter applicanda. **Dec. 4, 1462.**

ix° die Decembris W. Huddy conuictus est de extractione armorum, qui incarceratus reddidit arma & soluit iiiis., quos una cum armis viz. daggario recepit procurator borialis. **Dec. 9, 1462.**

Eodem die conuictus est Iohannes Swynerston de lacione armorum, qui post incarceracionem reddidit arma & condemnatus est ad soluendum iis. & habuit terminum soluendi ad festum Hillarii. Soluit xxd. & non plus propter inopiam.

Eodem die Robertus Ellesmere conuictus de lacione armorum

[1] In the margin 'sol. viiid.'
[2] Apparently means 'to cask', 'to entun', just as *vectura* above means *entunnyng*.
[3] i. e. calida.
[4] *pinsatur* in classical Latin.

incarceratus habuit festum sancti Hillarii ad inducendum arma & soluendum IIs. Soluit pro armis IIIId.[1]

Dec. 10, 1462. X° die Decembris dominus Willelmus Gerald convictus de percussione Springalde de Garsynton cum baculo non comparuit. Tandem repertus soluit IIs. & non plus propter nimiam inopiam.

Dec. 2, 1462. II° die Decembris Iohannes Norys iudicialiter condemnatus est ad soluendum magistro I. Cokk' IIIs. IIIId. ad festum Purificacionis proximo sequens & IIIs. IIIId. ad festum Annunciacionis beate Marie proximo tunc futurum sub pena XL solidorum, ad quam summam in condemnacione deductam fideliter soluendam iuramentum prestitit corporale.

Dec. 11, 1462. XI^mo die Decembris anno domini suprascripto Ricardus Leyke interuenit fideiussor pro Roberto Ioynour quod idem Robertus soluet magistro Laurencio Cokk' procuratori magistri Iohannis Russell IIIs. IIIId. in festo Natalis domini proximo futuro & IIIs. IIIId. ad Pascha & IIIs. IIIId. ad festum Natalis sancti Iohannis & IIIs. IIIId. ad festum Michaelis proximo immediate sibi succedencia.

Dec. 15, 1462. XV^mo die mensis predicti dominus Iohannes Tabyn renunciauit iuri suo quod habuit in principalitatem aule Mildrede & facta resignacione statim exposuit caucionem pro eadem aula nomine domini Ricardi Iosse & exhibuit fideiussores.

Item eodem die dictus dominus Iohannes exposuit caucionem pro Aula Pirina & exhibuit fideiussores coram domino fundi.

Dec. 16, 1462. XVI^mo die Decembris magister Stephanus Sharpe & magister Thomas Tybot' de aula Stapulina fideiusserunt pro [*blank*] de Cattestrete sub pena XL solidorum & uterque in solidum viz. quod predicta [*blank*] remoueret se ab Uniuersitate per decem miliaria pro perpetuo, non reuersura, ante festum sancti Hillarii proximo futurum; et quod interim non reciperet aliquos viros in domum suam post horam cene; eciam quod non reciperet post hunc diem aliquam cervisiam vendendam in domo sua; insuper quod quamdiu moraretur in Uniuersitate non fieret occasione sua aliqua perturbacio pacis.

fol. 198v = cclivv. Dec. 24, 1462.

Dominus Exoniensis, anno domini 1462.

Vicesimo quarto die mensis predicti comparuerunt coram magistro Dauid Husbond sacrorum canonum professore Petrus[2]

[1] In the margin 'IIs. IIIId. sol.'

[2] Peter Alcumlaw surgeon, see p. 102.

Surgerer & Ricardus Plommer in causa pe*cunie*. Extunc dictus Petrus contra dictum Plommer allegauit quod recepit ymmo verius arripuit ex manibus [*blank*] uxoris dicti Petri, preter & contra voluntatem dicti Petri, [XX *lib*][1] quas apud eandem deposuit donec matrimonium inter eosdem sit solempnizatum in facie ecclesie; quas peciit sibi ab eodem Plommer restitui. Ad quod predictus Plommer respondit quod ex predicta summa XX librarum habet in quadam cista X libras, cuius vero ciste clauem prefato Petro tradidit. Ex residuo quidem summe integre quantum recepit a dicta uxore Petri predicto Petro ac ad alios usus secundum disposicionem & arbitrium predicti Petri distribuit. Ad quam quidem distribucionem ut premittitur faciendam suum consensum & assensum eidem Plommer non adhibuit, ut asseruit dictus Petrus. Quare predictus Petrus habens dictum Plommer suspectum de dilapidacione & consumpcione dictarum X librarum adhuc remanencium in manibus dicti Plommer peciit sibi cum instancia easdem X libras remanentes restitui cum effectu, cum asseruit verisimiliter esse quod idem Plommer in vetitos usus consumeret remanentem summam X librarum, sicut & consumpsit residuum integre summe predicte. Dictus igitur commissarius pretextu premissorum & aliis causis animum ipsius mouentibus cum consensu utriusque parcium predictarum interueniente dictam summam X librarum remanentem inexpensam in manibus suis sequestrauit quousque cognoscatur & plenius decidatur utrum inter dictos Petrum & mulierem verum & legittimum possit esse matrimonium quia asseruit[2] predictus Plommer quod dicta mulier recepit a predicto Petro dictam summam depositam sibi sub certo modo seu verius condicione ista viz. quod ipsa haberet pro sua indempnitate X libras ex integra summa predicta si possit liquere in eventu quod verum ut prefertur matrimonium non posset esse inter eosdem culpa & dolo dicti Petri. Item confessus est & allegauit dictus Ricardus Plommer quod non percepit integre XX libras predictas; sed quantum vero infra integram dict*am* [summam][3] percepit a dicta muliere non erat certificatus in se adtunc.[4]

Dec. 29, 1462. Vicesimo nono die predicti mensis [*blank*] Hawthorn famulus magistri Iose de aula Enxina conuictus fuit super extraccione armorum, que deliberauit alteri procuratori; pro cuius multa soluenda exhibuit dict*um* m*agistrum* Iose & quod exhibeat se

[1] Not in MS.

[2] quia ut asseruit, MS.

[3] Not in MS.

[4] This entry has been crossed through.

commissario in crastino sancti Illarii paratum satisfacere de multa sua soluenda.

Dec. 24, 1462. Vicesimo quarto die mensis predicti coram dicto commissario magister Robertus Egebury interuenit fideiussor pro Thoma Bokbynder de Cattystret de iudicio sisti ad instanciam [*blank*] capellani de Herthal pro quodam libro Decretalium sub pena XL solidorum. Residuum vero istius negocii situatur infra in fine libri.

Item magister Willelmus Somaister procurator magistri Willelmi Fisher & consortis eiusdem de Henley in disoneracionem magistri Ivonis sacre theologie professoris assignavit Thome Browne fideiussori domini Willelmi Smyth capellani terminum videlicet festum sancti Illarii ad satisfaciendum sibi pro rata porcionis sue scilicet XIIIs. IIIId. ex LIIIs. IIIId., pro qua quidem summa integra prefatus Broune, Thomas Coke, & Colman sunt obligati proporcionaliter pro predicto domino Willelmo Smyth.

fol. 199r = cclvr. Jan. 5, 1462/3.

Dominus Exoniensis, anno domini 1462.

Quinto die mensis Ianuarii anno domini suprascripto coram magistro Dauid Husbond reuerendi in Cristo patris ac domini, domini Georgii Nevel episcopi Exoniensis necnon Uniuersitatis Oxonie cancellarii commissario generali infra dictam Uniuersitatem Oxonie predicte comparuit[1] personaliter in iudicio & confessus fuit se debere Iohanni Ketil burgensi ville Oxonie predicte XLVIs. VIIId. pro precio cuiusdam equi & celle & pro locacione eiusdem equi; ad quam quidem pecuniam predictam integraliter soluendam antedicto Iohanni Ketel commissarius predictus assignauit antedicto Owino XXII diem mensis Februarii. Insuper coram eodem commissario predictus Owinus sponte & libere tactis euangeliis promisit se soluere duplum integralis summe predictæ dicto Iohanni Ketel si bene & fideliter non satisfecerit eidem die predicto viz. XXII die mensis Februarii antedicti de predictis XLVIIs.[2] VIIId.

Jan. 7, 1462/3. Septimo die mensis predicti coram dicto commissario iudicialiter comparuit magister Laghtone procurator rite constitutus per Iohannem Sutton & magistrum Baret arcium magistrum in causa certarum bestiarum ut infra sequitur videlicet duarum vaccarum, & trium boum cum duobus vitulis existencium locatarum per eosdem cuidam Iohanni Nashe apud Becley; et ne processu

[1] The subject is omitted. It was evidently a scholar named Owen.

[2] Above, the figure was XLVI.

temporis & aliis fortuitis casibus probacio proprietatis earundem bestiarum periret quod absit, legitime tum per Luciam Glover ad hoc iuratam & alia documenta probauit dictas bestias ad ius & ad proprietatem dictorum Sutton & magistri Baret, & quod magister Iohannes Smyth[1] donavit dicto Sutton XXs. ex quibus dicta Lucia comparavit unam[2] vaccam, ex quibus orte fuerunt alie bestie predicte que nunc sunt in custodia dicti Nashe apud Becley ex causa ut prefertur. Item dictus procurator probauit quod dictus magister Willelmus & Iohannes locauerunt duas vaccas nigri coloris cuidam vocato Stafford Wever necnon quod dicte due vacce pertinent ad proprietatem dictorum Willelmi & Iohannis.

Quinto die eiusdem mensis comparuerunt coram dicto commissario magister Thryng & dominus Tabyn quorum uterque asseruit se principalem aule Pirine. Lite con*testata*, neg*ata*, & termino[3] assignato eorum utrique ad probandum aduenient, dictus magister Thryng exhibuit librum registri Uniuersitatis per quem probauit [quod][4] ipse exposuit secundum morem caucionem sed non probauit quod exhibuit fideiussores secundum exigenciam statuti Uniuersitatis super hac parte editi. Dictus vero dominus Iohannes Batyn[5] [*sic*] exposuit caucionem ut supra & exposuit[6]; quare peciit instanter[7] declarari pro iure suo. Jan. 5, 1462/3.

fol. 199v = cclvv. Jan. 10, 1462/3.

Dominus Exoniensis, anno domini 1462.

Memorandum de conuencione facta decimo die mensis Ianuarii anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo[8] secundo inter magistrum Iohannem Alleyn' aule Aquile principalem ex una parte et magistrum Tatheum Laghnan ex altera videlicet quod idem magister Tatheus a die supradicto subibit omnia onera aule predicte cum dampno & lucro irreuocabiliter usque ad festum Michaelis extunc proximo sequens, reservato solummodo predicto magistro Iohanni usque ad quartum diem proximo sequentem Marcii principalitatis nomine & honore. Item quandocumque post predictum festum sancti Michaelis contingat supradictum magistrum Iohannem Alleyne redire ad istam almam Universitatem, tunc bene licebit eidem sine aliqua contradiccione predicti magistri Tathei seu alterius cuiuscumque nomine suo predictam aulam Aquile cum omnibus oneribus & honoribus prout prius possidebat

[1] Iohannem Smyth, MS.; originally 'Willelmum Baret' was written.

[2] 'certas vaccas' was written first; hence 'quibus' which follows.

[3] in termino, MS.

[4] Not in MS.

[5] The name was Tabyn; see fol. 198r.

[6] Some error; probably 'exhibuit fideiussores' is meant.

[7] peciit instanter peciit, MS.

[8] sextagesimo, MS.

reassumere & pacifice retinere. Item si ante aduentum dicti magistri Iohannis Alleyne de predicta Uniuersitate antedictus magister Tatheus quovismodo transiuerit, tunc ad instanciam magistri Reginaldi Murlay et domini Walteri Maundewylle predictam aulam cum supradictis condicionibus resignabit & ipsis successive sine fraude dimittet; ac eciam ipsis non recipientibus principalitatem cum sepedictis condicionibus quod tunc magistro Roberto Lawles modo supradicto resignabit. Item usque ad predictum diem quartum Marcii fores eiusdem aule cum libera disposicione camere sue prefato magistro Iohanni patebunt sine aliqua contradiccione uel molestacione eiusdem magistri Tathei. Ad quarum conuencionum obseruacionem uterque suo iuramento corporali se obligat per presentes &c. Acta sunt hec coram nobis magistro Willelmo Ive commissario generali Universitatis Oxonie in collegio beate Marie Magdalene die & anno supradictis.

Jan. 14, 1462/3. XIIII^mo die Ianuarii anno domini suprascripto coram nobis magistro Willelmo Ive commissario generali Robertus Acastyr & Willelmus Havelle interuenerunt fideiussores pro Iohanne Harlewyn & constituerunt se soluturos pro eo Nicholao Hoo XIXs. IIII*d.* ad festum cathedre sancti Petri proximo futurum sub pena XL solidorum.[1]

Jan. 18, 1462/3. XVIII^mo die Ianuarii anno domini suprascripto & anno regni regis Eduardi quarti secundo coram nobis Willelmo Ive commissario generali Uniuersitatis Oxonie Willelmus Lyon soluit magistro Iohanni Wallingforde VIIs. VIII*d.* de pensione domus quam inhabitat viz. pro redditu debito a festo Michaelis usque ad festum Natalis domini ultimo iam preteritum in partem solucionis XV librarum XIIIs. & IIII*d.* in quibus Thomas Fowler alias coram nobis fatebatur se esse obnoxium predicto magistro Iohanni & ex confessione sua per nostram sentenciam condemnatus erat ad soluendum eandem summam infra VIII dies secundum consuetudinem Uniuersitatis, tandemque consensit ut per dictum tenentem suum idem magister Iohannes reciperet de pensione domus sue de termino ad terminum & de anno in annum usque ad solucionem summe predicte completam.

Jan. 24, 1462/3. XXIIII° die eiusdem mensis comparuerunt coram nobis magistro W. Ive commissario generali &c. Cristina Overtone per magistrum Ricardum Marchall procuratorem suum legitimum & Robertus

[1] In the margin 'Vacat quia pars principalis satisfecit'.

Rowseham & compromiserunt accionem quandam prius [ ]aliter de & super uno marcipio[1] quod idem Robertus fatebatur se recepisse [ ]harde & magistrum Willelmum Rede communi consensu parcium [electos]...[2]

Dominus Exoniensis, anno domini 1462.

fol 200^r =cclvi^r, Jan. 25, 1462/3.

In Conuersione sancti Pauli magister Iohannes Hobyn resignavit ius principalitatis aule Bouine ad requisicionem magistri Laurencii Cokk' qui etiam incontinenti renunciauit iuri suo quod habuit in eadem aula. Quo facto magister Thomas Reynolde facta prius resignacione principalitatis aule Michaelis, quam habuit, exposuit caucionem nomine suo proprio pro aula Bouina, & pro aula Michaelis exposuit magister I. Hobyn caucionem nomine suo proprio. Et in crastino comparuerunt coram nobis magistro W. Ive commissario generali Robertus Stubber & Iohannes Geffray glover & fideiusserunt pro pensionibus utriusque aule.

Jan. 31, 1462/3. Ultimo die Ianuarii Iohannes Smyth de parochia beate Marie Magdalene conuictus de latione armorum incarceratus est & exhibuit Iohannem bocher de eadem parochia ad soluendum IIs. in capite ieiunii.

Eodem die comparuerunt coram nobis magister T. Peny & Thomas Browne qui compromiserunt in magistrum Iohannem Walyngforde & magistrum Iohannem Coke omnes acciones inter eos motas siue in presenti mouendas & utraque pars promisit se stare laudo & arbitrio predictorum arbitrorum si quem tulerint infra quindenam a tempore compromissi numerandam sub pena viginti marcarum, & predicti arbitratores tulerunt laudum sub hac forma infra triduum, quod nullus eorum vexabit alterum propter acciones prius motas & pendentes sed omnes iniurie & acciones inter eosdem pendentes essent adinuicem remisse & quod nullus eorum contraueniret huic laudo sub pena predicta.

Feb. 8, 1462/3. VIII° die mensis Februarii comparuerunt coram nobis magistro Willelmo Yve commissario generali Uniuersitatis Oxonie procuratores ecclesie beate Marie Virginis in Oxonia viz. Willelmus Gruffyth & Bryan Dyssylyng & magister Willelmus Bragg' per procuratorem suum viz. magistrum Thomam Raynold in quadam causa pencionis annue III solidorum dicte ecclesie soluende per

[1] *marsupio*, purse or bag. [2] The page is torn off.

principalem quemcumque de Brasenose pro tempore existentem & non solute per tres annos; & quia nos commissarius antedictus inuenimus partem dictorum procuratorum ecclesie beate Marie nomine eiusdem suam intencionem plenissime fundasse, dictum magistrum Willelmum per nostram sentenciam condempnavimus ad soluendum dictis procuratoribus ecclesie beate Marie IXs. pro termino trium annorum proximo effluxorum, in quibus eis exstitit obnoxius racione dicte pencionis, eidemque iniunximus ut dictam summam solueret infra VIII dies secundum consuetudinem Uniuersitatis predicte.

Feb. 8, 1462/3. Eodem die frater Thomas Glowcestre de ordine Carmelitarum conuictus est de uerbis opprobriosis & scandalosis dictis in quodam sermone publico ad Carmelitas in festo Purificacionis ad personalem infamiam duorum honorabilium baculariorum theologie & in magnam perturbacionem & inquietacionem Uniuersitatis; qui per publicum seruientem quesitus ad domum non est repertus; deinde publice vocatus per scolas & ecclesias sub pena bannicionis non comparuit, expectatusque per multos dies venire contempsit. Tandem deliberacione facta & matura communicacione habita in congregacione regencium diuersis diebus super eadem causa conueniencium in domo Congregacionis, ex eorum consilio & consensu predictus frater Thomas Glowcestre propter multa & gravia delicta sua infra Uniuersitatem commissa, precipue propter periurium super quo legitime conuictus erat & ita in congregacione declaratus ad instancias eiusdem congregacionis degradatus est 19° die Februarii & propter manifestam ac multiplicem contumaciam suam bannitus.

fol. 200v = cclvi^{v}. Feb. 19, 1462/3.

Dominus Exoniensis, 1462.

Memorandum quod XIX° die Februarii comparuit coram nobis magistro Willelmo Ive &c. Robertus Keynell sacrorum canonum professor principalis aule Henxine & totum ius principalitatis aule eiusdem coram nobis pure & sponte resignauit; pro qua magister Thomas Matyne caucionem exposuit, quam admisimus saluo iure cuiuscumque. Insuper pro toto anno a festo Michaelis proximo preterito usque ad festum sancti Michaelis proximo futurum dictus Thomas obligat se plene pro integra pencione illius aule persoluenda domino fundi aut suis assignatis; item quod pro illo anno [& quamdiu placuerit magistro Philippo Burgayny retinere officium lectoris iuris canonici in dicta aula][1] non licebit dicto Thome

[1] The words in brackets have been crossed out.

quamdiu gerit principalis officium dictum magistrum Philippum a dicta lectura expellere. Et dictus magister Thomas exhibuit coram nobis commissario antedicto fideiussores pro pensione dicti loci Thomam Cudworth & Iohannem [*illegible*].[1]

IX° die Marcii doctor Dauid Husbonde exposuit caucionem pro Magna Scola iuris ciuilis & exhibuit fideiussores Willelmum Mylle & Thomam Tayler de parochia Omnium Sanctorum Oxonie. Mar. 9, 1462/3.

XII^{mo} die Marcii bannita est Agnes Ferys pro multiplici meretricio suo pro quo sepe incarcerata fuit, & villam Oxonie abiuravit, & demum subiens[2] iudicium pilorie bannita est. Mar. 12, 1462/3.

XVII^{mo} die Marcii comparuit coram nobis magistro Willelmo Ive commissario antedicto Iohannes Taylour de Bampton & produxit Willelmum Draycote, Willelmum Maynles, & Ricardum Harper de eadem villa qui concorditer deposuerunt quod dictus Iohannes Taylour habuit a Thoma Cowper potestatem vendendi quendam equum varii coloris eiusdem Thome, qui Thomas coram nobis personaliter constitutus idem asseruit; et dixerunt se certam habere noticiam quod idem equus genitus & nutritus erat in Bampton predicta. Mar. 17, 1462/3.

XVIII^{mo} die eiusdem mensis comparuit coram nobis Thomas Halman de Oxonia, & quia iam diu steterat obligatus pro Iohanne Wyk' de pace seruanda, ut patet supra octavo die Februarii anno domini 1453, peciit se dimitti a predicta obligacione, quem ex certis causis tunc allegatis dimisimus & a predicto Iohanne nouam securitatem pacis exegimus. Qui non licenciatus occulte recessit a iudicio.[3] Mar. 18, 1462/3.

Theys beyn the godes of Syre W. Lydbery that byn praysyd by Jhon' More stasynary and Jhon' Harys bydull' & supervysor. In primis I couerlyt of wyhtt with red rosys & blew, price XII*d.*; item III blankets, price XII*d.*; item a peyre of shetes, price XX*d.*; item II hed[4] scetes, price VI*d.*; item a materas, price XX*d.*; item II pelows II*d.*; item I gowne with I hode IIIS.; item a payre of strepys II*d.*; item a lewt, price VI*d.*

Summa totalis IXs. VIII*d.*

Item pro bidello & staciones IIII*d.*; item pro registro II*d.*

[1] The last sentence has been crossed out.
[2] subiiens, MS.
[3] This last sentence appears to be an addition.
[4] Not 'hod' as in Anstey.

fol. 201r = cclvii r.

Dominus Exoniensis.

Feb. 18, 1462/3. Comparuerunt coram nobis magistro W. Ive doctore sacre theologie ac domini Cancellarii commissario generali ultimo die Ianuarii Petrus Alcumlaw surgyn pars actrix parte ex una et Ricardus Plummer alias vocatus Ricardus Stevyns pars rea parte ex altera. Insuper predictus Petrus Alcumlaw allegavit contra dictum Ricardum quod ipse Ricardus quandam mulierem vocatam Cristinam Plummer filiam suam & uxorem dicti Petri cum qua idem Petrus contraxit matrimonium per verba de presenti, ut ipse idem Petrus asseruit, quod matrimonium dictus Ricardus pater dicte mulieris non negauit, ymmo expresse concessit, subtraxit, subtrahive fecit, seu saltim subtractionem sic factam ratificavit; quare peciit instanter idem Petrus predictum Ricardum cogi per nos & sentenciam nostram ad exhibendum dictam Cristinam filiam suam et uxorem ipsius dicti Petri ut illud matrimonium, sic ut premittitur inter eos canonice contractum, posset solemnizari ac canonice consummari. Item predictus Petrus Alcumlaw allegavit contra sepedictum Ricardum quod ipse Ricardus detinuit ac detinet & pluries interpellatus restituere recusavit & recusat duo pignora eidem Petro inpignorata viz. ciphum unum argenteum plicatura argentea in circumferencia ligatum & unam peciam seu crateram argenteam que communiter existimata valent xls. & ultra; ad quarum restitutionem sibi faciendam peciit instanter idem Petrus dictum Ricardum cogi per nos & sentenciam nostram affir*mati*uam[1] cogi & compelli. Item prefatus Petrus peciit a sepedicto Ricardo x libras quas asseruit prefatum Ricardum consumpsisse ac expendisse preter & contra voluntatem ipsius, id est dicti Petri, quas peciit instanter sibi restitui a dicto Ricardo per nos ac sentenciam nostram diffinitiuam cum effectu. Ad que omnia & singula respondit sepedictus Ricardus quod quamquam dictam filiam suam subtrahi fecerat seu subtraccionem de ea sic factam ratificauerat, item respondit quod quanquam dicta pignora detinuit ac detinet, statim & in instanti non potuit dictam filiam suam exhibere ac eciam dicta pignora eidem[2] Petro restituere. Item respondit dictus Ricardus quod quamquam ipse dictas x libras petitas per dictum Petrum consumpserat, tamen asseruit se partem dictarum x librarum exspendisse in usus ac utilitatem dicti Petri. Quare peciit dictus Ricardus a nobis instanter terminum competentem sibi assignari ad exhibendum dictam filiam ac eciam dicta duo pignora, item ad producendum billas suas compoti

[1] There is some error here; we should expect 'diffinitiuam'.
[2] ei, MS.

de dictis x libris & ad computandum cum dicto Petro. Unde nos commissarius antedictus nemini debitum defensionis beneficium precludere volentes, dicto Ricardo terminum competentem ac per eundem Ricardum acceptatum viz. quintum diem Februarii assignauimus ad exhibendum dictam filiam suam & predicta duo pignora ac eciam ad producendum dictas billas compoti & calculi de dicta consumpsione x librarum; quo termino adueniente utraque pars comparuit, sed in nullo premissorum articulorum prefatus Ricardus eidem termino satisfecit sed instetit & peciit a nobis alium terminum sibi assignari ad faciendum predicta cum effectu. Et nos ex pleni*tudi*ne officii nostri, parte aduersa quasi reclamante, ad dicti Ricardi maliciam superandam xiiiium diem Februarii eidem dedimus, & eo termino elapso assignauimus eidem Ricardo xviii diem Februarii; quoram neut' satisfecit in aliquo predictorum articulorum. Igitur nos commissarius antedictus deum, equitatem ac iusticiam pre oculis nostris habentes, preclusimus sepedicto Ricardo omnem facultatem de cetero probandi ac producendi dictas billas compoti seu aliquid aliud intentioni dicti Petri respectu premissorum articulorum in aliquo derogatorium; ac insuper nos commissarius antedictus perpensa deliberacione habita, visis, intellectis, rimatis ac plenius discussis causis & negociis predictis ac quolibet predictorum, inuenientes sepedictum Ricardum reum in omnibus ac singulis supradictis, condempnauimus eundem Ricardum ad exhibendum cum effectu dictam filiam suam in loco honesto ac indifferenti situandam, quoad[1] matrimonium, sic ut premittitur inter eos canonice contractum, possit solemnizari & canonice consummari. Item condempnauimus dictum Ricardum ad restituendum dicto Petro predicta duo pignora viz. ciphum & crateram predictos; ac eciam condempnauimus dictum Ricardum ad soluendum, tradendum ac restituendum prefato Petro x libras Anglicanas cum effectu. Cui sentencie nostre diffinitiue in omnibus ac singulis premissis predictus Ricardus parere recusauit; unde nos commissarius antedictus videntes absurdum ac iuri dissonum fore dictam sentenciam nostram per suprascripti rebellionis improbitatem debito frustrari effectu, decreuimus prefatum Ricardum sicut rebellem carceribus de ly Bocardo mancipandum, commendandum, ibi mansurum quoad dicte sentencie nostre in omnibus ac singulis premissis obtemperet ac pareat cum effectu. Acta sunt hec quoad sentencie prolationem & carceris commendacionem coram nobis ac per nos sedentes pro tribunali in loco consueto xviiio die mensis Februarii anno domini mcccclxiio &c.

[1] The writer here, and a few lines lower, uses *quoad* in the sense of *donec*.

fol. 201v = cclviiv.

Dominus Exoniensis, anno domini 1462.

Mar. 20, 1462/3. Vicesimo die mensis Marcii Marcus Husy tactis sacrosanctis euangeliis iurauit quod seruabit pacem penes Iohannem Marys alias vocatum Ryngewode, eciam sub pena xx librarum Uniuersitati effectualiter soluendarum.

Mar. 24, 1462/3. xxiiiito die mensis predicti Robertus Furbur de Oxonia comparuit coram nobis magistro Willelmo Ive commissario &c. conuentus ad instanciam magistri Henrici Gellys in causa debiti xl solidorum racione cuiusdam obligacionis confecte Thome Aleyn de Abyndone & ad magistrum Henricum predictum pertinentis iure cessionis coram nobis facte. Dictus vero Robertus fatebatur se obnoxium esse in viiis. & iiiid. de summa predicte obligacionis, quos quidem viiis. & iiiid. soluit predicto magistro Henrico coram nobis in iudicio & allegabat solucionem residui. Dixit enim quod clara sors debiti erat tantum xxvs.; & quod soluit Iohanni Frysden quem asseruit fuisse legitimum attornatum predicti Thome Aleyn & uxori eiusdem Iohannis residuum predicte summe xxv solidorum. Ad que omnia probanda habuit terminum peremptorium xviii diem Aprilis proximo iam futurum. Interim ex consensu parcium prorogatus est terminus usque ultimum diem Aprilis.

Ap. 24, 1463. xxiiiito die Aprilis Ricardus Bole de Abundone coram nobis iuratus deposuit se certam habere scienciam quod principale debitum erat solum xxvs.; unde predictus magister Henricus consensit & voluit quod si suprascriptus Robertus probet ante festum Michaelis proximo iam futurum antedictum Iohannem Frysden fuisse legitimum attornatum prefati Thome Aleyn ad recipiendum dictam pecuniam, non vexabit amplius ipsum Robertum in hac causa. Et si defecerit dictus Robertus in hac probacione sua, promisit se soluturum ad dictum festum Michaelis sepedicto magistro Henrico xvis. viiid. sine contradictione & ulteriori dilacione. Et ex consensu parcium obligacio predicta deliberata est Roberto Yseham per manus nostras.

Mar. 28, 1463. xxviiivo die eiusdem mensis[1] comparuit coram nobis commissario antedicto in collegio beate Marie Magdalene Willelmus Lyon de Oxonia ad instanciam Iohannis Ketell de eadem euocatus. Unde nos videntes neutram ipsarum parcium scolarem neque seruientem scolaris vel scolarium, iudicialiter pronunciavimus

[1] i. e. March, the preceding paragraph describing the events of April 24 being an insertion.

neutram ipsarum nobis aut iurisdiccioni nostre fuisse & esse pronunc racione personarum subditam & subiectam. Insuper dictus Willelmus ad exhibendum, prestandumve caucionem de non trahendo predictum Iohannem Ketell extra Uniuersitatem in aliqua causa infra Uniuersitatem terminabili per partem dicti Iohannis Ketell requisitus, finem litium hoc tempore affectans, omnibus accionibus infra hanc Uniuersitatem terminabilibus, si quas dictus Willelmus Lyon aduersus dictum Iohannem habeat vel habuisse repertus fuerit, sponte & voluntarie renunciavit; ac coram alio iudice quocumque nunquam predictum Iohannem in talibus accionibus vexabit aut quomodolibet vexari procurabit.

Eodem die Iohannes Hurte taylour de parochia sancti Thome Oxonie peciit securitatem pacis a Simone Cruce. Mar. 28, 1463.

xxixo die eiusdem mensis comparuerunt coram nobis commissario antedicto Iohannes Wyk' de parochia sancti Thome Oxonie ex una parte & Willelmus Hathwyke de Ensham per magistrum Iohannem Wallingforde procuratorem suum ex altera parte & compromiserunt omnes causas, lites, iniurias, acciones & contrauersias motas & pendentes indecisas, eciam quas uterque eorum aduersus alterum eorundem mouere potuit a principio mundi usque in presentem diem in Thomam Havelle pro parte dicti Iohannis & Stephanum Havelle pro parte predicti Willelmi & promiserunt ac uterque eorum promisit se stare laudo & arbitrio premissorum Thome & Stephani, si laudum tulerint ante festum Ascensionis domini proximo futurum sub pena xx librarum. Et si non contingat eos ferre laudum ad diem predictum promiserunt se sub pena predicta stare & parere sentencie Iohannis Bartone iremongar imparis in hac causa communiter electi, dum tamen ille laudum tulerit ante festum sancte Trinitatis proximo sequens; alioquin utraque pars comparebit coram nobis aut alio quocumque vices nostras gerente in crastino Trinitatis. Interim Ricardus Hethe, Iohannes Dowell & Adam Franke interuenerunt fideiussores pro predicto Iohanne Wyk' de pace seruanda penes antedictum Willelmum Hathwyke sub pena xx librarum, uterque in solidum. Mar. 29, 1463.

Ultimo die eiusdem mensis Willelmus Lyon per uxorem suam soluit coram nobis in ecclesia beate Marie Oxonie magistro Iohanni Walingforde xis. viiid. pro pensione domus sue in partem solucionis maioris summe quam Thomas Fowler debet predicto magistro Iohanni ut patet supra xviiio die Ianuarii. Mar. 31, 1463.

Eodem die Matildis Tyler de Hedyngtone pro perturbacione Mar. 31, 1463.

pacis & aliis delictis incarcerata sicut alias bis[1] abiuravit villam Oxonie, iterum abiuravit eandem & decem miliaria in circuitu & habuit diem recedendi festum Inventionis sancte Crucis proximo iam futurum, produxitque coram nobis Iohannem Bocher de parochia beate Marie Magdalene Oxonie & Iohannem Russbury glover, qui interuenerunt fideiussores pro ea quod recederet ad diem sibi assignatum, ut premittitur, nunquam reuersura ad morandum infra x miliaria ab Uniuersitate sub pena IIII librarum, & quod interim seruabit pacem penes omnes legios regis sub eadem pena.

fol. 202r = cclviiir.

Dominus Exoniensis, anno domini 1463.

Ap. 4, 1463. Quarto die Aprilis Robertus Acaster interuenit fideiussor pro Iohanne Harlewyn de XXIIs. IIIId. soluendis Nicholao Hoo ad festum sancte Trinitatis proximo futurum, sub pena XL solidorum, quorum una medietas applicabitur parti altera Uniuersitati.

Mar. 30, 1463. Comparuerunt coram nobis magistro Willelmo Ive sacre theologie professore ac domini Cancellarii Uniuersitatis Oxonie commissario generali ibidem XXXmo die mensis Marcii anno domini suprascripto Petrus Alcumlawe surgen & Cristina Stevyns filia Ricardi Stevyns de Oxonia in suburbiis eiusdem plummer; qui Petrus & Cristina coram nobis ac per nos interrogati de & super quodam contractu matrimoniali inter eos inito & perfecto, ut publice predicabat uulgus palam ac publice, in eo iudicio ac iudicialiter confessati sunt ac recognouerunt sese verum matrimonium per verba apta consensum eorum de presenti hinc inde exprimencia legittime contraxisse.

May 5, 1463. Quinto die Maii comparuit coram nobis commissario antedicto Iohannes Scherman filius Thome Scherman & constituit se soluturum magistro Iohanni Ludford in die Pentecostes vel proximum diem sequentem ad minus XXd. sub pena VIs. VIIId.

Ap. 20, 1463. XXmo die Aprilis anno domini suprascripto magister Iohannes Iones exposuit caucionem pro aula uocata uulgariter Bekes Inne.

May, 11, 1463. XImo die Maii Henricus Whigthorne comparuit coram nobis magistro W. Ive commissario generali & constituit magistrum Reginaldum Stone procuratorem suum generalem in omnibus causis secundum formam registri.

[1] In the margin in the original hand: 'supra anno domini 1453 & anno 1456 ad tale signum'.

May 13, 1463. Cancellarius natus alme Uniuersitatis Oxonie, frater Iohannes Wattes, sacre sciencie humilis professor, ordinis fratrum predicatorum, XIII die mensis May.

May 17, 1463. Decimo septimo die mensis Maii anno domini supradicto comparuerunt coram nobis cancellario nato doctore Watys Willelmus Scurvyll procurator generalis magistri Iohannis Treguron & Ricardus Saner & ibi prefatus Willelmus peciit nomine antedicti magistri XXVIs. VIIId. pro pensione unius anni cuiusdam domus a predicto Ricardo conducte, qui quidem Ricardus prestitit caucionem de iudicio sisti per quendam Ricardum Wode obligatum in summa XL solidorum, qui Ricardus Saner litem contestatus est negatiue.

May 20, 1463. Mem. quod XX die Maii probatum erat coram nobis doctore Wattys cancellario nato sacre theologie professore quod quidam fardellus erat deliberatus seruienti Iacobi Caryer per partem Willelmi Barker scolaris Oxonie mense Februarii anno domini supradicto, deliberandus Willelmo Legat in nouo hospicio Londonie.

Nicholaum Downe alias Sadeler vocatum diucius exspectatum pronunciamus contumacem, pena sue contumacie nobis reseruata usque ad horam secundam diei sequentis.

May 20, 1463. Vicesimo die mensis Maii condempnatur Iohannes Carpentour ad soluendum magistro Willelmo Pany VIIIs. infra VIII dies sub pena carceris.

May 24, 1463. XXIIIIo die Maii Robertus Gaffrey comparuit coram nobis doctore Wattys commissario generali[1] reuerendi in Cristo patris & domini, domini Georgii dei gracia Exoniensis episcopi & Uniuersitatis Oxonie cancellarii, & erat legitime condempnatus Thome Smythe in VI solidis VIIId. die Martis ante festum Pentecostes anno domini supradicto, quam summam solueret infra octo dies proximo futuros prefato Thome sub pena excommunicacionis & incarceracionis.

Dominus Exoniensis anno domini 1463.

fol. 202v = cclviiiv.

May 26, 1463. XXVI die Maii anno supradicto coram nobis doctore Wattes commissario generali Robertus Byrt scolaris Uniuersitatis Oxonie erat

[1] On May 13, 17 and 20 Wattes is described as *Cancellarius natus*; on May 22, 24 and 26 as Commissary of the Bishop of Exeter.

procurator admissus generalis & ad iurandum de calumpnia & omnia alia [faciendum][1] que exigunt speciale mandatum in quadam causa inter Robertum Buntley partem ream & Emotam famulam Iohannis Hore armigeri; ex parte mulieris erat procurator constitutus.

May 22, 1463. Mem. quod XXII° die mensis Maii anno domini supradicto coram nobis doctore Wattes, commissario generali, magister I. Stokys arcium magister ac in decretis baccallarius recognouit quandam personam Willelmum Wykam, ipso presente, de parochia sancti Petri de Oxonia in oriente in suum seruicium pro anno a data presencium inchoante pro tali stipendio viz. VIS. VIII*d*. & liberatura sibi competente; hiis testibus, magistro Raginaldo Stone utriusque iuris bacallario, Iohanne Werys, Matheo Karew.

May 25, 1463. XXV° die mensis Maii anno domini supradicto banniti sunt ab Uniuersitate & eius procinctu dominus Galfridus Pyper & Ricardus Flecher propter diuersas offensas & contumacias suas & eodem die denunciati pro bannitis publice in quadriuio.

May 27, 1463. XXVII° die Maii Ricardus Spragot & Olyuerus Urry fideiusserunt & se ipsos coniunctim & diuisim obligauerunt pro Thoma Smyth de Buknell sub pena XL librarum de non trahendo aliquam materiam ad extra contra Iohannem Blake vestiment maker & precipue pro quodam scripto obligatorio cuius summa est XII librarum.

May 2, 1463. Secundo die Maii Robertus Beste ad instanciam Agnetis Baylymason citatus libellum recepit litemque contestatus est, & recepit predicta Agnes Baylymason [terminum][2] ad primo probandum & producendum. Termino probacionis aduenient probavit predicta mulier per quinque testes ut postmodum per deposiciones liquet eorundem.[3]

Sciant presentes & futuri quod ego Iohannes Baylymason de Oxonia brewer dedi, concessi & hac presenti carta mea confirmaui Iohanni Lawrens de eadem wever omnia bona & catalla mea mobilia & immobilia tam viva quam mortua cuiuscumque generis & ubicumque fuerint inventa, ita quod nec ego predictus Iohannes Baylymason nec executores mei nec aliquis nomine meo aliquod

[1] In MS. is indistinct; possibly the reading is 'facere incipiendum'.
[2] Not in MS.
[3] The scribe only gives part of the depositions of one witness; see below.

ius seu clameum in predictis bonis & catallis seu in aliqua parcella earundem de cetero exigere vel vendicare poterimus in futuro sed ab omni accione inde simus exclusi in perpetuum. In cuius rei testimonium sigillum meum apposui. Dat' apud Oxoniam septimo die mensis Octobris, anno regni regis Henrici sexti post conquestum tricesimo octauo.[1]

June 20, 1463. XX^mo die mensis Iunii anno domini MCCCCLXIII probatum fuit coram nobis Thoma Chaundeler testamentum Willelmi Raa & commissa est administracio eiusdem uxori supradicti Willelmi in forma iuris iurate, que ab ulteriori computo dimissa est saluo iure cuiuscumque. Nota quod quia alius executor positus in testamento noluit ministracionem assumere, uxor prefat*a* testamentum in manibus non habens literam administracionis procuravit.[2]

fol. 203r = cclixr. May 2, 1463. Primus testis, Rycardus Kent iuratus dicit quod vidit in opella cuiusdam Lokke gurdeler Londonie in festo Omnium Sanctorum a baselerd harnest, a maser, item zonam argenteam; et idem Lokk dixit se emisse predicta a Roberto Beste pro XLIIS.; et interrogavit dictum Rycardum Kent an vellet emere ea; & promisit, si vellet dare sibi unum nobile plusquam ipse soluit, ipse haberet; et postea dictus Lokke dixit se vendidisse argentum dicti Baselard uni aurifabro.

Thomas Chaundeler.

June 7, 1463. VII° die mensis Iunii anno domini MCCCCLXIII comparuerunt coram nobis commissario generali Uniuersitatis Oxonie Iohannes Low de Oxonia taylor & Ranulfus Byschop de eadem taylour; ac insuper iuramento & fide mediis promiserunt ac eciam uterque ipsorum promisit per se & in solidum sistere coram nobis secundum exigenciam iuris & statutorum nostrorum Iohannem Blake de Oxonia vestmentmaker sub pena viginti librarum anglicane monete, responsurum parti Thome Smythe de Bucnell, Lincolniensis diocesis, in certis articulis & querelis quas pars dicti Thome intendit proponere contra prefatum Iohannem, quandocumque & quocienscumque per partem dicti Thome fuerint ad hoc interpellati seu alter ipsorum fuerit interpellatus uel requisitus.

June 30, 1463. Ultimo die Iunii anno supradicto magister Iohannes Wymarke probauit iuramento suo coram nobis quod Willelmus Aber de

[1] Probably this deed was connected with the lawsuit of Agnes Baylymason.
[2] This entry is in another hand and is out of place. The entry which follows belongs to the lawsuit of Robert Beste and Agnes Baylymason.

parochia beate Marie Magdalene in suburbio Oxonie est realiter seruiens eiusdem magistri & de roba sua.

July 2, 1463. Secundo die Iulii anno supradicto comparuit coram nobis Iohannes Sendal de Sowthhamptone, bowyer, qui pure, sponte, & absolute in presencia magistri Walteri Hylle alterius procurator*um* Oxonie cessit[1] & dedit accionem suam quam habuit contra Thomam Boxwel de Oxonia, bowyer, virtute cuiusdam contractus empcionis & vendicionis arcuum, extendentem se ad summam centum solidorum, ut plene patet in quodam scripto obligatorio inde confecto, cuius data est 3° die Nouembris anno regni regis Edwardi IIII^ti^ secundo, magistro Henrico Gellys, magistro Ricardo Lancastre & Thome Gellys ad exhibiciones suas in Uniuersitate Oxonie.

July 9, 1463. IX° die Iulii anno suprascripto condempnati sunt Wyllelmus Blacborne & [*blank*] Hunche balliui ville Oxonie magistro Henrico Sampson preposito collegii regalis in Oxonia & sociis eiusdem collegii pro quodam annuali redditu XXIII librarum & V denariorum per balliuos dicte ville Oxonie preposito & sociis antedicti collegii singulis annis debito & solui consueto, in summa quatuordecim librarum, trium solidorum, undecim denariorum & oboli, videlicet de arreragiis anni preteriti in quinquaginta tribus solidis & novem denariis, et pro medietate istius anni ad festum Annunciacionis dominice proximo preterite terminata in undecim libris, decem solidis, duobus denariis & obolo, soluendis predictis preposito & sociis aut eorum certo attornato infra octo dies immediate exnunc sequentes sub pena suspensionis. Acta sunt hec coram nobis Thoma Chaundeler, reuerendissimi in Cristo patris & domini, domini Georgii Exoniensis episcopi in Uniuersitate Oxonie commissario generali die & anno supradictis.

fol. 203^v^ = cclix^v^. July 10, 1463. X° die Iulii anno domini MCCCCLXIII° conuictus est de perturbacione pacis Harolde de aula sancti Edwardi quia extraxit unum daggarium X° die Iulii; ideo incarceratus est [& invenit securitatem pro pena conviccionis I. Smyth skynner[2] & Ricardum Wordon taylour soluenda in festo sancti Michaelis proximo futuro].[3]

Item eodem die sacerdos vocatus dominus [*blank*] Aber de eadem aula conuictus est de lacione archus; qui vocatus non comparuit.

[1] This is described by Anstey as the 'withdrawing of a suit'. It is the transference of a suit to three clerks that they might recover the debt for their own maintenance.

[2] skuynner, MS.

[3] The words in brackets have been crossed out and 'et soluit IIIIs.' written above. In the margin 'IIIIs. in manibus T. Chaundeler'.

July 8, 1463. Mem. quod anno domini MCCCCLXIII, octauo decimo die mensis Iulii comparuerunt coram nobis magistri Ioannes Arundell & Ioannes Warde arbitri electi ad terminandum et finiendum in omni materia litis, disturbii, contrauersie seu cuiuscumque accionis mote inter magistros Nicholaum Gosse & Walterum Kyngdone a die natiuitatis eorum usque in presentem diem; et primo certificantes nos huiusmodi materiam litis, disturbii, contrauersie seu cuiuscumque alterius accionis esse inter eosdem magistros totaliter sopitam sic quod predictus magister Nicholaus Gosse soluat vel solui faciat magistro Waltero Kyngdon XL solidos in festo sancti Petri ad Vincula iam proximo futuro uel in proximo die sequente, laudum dederunt sub forma predicta ita quod mutue[1] acquietancie fiant inter eosdem, si requisite fuerint, sub pena X librarum per contravenientem soluendarum, quarum X librarum centum solidi sint in usus collegii Exoniensis conuertendi.

Coram doctore Husband.

July 22, 1463. XXII die mensis Iulii anno domini suprascripto coram doctore Husband commissario comparuit Thomas Alyn ad instanciam Roberti Furbour ad respondendum certis positionibus super dicenda veritate in quadam causa pe*cunie* inter eundem Robertum & magistrum Henricum Gellys a diu pendente indecisa, videlicet utrum dictus Thomas Alyn ordinavit seu constituit nomine suo quendam Iohannem Frisden suum atturnatum siue procuratorem ad exigendum ab eodem Roberto Furbour certam summam pecunie in qua nuper dictus Robertus prefato Thome per quoddam scriptum obligatorium erat obligatus, ac utrum dictus Thomas Alyn tradidit & deliberauit predictum scriptum obligatorium antedicto Iohanni Fresden ea intentione & animo ut reciperet ab eodem Furbour sepedictam pecuniam in toto seu in aliqua eius parte. Item an nouit deponere de aliqua parte pecunie predicte soluta nomine suo predicto Fresden ab eodem Roberto Furbour, maxime de VIII solidis ac de X solidis ut dicitur solutis per prefatum Robertum eidem Fresden. Partibus ut premittitur comparentibus prefatus Thomas Alyn negavit se tradidisse seu deliberasse predicto Iohanni huiusmodi scriptum obligatorium, ymmo solum idem scriptum eidem Iohanni insinuauit,[2] exponendo ipsum voluisse dictum Iohannem Fresden prosequi accionem suam pretextu premissorum contra & aduersus predictum Robertum; item fatetur quod dictus Iohannes Fresden recepit de summa pecunie in dicto obligatorio scripto contenta, in parte solucionis

[1] mitue, MS.

[2] Entrusted it to the said John.

tocius, VIII solidos. Commissarius vero predictus ex causis motum animi sui concernentibus assignavit prefato Thome Alyn terminum viz. XXII diem mensis Septembris ex consensu parcium ad comparendum coram ipso seu quocumque alio commissario pro tempore ad respondendum certis positionibus super premissis & aliis premissa qualitercumque contingentibus & decrevit prefatum Henricum citandum in dicto negocio, anno & loco antedictis, propositurum & allegaturum & recepturum in premissis quod iuris fuerit & racionis.[1]

fol. 204r = cclxr. July 29, 1463.

XXIX die mensis Iulii in quadam causa appellacionis inter Iohannem Scherman iun. partem appellantem ex una parte & Iohannem Marcham partem appellatam ex altera, die XXVIII dicti mensis interposita, a quadam sentencia diffinitiua super precio cuiusdam brasii ac inhabilitate eiusdem per doctorem Pees delegatum ut asseritur promulgata, partes vero predicte iudicialiter coram dicto commissario,[2] in alto & basso super omnibus & singulis premissis sub pena XX librarum in arbitros infrascriptos[3] compromiserunt usque ad XI diem mensis Augusti inclusiue. Et si contingat huiusmodi arbitros seu compromissarios in unam partem laudi non conuenire, extunc utraque pars predicta tam appellans quam appellata coram domino Cancellario seu eius commissario compareat in XII die mensis predicti causam appellacionis predicte prosecutur*a*, ex consensu utriusque predictarum per unum diem tantum post festum predictum durature. Item dicta pars appellans exhibuit Iohannem Sherman sen. suum in hac parte fideiussorem de iudicio sisti in dicta causa appellacionis ad singulos actus iudiciales maxime in tempore sentencie in dicta causa appellacionis ferende sub pena predicta. Dicto[4] die XI vero mensis Augusti adueniente pars appellans & appellata predicte coram predicto commissario comparentes allegarunt quod antedicti arbitri in unam sentenciam sive laudum conuenire non valuerunt. Insuper extunc partes sepedicte Ricardum Spragot tanquam imparem seu indifferentem arbitrum in dicta causa cum pendentibus ab eadem ut premittitur eligerunt usque in penultimum diem dicti mensis inclusiue sub pena XII librarum; & si contingat dictum Spragot citra ultimum diem predictum dictam causam cum pendentibus ut prefertur non terminare, extunc utraque pars predicta compareat in crastino die sequente appellacionem predictam prosecutura. Insuper Iohannes Scherman exhibuit Thomam Sherman, & Marcam exhibuit Iohannem Smyth fideiussores ad premissa per illos perimplenda sub pena predicta.

[1] See above 201v.

[2] Probably 'comparentes' is accidentally omitted.

[3] The names are not given.

[4] From this point the entry is a subsequent addition and written very small.

Ultimo die mensis predicti[1] coram dicto commissario in quadam causa violacionis apprehenciatus certorum annorum quibus tenebatur ut asseritur Iohannes Thomsyn, serviens nunc abbatis de Oseney, cuidam [*blank*] de Couentrey, dictus vero Iohannes & Ricardus Cokes procurator partis actricis predicte super dicto negocio inter ipsos indeciso pendente in alto & basso in Iohannem Bustard, Iohannem Smyth, Andrew Whem & Iohannem Adam sub pena XX librarum &c. compromiserunt; & si contingat dictos arbitros dictum negocium ante festum Assumpcionis gloriose virginis non determinasse quod extunc in proximo die sequenti utraque pars predicta coram domino Cancellario seu eius commissario personaliter se sistet in iudicio.[2] Extunc scilicet secundo die mensis Augusti Iohannes Marten fideiussor dicti Iohannis Thomsyn ad satisfaciendum laudo & arbitramento dictorum arbitrorum pro eodem Iohanne Thomsyn ac ad fideliter ipsum sistendum in iudicio usque ad finem cause predicte inclusiue super pena predicta, ex timore fuge ac aliis causis eum probabiliter mouentibus coram dicto commissario prefatum Iohannem Thomsyn iudicialiter exhibuit & peciit se a predicta fideiussione seu obligacione occasione predicta qualitercumque contingente dimitti ac exonerari. Unde iudex predictus facta fide que requiritur in hac parte prefatum Marten a predicta fideiussione dimisit & exonerauit. Deinde prefatum Iohannem Thoemsyn [*sic*] usque caucionem sufficientem parti predicte Ricardi Cokes incarcerandum decrevit & de facto incarcerauit. July 31, 1463.

Secundo die mensis Augusti coram dicto commissario Iohannes Harwyn confessus est se debere Iohanni Ketel de Oxonia XLs.; in qua quidem summa ut prefertur confessata iudex antedictus eundem Iohannem Harwyn predicto Iohanni Ketel soluendam[3] iudicialiter condempnauit, ac extunc assignauit eidem Harwyn | infrascriptos terminos ad parendum rebus, ut premittitur, iudicatis, viz. festum Natalis domini & Pasche per equales porciones; insuper salua accione competenti predicto Iohanni Ketell super dictis XLs. occasione sentencie predicte, utraque pars iudicialiter renunciauit ac resignauit omnes & singulas acciones personales & reales, sectas seu demandas ac querelas quas altera utra pars predicta aduersus alteram a diebus nativita*tum* earundem Aug. 2, 1463. fol. 204v = cclxv.

[1] 'Iulii' has been added above the line.

[2] The entry as far as this word has been crossed through.

[3] As though *ad quam summam* had gone before.

quouis quesito [colore][1] habuit sive habere poterat usque in diem presentem.

Aug. 2, 1463. Eodem die Robertus Huchyn mercator omne ius accionis cuiuscumque quod seu quam habuit aduersus Cristoforum Dorcett pro summa IX librarum eidem Roberto a predicto Cristoforo ut asseritur ex causa empcionis certorum pannorum debita[2] dedit ac cessit Willelmo Marten scolari in puram elemosinam. Prefatus vero Willelmus Marten ad prosequendum predictam accionem, ut prefertur sibi cessam, contra predictum Cristoforum constituit infrascriptos suos procuratores m*agistros* Reginaldum Stone & Iohannem Wallyngford, dans & concedens eisdem procuratoribus & eorum utrilibet potestatem in solidum cum clausulis consuetis ad[3] tractand*um* si necesse fuerit.

Aug. 2, 1463. Eodem die Georgius scolaris procurator uxoris nuper Baylymason & Cudworth pelliparius super quodam instrumento ferreo, Anglice hanfild,[4] compromiserunt sub pena [*blank*] in quendam Nicholaum Croke & Iohannem Ketel usque ad festum sancti Dionisii; alioquin utraque pars comparebit ex decreto commissarii in crastino die sequente dictum festum coram domino cancellario.

Aug. 2, 1463. Eodem die Willelmus Lyon soluit magistro Iohanni Wallyngford pro pensione domus quam inhabitat [*blank*] in partem maioris summe quam Thomas Fuller debet predicto Iohanni ut patet supra scriptum mensis Ianuarii die XVIII.

Coram doctore Husband.

Aug. 2, 1463. Eodem die conuictus erat Thomas Edis super congregacione scolarium causa mali perpetrandi in villa de Watley & deliberauit procuratori australi armicudium suum; pro cuius quidem Thome multa, occasione predicta, eiusdem Thome curator, viz. magister Godil, fideiussit iuxta limitacionem & arbitrium magistri Thome Chaundeler commissarii,[5] et de exhibendo arcum & sagittas dicti Thome Edis in eodem die conuic*ti* predic*ti*.[6]

Coram doctore Husband.

Aug. 2, 1463. Item eodem [die][7] conuictus erat Lampray super percussione cum pugno; pro cuius multa soluenda interuenit Ricardus Skinner iuxta Smythgat & [*blank*] Marchal.[8]

[1] Not in MS. [2] debite, MS. [3] ac, MS. [4] i. e. anvil. [5] In the margin 'soluit XX*s*., in manibus T. C.' [6] 'quas nondum exhibuit ut promisit' is added in small writing. In the margin is 'procurator australis recepit archum cum VI sagittis'. [7] Not in MS. [8] In the margin 'IIII*s*., non sol.'

Coram doctore Husband.

Aug. 2, 1463. Eodem die conuictus erat Miller super percusso cum pugno; soluit II*s*.; habet terminum soluendi XII*d*. in [die XI predicti mensis][1]; item ianitor Bocardo interuenit pro aliis XII*d*.

Coram doctore Husband.

Aug. 3, 1463. Tercio die dicti mensis conuictus erat Thomas Laures super delacione armorum, et exhibuit magistrum Bonefont fideiussorem pro XVI*d*. soluendis Uniuersitati & procuratoribus.[2]

Aug. 1, 1463. Comparuerunt coram dicto commissario primo die Augusti magister Kingdon nomine proprio & magister Nicholaus Stanbyry nomine magistri Nicholai Gosse ad faciendum dicto magistro Kingdon certas aquietancias ut sequitur inferius. Prestito prius per eundem Stanbury iuramento se ad infrascripta per dictum magistrum Gosse legitime constitutum & quod dictus magister Gosse ratum habebit omnia que faciet dictus Stanbury nomine ipsius in hac parte, deinde solutis per eundem magistrum Stanbury certis pecuniis prefato Kingdon pro certa iniuria illata predicto Kingdon ab eodem Nicholao Gosse, uterque magistrorum predictorum viz. magister Kingdon nomine proprio remisit dicto magistro Gosse & dictus magister Stanbury nomine dicti magistri Gosse remisit eidem Kingdon omnes acciones que alicui eorum aduersus alterum a nativitatibus eorum competere potuerunt usque ad diem presencium.

fol. 205r = cclxir. July 31, 1463. Ultimo die mensis Iulii coram dicto commissario Willelmus Hadesley skynner confessus erat se debere magistro Iohanni Goboghe XXX*s*. Extunc dictus Willelmus Hadesley reconveniendo prefatum magistrum Iohannem peciit ab eodem nomine uxoris sue unam zonam rubeam argenteam & certos anulos 3 vel 4^{or}; ad quod prefatus magister respondit quod dictam zonam & certos anulos recepit in pignus[3] VI s*olidorum*, quos mutuauit uxori dicti Willelmi per manus unius iuvenis. Consequenter iudex antedictus ex consensu parcium continuavit causam in eodem statu in crastinum sancti Dionisii.

Aug. 4, 1463. Quarto die mensis Augusti Willelmus Marten scolaris & Iohannes Ketil nomine Cristofori Dorcet seruientis sui super quadam pec*unia*, IX li*bris*, compromiserunt in m*agistros* Warde & Iohan-

[1] dicto XI predicto, MS. [2] The VIII*d*. due to the Chancellor was no doubt paid on the spot. [3] pugnus, MS.

nem Trestrop, Iohannem Smyth skynner & Iohannem Bertone hyremongler [*sic*] tanquam in arbitros, arbitratores seu amicabiles compositores usque ad festum Natiuitatis beate Marie, prouiso quod si dicti arbitri ante crastinum diem festi predicti in unam sentenciam non conueniant, extunc doctor Walton communiter ac indifferenter ab utraque parte predicta electus dictam causam citra crastinum diem sancti Dionisii inter eosdem terminabit; alioquin utraque pars predicta videlicet Willelmus & Cristoforus in dicto crastino die festi predicti coram domino Cancellario seu eius commissario super dicta causa comparebunt.[1] Ad dictum uero laudum seu arbitrium in euentu temporis per dictos arbitros seu imparem antedictum in dicta causa latum per prefatum Cristoforum fideliter perimplendum dictus Iohannes Ketil fideiussit sub pena XII librarum. Dictus vero Willelmus seu verius *magistri* Reginaldus Stone & Iohannes Wallynford procuratores dicti Willelmi ad laudum seu arbitrium ex parte ipsius Willelmi obseruandum sub simili pena ut prefertur se obligarunt. Et si contingat per dictos arbitros seu imparem huiusmodi citra crastinum diem festi predicti causam antedictam non posse decidi seu determinari, quod extunc in eodem crastino diei[2] predicti utraque pars tam Cristoforus quam Willelmus sepedicti coram dicto Cancellario seu eius commissario comparebunt ex decreto commissarii predicti. Insuper dictus Iohannes Ketil fideiussit de iudicio sisti pro eodem Cristoforo usque ad festum sancti Martini proximo futuri.

Coram doctore Husband.

Aug. 8, 1463. Octauo die [mensis][3] predicti conuictus fuit famulus doctoris King fratris predicatorum ordinis super percussione cum pugno. Borialis[4] recepit nomine conuiccionis sue huiusmodi IIS. VIII*d.*

Coram doctore Husband.

Aug. 10, 1463. Decimo die mensis predicti conuictus fuit Arturus pro dilacione [*sic*] armorum. Borialis procurator recepit ab eodem cauc*ionem* pignoriciam pro conuiccione sua, scilicet IIS.; dictus vero procurator accepit ab eodem Arturo unum genus armorum.[5]

Aug. 10, 1463. Eodem die uxor Watte su*m*ler parochie sancti Edwardi Oxonie propter adulterium & alias certas causas animum commissarii mouentes Uniuersitatem abiuravit, donec Cancellarius duxerit secum super hoc dispensandum.

[1] comparebut, MS. [2] dicti, MS. [3] dicti, MS. [4] *supply* procurator. [5] In the margin 'IIS. VIII*d.*'

Eodem die vero Agnes Streyng*er* alias Leffe abiurauit ut supra, excepto quod[1] possit in feria quarta & sabbato cuiuscumque ebdomate [*sic*] libere ut advena ingredi forum causa vendendi seu emendi &c.

Doctor Husband.

fol. 205v = cclxiv.

Aug. 19, 1463. XIX die mensis Augusti in quadam causa locacionis & conduccionis cuiusdam equi, quem quidam dominus Iohannes Smith capellanus dicitur abstulisse, coram doctore Husbond per viam arbitrii seu amicabilis composicionis a diu pendente indecisa, in quem Willelmus Dier & Lews in alto & basso se in dicta causa submiserunt ac ad parendum laudo & arbitrio huiusmodi per ipsum qualitercumque ferendum utraque pars predicta sub pena XL solidorum se pariturum promiserunt, dictus vero doctor arbiter, ut premittitur, causa predicta plene intellecta laudauit & arbitratus est dictum Lews ad soluendum in plenam satisfaccionem occasione predicta dicto Willelmo ad duos anni terminos viz. in festo Natiuitatis domini XVIII denarios & alios XVIII*d.* in festo Pasche proximo sequente absque ulteriore dilacione & dictus Lews ad premissa ut prefertur per eum perimplenda inuenit Geffrey Iones in fideiussorem.

Coram doctore Husband.

Eodem [die][2] vero conuictus erat magister Wilton super delacione arcus causa sagittandi quendam Wakteken sergiant.

Aug. 8, 1463. Mem. quod octauo die mensis predicti Iohannes Lowe patymaker iuxta suam confessionem condempnatus erat per dictum commissarium Willelmo Scursille in XIIIS. IIII*d.*, pro quibus fideliter soluendis eidem Willelmo die Mercurii ad VIII dies sequentes exposuit quinque coclearia & XI*d.* in supplementum caucionis antedicte, ex eo quod dicta coclearia non plene equivalebant XIIIS. IIII*d.*; & fecit pactum dictus Iohannes quod si dicta coclearia non redimantur in dicto termino quod extunc cancellarius deliberet eadem predicto Willelmo pro summa precii predicti.

Aug. 19, 1463. Nonodecimo die mensis Augusti coram doctore Husbond commissario Thomas Dalton & Tibot Coke procuratores artis cocorum Uniuersitatis Oxonie nomine procuratorio dictorum cocorum seu saltem nomine maioris partis eorundem in quadam causa subtraccionis invencionis quorundum cereorum vulgariter vocatorum

[1] excepto in quod, MS. Wednesday and Saturday were, and still are, the market days of Oxford. [2] Not in MS.

Coke-lyght in ecclesia beate Marie virginis Oxonie situat', necnon subtraccionis seu violacionis cuiusdam laudabilis consuetudinis in contribuendo ad quandam refeccionem consuetam in die equitature cocorum annuatim semel in mense Maii, contra & aduersus Iohannem Coke de domo sancti Iohannis extra portam orientalem Oxonie.[1] Partibus vero predictis iudicialiter comparentibus dictus Iohannes confessus fuit se teneri ad contribucionem cereorum dictorum ut moris supra dicitur; sed nullatenus se teneri ad refeccionis predicte contribucionem. Unde iudex predictus assignauit terminum octo dierum predictis procuratoribus ad probandum intencionem[2] ipsorum super premissis per dictum[3] Iohannem ut premittitur negatis; quo quidem die adueniente procuratoribus predictis nomine quo supra comparentibus, dicto Iohanne contumaciter absente, ipsius accusarunt contumaciam, & in penam ipsius contumacie pecierunt se admitti ad suam probacionem super premissis. Et testes adtunc produxerunt quorum nomina sequuntur.

Robertus Coke de aula Hampton primus testis productus in causa premissa iuratus, legitime etatis, bone fame & opinionis illese ut dicit, per iudicem interrogatus deposuit huiusmodi refeccionem
fol. 206r = cclxiir. cocorum fuisse & esse consuetam annuatim semel in mense | Maii & quod omnes coci tam collegiati quam aulares Uniuersitatis Oxonie solebant contribuere ad hanc refeccionem in mense Maii ut predicitur consuetam, excepto dicto Iohanne Coke, qui tempore suo contribuere recusauit. Item interrogatus per iudicem qualiter sciuit huiusmodi refeccionem esse tempore predicto consuetam dixit quod fuit cocus in Uniuersitate Oxonie per sex annos & interfuit huiusmodi refeccionibus & vidit ita factum. Item dicebat quod omnes coci collegiati solebant annuatim constituere unum procuratorem & omnes coci aulares alium pro contribucionibus cereorum dictorum & dicte refeccionis colligendis; item interrogatus de fama, dicit quod super premissis in Uniuersitate Oxonie laborant publica vox & fama; et dicit quod nec prece nec precio est corruptus, nec curat de victoria dummodo iusticia habeatur.

Stephanus Coke de aula Vinea secundus testis in dicta causa productus & iuratus bone fame &c. concordat cum preconteste[4] in omnibus & dicit quod vidit ita factum per XX annos.

Walterus Coke tercius testis productus & iuratus ut supra concordat cum duobus primis in omnibus & dicit quod vidit ita factum per XII annos; nec prece, nec precio &c.

[1] The Hospital of St. John had ceased to exist in 1458, but the old name was still used (*Cart. Hosp. St. John*, vol. iii, p. li).

[2] Not *invencionem*, as in Anstey.

[3] Not *dominum* as in Anstey.

[4] The word is clear. It is not *precedente teste* as in Anstey.

Iohannes Coke de Brassenas[1] quartus testis productus & iuratus ut supra idem deposuit quoad contribucionem refeccionis & quoad famam; & dicit quod vidit ita factum per VII annos; & dicit quod uno anno fuit procurator & huiusmodi contribuciones collegebat [*sic*]; nec prece nec precio est corruptus, nec curat de victoria &c.

Vicesimo secundo die mensis antedicti Willelmus Salmon scriba communis Oxonie canonice cum sufficienti numero compurgatorum vicinorum suorum in ecclesia beate Marie virginis Oxonie ex decreto cancellarii seu verius eius commissarii generalis super eo videlicet quod ab emulis ipsius & iniquitatis filiis quorum nomina ignorantur extiterat in villa Oxonie antedicta diffamatus quod cuidam veteri sigillo domini nostri regis Edwardi per glutimen[2] seu alio illicito exquesito colore nouam scripturam subdole & nequiter supposuisset seu huiusmodi facto nephario opem, consilium seu favorem adhibuisset, factis publicis proclamacionibus ac monicionibus in dicta ecclesia beate Marie in ecclesia[3] & aliis ecclesiis & locis circumvicinis quod omnes & singuli volentes eius purgacionem impugnare legitime compareant, & aliis in hac parte fieri consuetis prehabitis, se purgauit. **Aug. 22, 1463.**

XVIII die mensis commissarius decreuit Betty nunc incarceratum de sistendo[4] ibidem, ad instanciam Ricardi Bonycham pro toga & armicudio, item ad instanciam Philippi Marchal pro equo & sella, item ad instanciam Iohannis Harry & Willelmi Barbour pro summa quinque marcarum quam contra eundem movere intendunt, donec caucionem sufficientem exponat pro se de fideliter iudicio sisti pretextu premissorum. **Aug. 18, 1463.**

Mariota Twyford conuicta est super perturbacione & specialiter cum percussione cultelli in Agnetem Iamys usque ad sanguinis effusionem.[5]

Mulcaster.

206v = cclxiiv.

XXV die mensis predicti scilicet Augusti, Iohannes Harry scissor statim cum percusserat cum quodam paruo cultello in quendam [*blank*], fugiens in aulam Late Porte parochie Omnium Sanctorum Oxonie causa emunitatis consequende ibidem, que quidem aula pertinet ad ius & proprietatem hospitalis seu domus sancti Iohannis Baptiste extra portam orientalem Oxonie predicte, unde **Aug. 25, 1463.**

[1] Not *Brassenos*.

[2] Not *glutinem*, as in Anstey.

[3] Perhaps means 'in church time'.

[4] 'decreed that he should remain there, until &c.'

[5] In the margin 'inquiratur'.

dicta aula dinoscitur habere ius defendendi quemcumque ad eam gracia emunitatis consequende fugientem, magister Walterus Hil australis procurator Uniuersitatis Oxonie antedicte, velut huiusmodi privilegii emunitatis predicte aule ab antiquo a Romanis pontificibus concessi inscius & ignarus, prefatum Iohannem Harry licet invitum, reclamantem, & publice ibidem protestantem se predicte emunitati nolle qualitercumque renunciare sed ymmo eidem omnino velle adherere, ab eadem aula in publicam custodiam abstrahendo induxit, protestando tamen expresso quod si posset in eventu de huiusmodi privilegio emunitatis predicte sibi apparere & aliquod dampnum corporale occasione dicte percussionis dicto Iohanni posse verisimiliter contingere, extunc quam cito commode posset eundem Iohannem ad predictam aulam occasione premissa reinducet. Consequenter coram commissario Uniuersitatis predicte facta fide quod huiusmodi percussio antedicta non ad mortem nec alicuius membri mutilacionem dicti pacientis tendens ymmo quod leuis & modica extiterat, Thomas Tailour parochie predicte pro dicto Iohanne fideiussit tantum ut infra sequitur, videlicet de satisfaciendo Uniuersitati predicte xs. pro dicta percussione soluendos in festo Natalis domini & Pasche per equales porciones; item quod predictus Iohannes Harry reddet se paratum ad respondendum cuidam Grostone alias Crostone scissori Oxonie predicte secundum iuris exigenciam in omnibus accionibus suis personam & res suas concernentibus quas contra predictum Iohannem Harry dictus Grostone alias Crostone mouere & prosequi intendit. Ex post facto vero prefatus Iohannes Harri personaliter existens in collegio sancte Marie Oxonie antedicte, timens mortem occasione percussionis sepedicte sibi ex verisimili iminere, a predicto magistro Waltero Hil procuratore ut prefertur peciit instanter emunitatem virtute priuilegii predicte aule concessam sibi restitui cum effectu. Predictus igitur procurator de dicto priuilegio per custodem[1] dicte domus & alios fidedignos interim plenius instructus, volens libertatem dicte domus sancti Iohannis cum suis locis coadherentibus seruare illesam, antedictum Iohannem in dictam aulam pro emunitate sua secundum omnem iuris effectum reinduxit.[2]

Agnes Herford & Alicia Staynor conuicte sunt super perturbacione pacis usque ad sanguinis effusionem in Mariotam Twyford.[3]

[1] St. John's Hospital ceased to exist in 1458, and there was no 'warden' at this time.

[2] For this entry and the amount of credence that may be given to it see *Cart. Hosp. St. John*, vol. ii, p. 2, and vol. iii, p. xliv.

[3] In the margin *inquiratur*.

Mulcastre.

fol. 207r =cclxiiir.

Mem. quod Iohannes Harry bidellus nomine & ad instanciam magistri Willelmi Whitwey pro redditu cuiusdam sui tenementi Oxonie situati a retro in xxvs., quod quidem tenementum quidam Iohannes Withyk tenet videlicet in suburbio Oxonie predicte, distrixit super dictum tenementum ibidem inuentum quendam equum cuiusdam Thome Hancok; et quia iuxta laudabilem consuetudinem regni Anglie a diu dictus Thomas Hancok equum suum predictum occasione premissa redimere neglexit & negligit, requisitus per partem magistri Whitwey in presenti, unde verisimile existit quod dictus equus fame ob defectum pabuli in stabulo periret; quare predictus magister Willelmus de premissis coram commissario Oxonie facta fide peciit sibi de remedio oportuno prouideri; cancellarius seu commissarius predictus ne dictus equus fame pereat, ut prefertur, indulsit predicto magistro Willelmo ut uteretur dicto equo a die presencium videlicet xxviii die mensis Augusti vicibus continuis seu interpellatis, sic quod ipse soluat tantum pro pabulo & aliis interim currentibus expensis circa eundem equum. Aug. 28, 1463.

Vicesimo tercio coram dicto Commissario magister Nicholaus Kempston renunciavit magistro Willelmo Phelipps omnibus & singulis accionibus & querelis quas contra eundem a primo die nativitatis ipsius quouismodo habere potuisset usque in diem renunciacionis huiusmodi presentis, & ad dictam renunciacionem corroborandam & emologandam iuramentum prestitit corporale magister Nicolaus prefatus. Aug. 23, 1463.

Magister Thomas Gottysforde exhibuit fideiussores pro aula sancti Laurencii, aula Plummer & orto annexo aule sancti Laurencii & aula sancti Petri Ricardum Stacy, Radulfum Tayler. [c. Sept. 10, 1463.]

Doctor Halle exhibuit fideiussores pro aula sancti Wulstani Robertum Stubber & Ricardum Hethe.

Magister Thomas Raynold exhibuit fideiussores pro aula Bouina Robertum Stubber & Ricardum Hethe.

Magister Iohannes Arundelle exibuit fideiussores pro aula Nigra Ricardum Bostard & Willelmum Haddysley.

Magister Iohannes Ioes exhibuit fideiussores pro aula vulgariter nuncupata Groue Hall Iohannem Good glasyer & Nicholaum Wynmorley.

Mem. quod magister Thomas Chalke decretorum doctor constituit procuratores suos ad agendum & defendendum & ad leuan-

dum debita sua & cetera facienda &c. magistrum Iohannem Walyngford & magistrum Dyer.

Sept. 20, 1463. Magister Philippus Bergeveny exhibuit caucionem pro aula vulgariter nuncupata Lityll Bedyll halle in vico Pennyvirthynstret nomine proprio in vigilia sancti Mathei anno domini MCCCCLXIII et exhibuit fideiussores Robertum Fyschere et Matheum Dymmok.

207v = cclxiiiv.

Coram Monkaster.

Robertus Smythe de parochia sancte Marie Magdalene convictus est de perturbacione pacis usque ad sanguinis effusionem.[1]

Sept. 22, 1463. XXII die mensis Septembris Ricardus Holcot generosus de comitatu Barchshyre constituit magistrum Iohannem Fyȝht-Robert in suum procuratorem generalem in omnibus causis motis vel mouendis, tractandis infra precinctum Uniuersitatis Oxonie coram quibuscumque iudicibus secularibus vel temporalibus [*sic*].

Sept. 23, 1463. XXIII die mensis Septembris comparuit coram nobis Robertus Frobeour in Oxonia et exhibuit Nicholaum Crok testem de & super solutione cuiusdam summe pecunie olim debite Thome Aleyn de Abyndone; qui quidem testis iuramento deposuit se audisse Iohannem Frisdene dixisse se dehonerasse dictum Robertum Frobeour de XIIIs. IIIId., qui XIIIs. IIIId. sunt aliqua pars integre summe olim debite dicto Thome Aleyn. Interrogatus de loco ubi audiuit Iohannem Frysdene dixisse se dehonorasse [*sic*] Robertum Frobour de XIIIs. IIIId. respondit quod in loco domini Cancellarii de antiquo dicto le More. Insuper idem Nicholaus Crok deposuit dictum Iohannem Frisdone dedisse eidem Nicholao signum quoddam deliberandum uxori dicti Iohannis Frisdone in testimonium quod uxor Iohannis Fyrsdone [*sic*] confiteretur se ipsam recepisse de dicto Roberto Frobour, preter predictos XIII solidos IIII denarios; IIIs. IIIId.

Sept. 24, 1463. XXIIII die mensis Septembris dominus Iohannes Bray constituit magistrum Iohannem Walyngforth in suum procuratorem generalem in omnibus materiis motis uel movendis, tractandis infra precinctum Uniuersitatis Oxonie.

Coram Monkaster.

Sept. 28, 1463. In vigilia sancti Michaelis Iohannes Milen' conuictus est propria confessione de perturbacione pacis quia percussit pugno, et con-

[1] In the margin 'debet IIIIs.'

fessus est se transire in nocte cum dagario extra tempus congruum. Soluit IIIIs. procuratoribus.

Oct. 10, 1463. Decimo die Octobris comparuit coram nobis Willelmus Martyn & remisit Willelmo Ketyl omnimodas acciones tam reales quam personales quas versus prefatum Willelmum Ketyl unquam habuit, habet vel aliquo modo habere poterit ab origine mundi usque ad presentem diem composicionis sub condicione sequente viz. quod predictus Willelmus Ketyl soluat uel solui faciat prefato Willelmo Martyn XIIIs. IIIId. citra festum sancti Edmundi regis & martiris vel in festo eiusdem proximo futuro.

Et eodem die composicionis predicte prefatus Willelmus Ketyl soluit coram nobis predicto Willelmo Martyn XIIIs. & IIIId., remanentibus debitis eidem Willelmo Martyn XIIIs. & IIIId. suprascriptis.

Sept. 22, 1463. XXII° die mensis Septembris comparuit coram nobis Iohannes de Castro frater predicator*um* & de Uniuersitate Oxonie scolaris citatus ad instanciam venerabilis & discreti viri Ricardi Holcotte senioris ville de Bercott' in comitatu Barc' armigeri pro quodam negocio quod promisit se expedire in curia Romana per triennium elapsum & recepit nomine laboris sui remunerandi II marcas, prout fatebatur prefatus Iohannes coram nobis; sed quia non impleuit quod promisit, ita concordatum est inter eos quod idem frater expediet vel expedire faciet dictum negocium iuxta formam pacti inter eos initi citra festum Pasche proximo futurum in curia Romana, & ad huiusmodi negocium perimplendum Nicholaus Carpenter & Willelmus Glacyer se obligarunt per suam obligacionem in XXti VIs. & VIIId. soluendis prefato Ricardo Holcotte siue suo certo attornato, heredibus vel executoribus suis ad predictum festum Pasche prout in quadam obligacione inde confecta plenius continetur. Et si contingat quod prefatus Iohannes frater predicator*um* expediat dictum negocium in curia Romana secundum formam conuencionis inter eos inite citra festum Pasche predictum tunc habebit VI marcas a dicto Ricardo Holcotte, II marcis ante receptis minime computatis, & predicta obligacio sit nulla ipso iure & pro nulla habeatur; sin autem stet in suo robore & effectu.

fol. 208r = cclxiiiir. Sept. 30, 1463. In crastino sancti Michaelis. Ricardus Hervyst, Thomas Tresawell, Iohannes Raynbold admissi pro fideiussoribus Willelmi Salomon coram doctore Husband aliquando commissario[1] Oxonie ad producendum dictum Willelmum Salamon coram cancellario

[1] commissarii. MS.

vel eius commissario in crastino primi festi sancti Michaelis ad respondendum suis accusatoribus, si qui pro illa die fuerint inventi, super quodam crimine sibi imputato, videlicet quod cuidam veteri sigillo domini nostri regis Edwardi per glutimen seu alio illicito exquisito colore nouam scripturam subdole et nequiter supposuisset seu huiusmodi facto fauorem seu concilium adhibuisset, de quo crimine se legittime purgauit ut evidet supra vicesimo secundo die mensis Augusti, predicti tres fideiussores produxerunt predictum Willelmum Salomon predicto crastino post primum festum sancti Michaelis ad respondendum suis accusatoribus super predicto crimine, si qui tunc fuissent inuenti; qua die quia nullus accusator predicti Willelmi apparuit, predictus Willelmus peciit dimitti et viam suis accusatoribus precludi in perpetuum; et libere dimissus est et fideiussores sui exhonerati.

Coram nobis commissario facta est fides legitime quod Iohannes Aldirtone de Teukysbury Wigorniensis diocesis, cum compos mentis fuit, fecit testamentum & in eo legauit Iohanni filio suo capellano nomine debitoris sui cuiusdam videlicet Mychaellis [*sic*] Dier de Oxonia Lincolniensis diocesis obnoxii Iohanni Aldertone in summa XIs. & VIId., ut in dicto suo testamento plene apparet.

Mem. quod Robertus Wryȝte generosus bedellus in facultate iuris constituit procuratores suos ad agendum & defendendum & ad leuandum debita sua & cetera facienda magistrum Humfrey principalem aule Profunde, magistrum Reginaldum Stone.

Oct. 14, 1463. XIIII° die mensis Octobris comparuerunt coram nobis Willelmus Gryffyn & Brionus Dysslyn & fideiusserunt pro Thoma Scherman de iudicio sisti in quadam causa ante mota aduersus Thomam per Iohannem Marcham.

Oct. 15, 1463. XV° die mensis Octobris comparuit coram nobis Iohannes Pede pellipannarius [*sic*] & iudicialiter confessus est se debere ex causa locati & conducti magistro Thome Smyth procuratori ad hoc legitime deputato pensionem domus ab eo conducte in parochia sancte Marie ville Oxonie notorie situate pro duobus annis cum uno termino ac insuper predictus Iohannes promisit coram nobis soluere dictam pensionem aretro existentem ad quatuor anni terminos, viz. in festo Natalis domini proximo futuro XIIIs. & IIIId. & in festo Pasche proximo extunc sequente XIIIs. & IIIId. & in festo sancti Iohannis Baptiste extunc proximo sequente XVIIIs. & IIIId., ac eciam in festo sancti Michaelis archangeli proximo sequente VIs.;

et insuper promisit dictus Iohannes se compotum facturum cum dicto magistro Thoma de aliis annis & terminis in quibus cum predicto magistro Thoma dicitur esse aretro in solucione pensionis domus predicte; & ad predicta omnia & singula bene & fideliter in singulis terminis facienda inuenit dicto magistro coram nobis fideiussores Iohannem Morle barbour & Iohannem Ungul' glouer, quorum quilibet promisit quod si dictus Iohannes Pede defecerit in aliquo predictorum terminorum se soluturum dicto magistro Thome XL solidos nomine pene.

Anno domini 1463. T. Chaundeler.

fol. 208v= cclxiiiiv.

In die sancti Luce Ioannes Cornyshe conuictus est de extraccione armorum; post incarceracionem reddidit arma & soluit IIIIs. Oct. 18, 1463.

Eodem die Goward Appowen conuictus est de extraccione armorum; post incarceracionem reddidit arma & soluit IIIIs.[1]

Haraldus de aula sancti Eduardi conuictus est de percussione cum baculo; incarceratus est & soluit VIs. VIIId.[2]

Willelmus Watson conuictus est de percussione cum baculo et soluit Xs.; unde soluti cancellario IIIs. IIIId.

XXVI° die mensis Octobris anno domini supradicto magister Walterus Hylle procurator ut asseruit doctoris Dauid Hosbonde resignauit ius principalitatis scolarum iuris canonici in manus nostras; ad quarum scolarum principalitatem admisimus doctorem Laurencium Cokkys, saluo iure cuiuscumque; qui inuenit fideiussores pro pensione Iohannem Smyth skynner & Willelmum Robyns bocher. Oct. 26, 1463.

In vigilia apostolorum Simonis & Iude Thomas Taylour bachularius arcium admissus est ad principalitatem aule Stapuline, saluo iure cuiuscumque, et inuenit fideiussores coram Iohanne Harrys bedello, procuratore ut asseruit domini fundi, scilicet Thomam Bartone brewer & Willelmum Glouer. Oct. 27, 1463.

In crastino apostolorum Simonis & Iude Thomas Blaclond cocus collegii Mertonis iurauit de metu mortis sibi comminate per Patricium Leche; ideo idem Patricius mandatus est carceribus quousque inveniat securitatem de pace seruanda.[3] Item idem Patricius Oct. 29, 1463.

[1] In the margin 'In manibus cancellarii Thome Chaundeler', apparently applying to both the entries.

[2] This entry has been crossed out; in the margin is 'vide in sexto folio precedente'.

[3] To this point the entry has been crossed out; in the margin is 'vacat quia idem Thomas relaxauit & renunciauit peticioni sue'.

repertus est coram nobis ferens arma, scilicet I baculum & unum daggarium; ideo &c. Dimissus est quia nichil habuit.[1]

Nov. 4, 1463. Item quarto die mensis Nouembris probatum fuit coram nobis testamentum Henrici Taylour nuper coci de aula Trabina, & commissa fuit administracio eiusdem magistro Thome Wodehel in forma iuris iurato.

Iohannes Hosyer conuictus de percussione cum pugno, incarceratus soluit Uniuersitati & cancellario & procuratoribus IIIIs.[2]

Tresowld scolaris aule Vinee conuictus est de lacione daggarii; incarceratus reddidit arma & soluit IIs.[3]

Dec. 14, 1463. Decimo quarto die mensis Decembris comparuerunt coram nobis magistro Thoma Chaundeler sacre theologie professore magister Willelmus Appylbey pars actrix parte ex una & Dauid Smyth de Oxonia pars rea parte ex altera fideiussor datus ad sistendum Lodowicum Morgan clericum sub pena V marcarum coram nobis certis die et loco iam elapsis. Exorta demum lis ac contrauersia inter dictos magistros W. et Dauid pro dicta pena conuenit ac amicabiliter sopita est sub hac forma per uiam transaccionis; dictus Dauid Smythe satisfecit prefato magistro in X solidis bone & legalis monete Anglie nomine tocius litis ac contrauersie predicte; ac insuper prefatus Dauid Smyth promisit dicto magistro solempniter coram nobis stipulanti sub pena V marcarum se facturum et curaturum quod supradictus Lodowicus Morgan staret et consensum suum daret huic transaccioni seu composicioni; ac insuper promisit sub eadem pena se facturum quod idem Lodowicus Morgan non vexaret dictum magistrum W. de iure nec de facto racione litis seu contrauersie predicte.

fol. 209r = cclxvr. Dionisius Brennyng conuictus est de lacione armorum; incarceratus reddidit arma viz. unum baculum & soluit IIs.[4]

Quedam mulier vocata Amy Cotys tercio conuicta de meretricio post diutinam incarceracionem abiurauit Uniuersitatem Oxonie & procinctum eiusdem.

Ricardus Coke alias Sumner abiurauit ad mandatum cancellarii Uniuersitatem Oxonie & procinctum eiusdem quousque per eundem dominum Cancellarium aliter secum fuerit dispensatum. Nota, uxor eius Agnes Pykeryng idem fecit supra anno 1457, magistro Thoma Chandeler commissario.[1]

[1] The last clause is an addition.
[2] In the margin 'IIIIs., in manibus T. C.'
[3] In the margin 'IIs., in manibus T.C.'
[4] In the margin 'In manibus T. C. XXd., et procurator borialis habet porcionem suam'.

Anno domini MCCCCLXIII° quarto die mensis Februarii com- Feb. 4, paruit coram nobis Iohannes Hore de Oxonia brewer vocatus ad 1463/4. instanciam Iohannis Cogg' de Frylford de comitatu Barkshyre & confessus est se obligatum & obnoxium dicto Iohanni Cogg' ex causa empcionis & vendicionis boni brasii in summa LIs. VId. bone & legalis monete Anglicane; ac pro confesso, conuicto, & dampnato dictus Iohannes Hore brewer per nos ac preceptum nostrum diffinitiuum declaratus est. Ac insuper nos videntes nullam fore sentenciam que debito frustraretur effectu, causa exequendi dictum preceptum nostrum diffinitiuum decreuimus, in defectum pecunie de quo nobis plene constat, quod prefatus Iohannes Hore traderet cum effectu ex causa iudicati predicto Iohanni Cogg' tot res & bona que dictus Iohannes Cogg' eiusve procurator specialis diceret suffectura [*sic*] pro dicta summa LI solidorum VId. infra tempora octo dierum in statutis huius alme Uniuersitatis constituta. Demum amicabiliter conuenerunt partes predicte quod prefatus Iohannes Hore solueret predicto Iohanni Cogg' feria quarta capite ieiunii proximo futuri VIs. VIIId. & in festo Pasche proximo ex tunc sequente XXs., ac in festo Pentecostes proximo extunc sequente XXs., & in festo Assumpcionis beate Marie extunc proximo sequente VIs. VIIId. & in festo sancti Michaelis archangeli proximo extunc sequente VIs. VIIId., & in festo sancti Thome apostoli extunc proximo sequente XIs. VId.; et si contingat prefatum Iohannem in aliquo predictorum terminorum fore aretro in solucione alicuius parcelle de predictis tunc bene licebit predicto Iohanni Cogg' eiusve procuratori dicta bona eidem eiusve procuratori[2] ex causa iudicati ut antefertur, vendere, alienare, ac precium pro debito penes se ut dominum retinere & disponere.

Galfridus Water conuictus de lacione armorum viz. unius baculi, incarceratus soluit IIs.[3]

Dauid Smyth conuictus de lacione armorum viz. unius baculi, incarceratus soluit XXd. & non plus quia pauper & diu incarceratus.[4]

Willelmus Whytcastel conuictus de lacione armorum post incarceracionem soluit IIs.[5]

Alionora Fre abiurauit uillam Oxonie & procinctum eiusdem

[1] This last sentence is in another, but a contemporary hand.
[2] Perhaps 'forisfacta' has been omitted at this point; some such word seems to be required.
[3] Margin 'IIs. in manibus T. C.'
[4] Margin 'XXd. in manibus T. C.'
[5] Margin 'IIs. in manibus T. C.'

quousque maritetur & cum marito suo villam eandem aut suburbium velit honeste cohabitare.

Isabella Dalton abiurauit uillam Oxonie & procinctum eiusdem, nisi contingat eam maritari, & sic infra procinctum eiusdem ville cum marito suo honeste cohabitare.

Alicia [*blank*] de la Pyke abiuravit villam Oxonie & procinctum eiusdem nisi contingat eam maritari & sic infra procinctum eiusdem ville cum marito suo honeste cohabitare.

fol. 209v = cclxv^{v}. Iohannes Norton cocus aule Vitrie conuictus est de lacione armorum; incarceratus soluit IIs.[1]

Cecilia Lokwode abiurauit villam Oxonie & procinctum eiusdem nisi contingat eam maritari & sic infra procinctum eiusdem ville cum marito suo honeste cohabitare.

Agnes Kyng uxor Henrici Kyng abiurauit villam Oxonie & procinctum eiusdem, quia pronuba. Datus est ei terminus ad festum Pasche.[2]

Robertus Smyth glouer conuictus de lacione armorum, post incarceracionem soluit IIIIs.

Amy Blont conuicta super meretricio, post incarceracionem abiurauit uillam Oxonie & procinctum eiusdem.

Iohanna Sharpe alias Game abiurauit uillam Oxonie & procinctum eiusdem.

Alionora Maltyster alias Barbour abiurauit uillam Oxonie & procinctum eiusdem. Iurauit insuper de pacem conseruando erga omnes legios regis.

Magister Willelmus Hylle iurauit de conseruando pacem erga legios omnes regis & ad id obligauit se sub pena viginti librarum soluendarum Uniuersitati, ac insuper quod infra procinctum Uniuersitatis nunquam se associabit comitiue Alionore Maltyster predicte.

Patricius Leche & Iohanna uxor sua abiurauerunt villam Oxonie & procinctum eiusdem propter multa maleficia sua.

Willelmus Sprygge & Iohannes Brystow de Oxonia fideiusserunt pro Iohanne Symson de eadem de bene se gerendo de cetero sub pena decem librarum.

Elizabet Godfrey abiurauit uillam Oxonie & procinctum eiusdem propter pronubitatem.

Uxor Thome Bokbynder abiurauit villam Oxonie & procinctum eiusdem quousque contingat eam cum marito suo honeste infra eam uel procinctum habitare.

[1] In the margin 'IIs. in manibus T. C.'

[2] A note is added 'Antedictus vil*lan*us dixit michi de fideiussoribus sufficientibus'.

Magister Iohannes Sprynkbet exhibuit caucionem pro aula vulgariter nuncupata Bekysin nomine proprio quarto die mensis Marcii anno domini MCCCCLXIII. Mar. 4, 1463/4.

fol. 210r = cclxvi^{r}. Hec sunt bona Iohannis Hosear appreciata per viros subscriptos viz. Iohannem Mathewe, Nicholaum Kele, Iohannem Crofftone, Edmundum Steyner, Iohannem Flechyr, Iohannem Dobynette.

In primis XXVIII schort bordys	VIII*d.*
Item III stodys & III endys of stodys	II*d.*
Item II syde bordys of a bed with IIII fete	IIII*d.*
Item II longe bordys & II schort	VI*d.*
Item a forme with fette & I without fette	II*d.*
Item II schort formes	II*d.*
Item a lytyl table with III fette	I*d.*
Item a ioyned table	XII*d.*
Item a reel for wollen ȝerne	I*d.*
Item a table with IIII fette	IIII*d.*
Item a forme for a whele	I*d.*
Item II lytyl brochys	IIII*d.*
Item a posnett of brasse with a fryyng panne	XII*d.*
Item II lytyl olde brokyn pannys	II*d.*
Item a lytyl hachet with a flesche hoke	I*d. ob.*
Item a repe hoke & Candelstyk	II*d.*
Item II podengerys with a sawcer	III*d.*
Item IIII stolys & a morter	V*d.*
Item a selyr[1] & a peynted clothe	II*d.*
Item a lytyl cofyr with a lyd & I withowt lyd	IIII*d.*
Item a lytyl grene clothe with a quarter of Kendal	IIII*d.*
Item an harpe	IIII*d.*
Item IIII lytyl old barelles	II*d.*
Item a staffe schoyd with iryne with odyr small stauys Item a skeiue[2] & a newe hors combe Item a lytyl cofyr with loos bordys in the syde	III*d.*
Item a quodam religioso transgredienti	IIs.[3]

fol. 210v = cclxvi^{v}. Mar. 28, 1464. XXVIII die mensis Marcii comparuit coram nobis magistro Laurencio Cokkys commissario Willelmus Forde qui constituit in suum verum et legittimum procuratorem Wyllelmum Laker, cum clausula substituendi, ad omnia faciendum que eciam mandatum exigunt speciale & ad recipiendum nomine suo quicquid ipse reciperet si presens esset personaliter in iudicio uel extra cum clausulis omnibus necessariis et consuetis.

[1] = *celure*, canopy. [2] i.e. sieve. [3] The rest of the page is torn off.

Ap. 13, 1464. XIII die mensis Aprilis Ricardus Tayloure alias Godson convictus est de perturbacione pacis, de lacione baculi et percussione cum eadem.

Ap. 11, 1464. Item XI die mensis Aprilis Iohannes Tayloure convictus est de percussione cum pugno; incarceratus soluit IIIIs.[1]

Ap. 13, 1464. XIII die mensis Aprilis Thomas Gilbert & Reginaldus Stafford fideiusserunt pro predicto Iohanne Tayloure de iudicio sisti in quadam causa mota inter predictum Iohannem Tayloure et Ricardum Tayloure alias vocatum Godson.

Ap. 17, 1464. XVII die mensis Aprilis Iacobus Caryoure constituit procuratores suos magistrum Iohannem Walyngford et magistrum Raynaldum Stone ad agendum et defendendum et cetera faciendum que ad procuratorem pertinent.

Ap. 21, 1464. XXI die mensis Aprilis Willelmus Lane fideiussit pro Iohanne Saweare pro quadam summa sex librarum sibi[2] debitarum sub hac condicione quod si predictus Iohannes Sawear soluat seu solui faciat in festo sancti Michaelis XLs. in anno domini MCCCCLXIIII°, XLs. in festo Annunciacionis beate Marie extunc proximo sequente, XLs. in festo sancti Michaelis archangeli extunc proximo sequente, quod ipse Willelmus seruabitur indempnis; alioquin si ipse Iohannes Sawear defecerit in aliqua solucionum predictarum quod tunc dictus Willelmus sub ypotheca omnium bonorum suorum obligat se ad soluendum dictas summas diebus supradictis infra octo dies post cessacionem ab . . .[3]

fol. 211r =cclxvii[r]. Ap. 27, 1464. XXVII die mensis Aprilis Iohannes Baker fideiussit Willelmum Halemon de iudicio sisti in quadam causa mota inter predictum Willelmum Halemon et Cristynam Asshtone.

May 3, 1464. III die Maii comparuit coram nobis magister Iohannes Pykyng & constituit suos veros & legittimos procuratores magistrum Thomam Stefnys bacallarium sacre theologie & magistrum Cornysche scolarem in eadem in quadam causa que vertitur seu verti speratur inter ipsum & magistrum [*blank*] Bulkley coniunctim & diuisim ita quod non sit melior condicio occupantis, ad agendum, defendendum, & iurandum de calumpnia, eciam cum clausula

[1] In the margin 'Due partes sunt in manibus procuratorum Payntoure et Paunton'.

[2] In the margin *Henrico Battes* or *Batter*.

[3] The rest of the page is torn off.

substituendi & ad omnia alia necessaria, eciam si in se mandatum exigant speciale.

In dei nomine, Amen. Anno domini secundum computacionem ecclesie Anglicane MCCCCLXIIII^to^ vicesimo quinto die Aprilis ego Robertus Hesylle, rector ecclesie de Teyntone, ortus in comitatu Lincolnie in villa vulgariter Conyngesby nuncupata & inter ciuitatem Lincolnie & villam sancti Botulphi situata, compos tam mentis quam corporis ordino & condo testamentum meum in hunc modum:—In primis volo, desidero & deprecor & me & omnia mea corporaliter seu spiritualiter re seu spe concernencia cedere domino deo, meo creatori, custodi, gubernatori, reparatori, & glorificatori hominum, ad honorem & gloriam, glorificatis gaudium & leticiam, viuis misericordiam & graciam, et omnibus fidelibus defunctis veniam & requiem sempiternam; ceterum vero specialiter volo, do & lego animam meam deo trino et uno, corpusque meum postquam exanime fuerit sepeliendum in cimiterio Omnium Sanctorum Oxonie iuxta crucem magnam ad boream,[1] facie versa ad eandem a parte australi. Item do & lego operibus ecclesie cathedralis Lincolniensis VIs. VIIId.; item ad cultum summi altaris ecclesie Omnium Sanctorum Oxonie IIIs. IIIId.; item ad reparacionem & innouacionem cancelle ampliande ibidem VIs. VIIId.; item ad reparacionem & innouacionem campanarum eiusdem ecclesie VIs. VIIId.; item ad reparacionem[2] vestimentorum capelle collegii Lincoln' VIs. VIIId.; item ad intitulandum nomina librorum in libraria collegii Lincoln' contentorum supra dorsa eorum cooperienda cornu & clauis VIs. VIIId.; item ad fabricam ymaginis sancti Hugonis in tabernaculo supra hostium ascendendi ad capellam in pariete situande XXs.; item ad cultum summi altaris sancti Michaelis Oxonie ad boream IIIs. IIIId.; item do & lego pauperibus Cristi in & de parochiis Omnium Sanctorum & sancti Michaelis Xs. distribuendos die aut nocte defunccionis mee; item volo quod in die exequiarum mearum & in missarum sollenniis fiant circa corpus meum sex torchete & quinque cerei & totidem in die trigintali & in die annuali; item volo quod in die exitus mei & exequiarum & triginta diebus sequentibus ut moris est fiat pro me pulsacio; item volo lapidem marmoreum habere reponendum super corpus meum in memoriam mei cum epithaphio precii XLs. aut LIIIs. IIIId. vel plus si videatur executoribus meis hoc faciendum; item do & lego ad obseruandum obitum meum infra collegium Lincoln' per decem annos continuos LXVIs. VIIId. expendendo Ap. 25, 1464.

[1] Apparently means 'which is on the north side of the church'.

[2] Anstey has omitted this entry.

omni anno per equales porciones VIs. VIIId., sic quod pauperes Cristi inde percipiant annuatim XXd. et qui circuit villam proclamando nomen meum IIIId. omni anno. Item do & lego ad cultum summi altaris ecclesie mee de Teynton calicem cum patena de argento partim deauratum & cum nodo deaurato & annamelato & in pede habentem ymaginem crucifixi deauratam. Item ad reparacionem seu innouacionem ecclesie mee de Teynton XLs.; item pauperibus Cristi parochie mee de Teyntone presentibus tempore exequiarum mearum & missarum solenniis cuilibet IId.; et presbiter parochialis percipiat XIId.; item ad reparacionem & sustentacionem domorum pertinencium magistro & sociis collegii de Whythyngtone Londonie
fol. 211v =cclxvii v. in Ryola[1] ex | una parte XIIIIs. IIIId.; item ad reparacionem & sustentacionem domorum pauperum[2] eiusdem collegii ex altera parte Xs.; item Philippo scolari meo ad subsidium sue exhibicionis dum scolas excercet Oxonie dumtaxat quinque annis immediate sequentibus omni septimana IIIId.; item Iohanni Meyborne bibliotiste collegii Lincoln' ad subsidium sue exhibicionis dum scolas excercet Oxonie tribus annis dumtaxat omni septimana IIIId.; item Cristoforo domus sancti Iohannis[3] ad subsidium sue exhibicionis VIs. VIIId. Residuum vero bonorum meorum omnium ac debitorum ubicumque existencium post debita mea persoluta, sepulturam meam honeste factam, & presentis testamenti mei complecionem do & lego integre ad faciendum, disponendum & distribuendum pro anima mea in operibus caritatiuis per executores meos prout ipsi melius viderint deo placere & saluti anime mee proficere. Executores meos ordino, volo & statuo magistrum Iohannem Trysthorpe rectorem collegii Lincoln' Oxonie, magistrum Iohannem Marchall eiusdem collegii socium & dominum Willelmum Lowson publicum notarium & capellanum de Conyngesby; et volo quod magister Iohannes Trysthorpe rector collegii predicti habeat ultra expensas pro me faciendas pro suis laboribus XXs. et togam meam optimam sanguinei coloris cum capucio corespondente; similiter magister Iohannes Marchall pro suis laboribus XXs. et togam meam optimam de musterdevyleys cum capucio corespondente; similiter dominus Willelmus Lowson ultra XXs. pro laboribus suis in hac parte receptos togam meam optimam de blodio cum capucio corespondente. In huius quidem testamenti mei ac ultime mee voluntatis, ut prefertur, expressate fidem & testimonium sigillum meum presentibus apposui, hiis testibus, magistro Thoma Wyche, magistro Waltero Bate &

[1] Whittington's College, London, in the parish of Paternoster Royal (V. C. H., *London*, vol. i, p. 579).

[2] Whittington's Hospital, adjoining Whittington's College (*ib.* i. 549).

[3] Perhaps he means 'Magdalen College, formerly the Hospital of St. John'.

magistro Thoma Ganne; dat' Oxonie anno, mense & die supradictis.

Probatum est presens testamentum vicesimo septimo die mensis Maii anno domini millesimo CCCCLXIIII^to^ coram nobis magistro Iohanne Mulcastre sacre theologie professore reverendi in Cristo patris & domini, domini Georgii dei gracia Exoniensis episcopi ac Uniuersitatis Oxonie cancellarii[1] commissario generali, & per nos approbatum & insinuatum & legittime pronunciatum pro eodem; commissaque est administracio omnium bonorum idem testamentum concernencium executoribus infrascriptis in forma iuris iuratis, quos ab ulteriori compoto nobis aut officio nostro faciendo dimittimus & acquietamus, saluo iure cuiuscumque. In cuius rei testimonium sigillum commune officii cancellariatus presentibus apposuimus. **May 27, 1464.**

Vicesimo nono die mensis Mai [*blank*] Bryane convictus est de perturbacione pacis in percuciendo cum pugno. Incarceratus est. Vicarius ecclesie beate Marie virginis obligauit se ad soluendum IIIIs. pro eadem convictione sexto die mensis Iunii proximo sequentis.[2] **212r= cclxviiir. May 29, 1464.**

XIIII die mensis Iunii comparuit coram nobis magistro Laurencio Cokkys tunc temporis commissario dominus Iohannes Wylton & constituit magistrum Reginaldum Stone procuratorem suum generalem cum clausula substituendi & ad alia negocia quecumque eciam si mandatum exigant speciale; item ad transigendum, componendum, ad soluciones recipiendum & cetera quecumque. **June 14, 1464.**

Nonodecimo die mensis May anno domini MCCCCLXIIII coram venerabili viro magistro Thoma Chaundeler sacre theologie professore ac alme Uniuersitatis Oxonie cancellario Robertus Furbur & Iohannes Croftun de predicta Oxonia spontanea voluntate se obligarunt magistro Lodwyco Ihon' in XX libris monete Anglie predicto magistro Lodwyco affectualiter [*sic*] soluendis, si contingerit [*sic*] prefatos Robertum & Iohannem in exhibendo & producendo quendam Iohannem Crok de Oxonia predicta pistorem defecisse, coram predicto venerabili cancellario responsurum prefato magistro Lodwyco in omnibus causis quas contra predictum Iohannem mouere & prosequi intendit infra tres septimanas proximo sequentes post diem & annum supradictum; ac predictus **May 19, 1464.**

[1] We see below that Chaundler was Chancellor as late as May 19.

[2] In the margin 'solutum est; novi procuratores habent duas partes'.

Iohannes Crok semetipsum predicto magistro Lodwyco Ihon obligauit in xxx libris monete Anglie eidem Lodwyco effectualiter soluendis, si contingeret eundem Iohannem Crok infra tempus supradictum coram predicto venerabili cancellario non comparere prefato magistro Lodwyco in omnibus causis responsurum.

July 16, 1464. XVI° die mensis Iulii, anno domini MCCCCLXIIII comparuit Iohannes Croke ad instancium Willelmi Alyarde capellani perpetui cantarie sancte Marie in ecclesia sancti Martini Oxonie coram nobis magistro Thoma Chaundeler sacre theologie professore ac alme Uniuersitatis Oxonie comissario generali, pro eo quod iniuste vexauit dictum Willelmum coram iudice foraneo; qui promisit sub pena xx librarum de seruando prefatum Willelmum indempnem erga quemcumque iudicem in quacumque causa mota uel mouenda nomine ipsius & quod non traheret sepefatum Willelmum in futurum in aliqua causa terminabili infra precinctum Uniuersitatis ad foraneum iudicem sub pena predicta.

July 16, 1464. XVI° die mensis Iulii anno domini MCCCCLXIIII & anno regni regis Edwardi quarti post conquestum quarto personaliter comparuit coram nobis magistro Thoma Chaundeler vicecancellario Uniuersitatis Oxonie in Oxonia in comitatu Oxon' dominus Iohannes Westbury, prior prioratus sancte Frideswide Oxonie, & palam puplice ac iudicialiter recognouit & confessus est se fuisse & esse obnoxium, obligatum & indebitatum cuidam Willelmo Notingham de Gloucestria gentylman ad tunc in nostra presencia existenti in summa quadraginta & nouem librarum, sex solidorum & octo denariorum, prius ex causa depositi, deinde dicto priori pro et ad voluntatem dicti prioratus ex causa mutui traditorum & liberatorum; quam summam se soluturum obligauit, promisit & constituit dicto Willelmo uel eius certo attornato uel assignato apud Oseney sub forma que sequitur, viz. secundo die Augusti ex nunc proximo sequente nouem libras, sex solidos & octo denarios, & in festo sancti Michaelis archangeli tunc proximo sequente viginti libras, et in festo Natalis domini ex tunc proximo sequente alias viginti libras.

212v= cclxviiiv.

Magister Bulkeley, commissarius, &c.

July 30, 1464. Penultimo die mensis Iulii comparuerunt coram nobis commissario prescripto Iohannes Couper de parochia sancte Marie Magdalene, Iohannes Gower tayllour de parochia sancti Martini, Thomas Mauncipull custos hospicii ubi crux est signum[1] & Petrus

[1] Now the Golden Cross.

Flecher de parochia sancte Marie Magdalene & fideiusserunt pro Dauid Barun in xx libris de pace domini regis gerenda penes Katerinam Evene de parochia sancte Marie Magdalene & totam eius familiam; ac eciam idem Dauid iuravit in persona sua illud se obseruaturum in futurum.

Iohannes Martyn pistor convictus coram nobis de perturbacione pacis & de lacione armorum contra pacem, viz. unius pikefork, ad inuadendum quendam Ricardum seruientem Benedicti Stokes; pro qua condemnatus erat Uniuersitati in IIII solidis & habuit dies solucionis qualibet quindena vid., quousque summa predicta Uniuersitati sit soluta. Et quia prius erat incarceratus per maiorem ville de seruando pacem pro se omnibus ligeis regis & penes Iohannem Murente,[1] prout per seruientem ad leges maioris habuimus[2] certificatum, ipsum dimisimus ab ulteriori securitate inuenienda &c.

Aug. 4, 1464. 4to die Augusti Agnes Elys ex una parte et Willelmus Clere, Iames Walshe, Ricardus Vele & Owynus Iohn' ex altera parte compromiserunt in 4or personas pro omnibus materiis inter eos motis seu movendis usque in hunc diem, viz. quod stabunt iudicio, decreto & arbitrio Ricardi Vele rectoris ecclesie sancti Aldati, Iohannis Fiz-Robert, Galfridi Iohn' & Thome Bron sub pena xx librarum, quarum una medietas erit Uniuersitati, altera vero medietas erit parenti laudo, iudicio, decreto & arbitrio predictorum arbitrorum, si quod dederint inter eosdem citra diem Lune qui erit proximus post festum sancti Egidii proximo futurum inclusiue. Si autem nullum laudum &c. infradictum tulerint, tunc Ricardus Spragot habebit potestatem terminandi & finiendi omnes materias inter eosdem; & sub pena predicta xx librarum partes predicte stabunt eius laudo &c. ut prefertur, sic[3] tamen ut fiat citra festum sancti Michaelis proximo futurum siue in illo festo inclusiue &c.

Aug. 8, 1464. 8 die Augusti Iohannes Morys schatter [*sic*] de parochia sancti Egidii & Iohannes Tanner de eadem parochia fideiusserunt pro Iohanne Pole bokebynder sub pena xvii marcarum de iudicio sisti & iudicato soluendo Thome Hychecok goldsmyth, & quod apparebit coram cancellario seu commissario generali primo die iudiciali post resumpcionem proximo futuram.[4]

[1] This name is written above the line and is indistinct.

[2] Before *habuimus*, the MS. has *nobis constitit* added above the line.

[3] si, MS.

[4] This entry has been crossed out and in the margin is written 'vacat'.

Eodem die Willelmus Lodyngton de parochia sancti Martini & Walterus Vathan serieant fideiusserunt pro Thoma Hichecok goldsmythe quod ipse non trahet aliquam materiam terminabilem adintra versus Iohannem Pole bokebynder adextra Uniuersitatem sub pena XVII marcarum dicte Uniuersitati soluendarum.

July 25, 1464. XXV die Iulii coram nobis commissario prescripto Willelmus Couper de parochia sancti Michaelis extra portam borialem Oxonie, Radulfus Byshop de eadem & Iohannes Gode mason comparuerunt, qui omnes & singuli tactis dei euangeliis concorditer iurauerunt quod Iohannes Cony de Kirlyngtone husbondman dixit coram eis & altero balliuorum quod Petrus Shermelowe baker emit de eo tria quarteria farine frumenti prec*io* quarterii XLII*d.*, pro quibus sic emptis tradidit sibi unum denarium in arras[1] in festo sancte Magdalene apud Wodstoke, sicque balliui ville arrestauerunt dictam farinam tanquam forisfactam domino regi prout iuxta tenorem cuiusdam composicionis inter abbatem de Osney, balliuos domini regis & eos de artificio predicto inde confecte plenius continetur.[2] Unde pecierunt dicti balliui farinam predictam ut domino regi forisfactam iudicari; sicque factum est &c.

Aug. 13, 1464. XIII die Augusti coram nobis conuictus fuit Iohannes Russhebury de parochia beate Marie glouer eo quod ipse cum quodam brauio[3] depicto percussit contra pacem Iohannem Mylen de eadem parochia beate Marie in parochia sancti Thome ultra Castrum Oxonie super brachium grauiter &c. ut dixit &c. [tamen se defendendo sicut probatum fuit per conuincentes dictum Iohannem Milen].[4]

fol. 213r =cclxixr. July 13, 1464.

Magister Bulkeley commissarius.

In dei nomine Amen. Tercio decimo die mensis Iulii anno domini millesimo CCCC sexagesimo quarto ego Iohannes Dongan compos mentis & sane memorie condo testamentum meum in hunc modum. In primis lego animam meam omnipotenti deo, beate Marie virgini ac omnibus sanctis corpusque meum sepeliendum in cimiterio fratrum Minorum Uniuersitatis Oxonie; item lego eisdem fratribus XL*d.*; item lego fratribus ordinis Predicatorum eiusdem Uniuersitatis Oxon' XL*d.*; item lego domino Philippo Walsche capellano XX*d.*; item lego domino Henrico Corkeran capellano XX*d.*; item lego Dionisio sissori seruienti michi tempore infirmitatis mee XX*d.*; item lego fratribus meis omnes libros meos, addita tamen condicione quod dicti fratres dent filiabus meis in pecuniis uel equiualentibus estimatum precium dictorum librorum & hoc secundum executorum meorum estimacionem, quam dicti fratres ac filie me volente non recusent. Residuum vero omnium bonorum meorum non legatorum do & lego magistro Thome Cornysche & domino Roberto Kowan capellano quos ordino & constituo meos veros ac legitimos executores, ut ipsi disponant pro salute anime mee prout eis melius expedire videatur.

[1] In classical Latin it would be *in arrham*, 'as earnest money'.

[2] This settlement was made in 1455 (see *Munimenta Civ. Oxon.* p. 215. O.H.S.).

[3] Flag.

[4] The words in brackets are an addition, but in the original hand.

Probatum est presens testamentum vicesimo nono die mensis Iulii anno domini millesimo CCCC sexagesimo quarto coram nobis magistro Rogero Bulkeley sacre theologie professore reverendi in Cristo patris & domini, domini Georgii dei gracia Exoniensis episcopi ac Uniuersitatis Oxonie cancellarii, commissario generali & per nos approbatum, insinuatum & legitime pronunciatum pro eodem, commissaque est administracio omnium bonorum eidem testamento concernencium executoribus suprascriptis in forma iuris iuratis; quos ab ulteriori compoto nobis aut officio nostro faciendo dimittimus & acquietamus, saluo iure cuiuscumque. In cuius rei testimonium sigillum officii cancellariatus Uniuersitatis Oxonie presentibus apposuimus. July 29, 1464.

Septimo die Septembris anno domini MCCCCLXIIII comparuit coram nobis Iohannes Denton de Wyghtham Saresbiriensis diocesis, qui iurauit ad sancta dei euangelia se nunquam tracturum aliquam materiam adextra contra quemcumque scolarem aut eius seruientem ad Uniuersitatem Oxonie pertinentem. Sept. 7, 1464.

4to die Augusti Margareta Sporior que nuper fuit seruiens Roberti Wri3t superioris bedelli iuris abiurauit villam Oxonie & procinctum eiusdem propter manifestum meretricium sui corporis infra Uniuersitatem quod ipsamet confessa est coram nobis commissario prescripto & quod non moraretur infra V milliaria huic Uniuersitati propinqua nec intraret eandem nisi in diebus precise mercati pro necessariis emendis &c. nec moram traheret per unam noctem infra eandem &c. Aug. 4, 1464.

Quinto die Augusti Robertus Ieffray posuit se in seruicium magistri Thome Ganne socii collegii Lincoln' usque ad festum Natalis domini proximo futurum & petit priuilegium Uniuersitatis &c. Aug. 5, 1464.

Octauo die Augusti Nicholaus Hayne alias Carpenter confessus fuit coram nobis quod ipse fuit seruiens doctoris Pierson a festo Aug. 8, 1464.

sancti Nicholai proximo preterito & erit usque festum Natalis domini proximo futurum &c.

Aug. 4, 1464. Conuocatis coram nobis diuersis magistris & aliis laicis ceruisiam vendentibus quarto die Augusti defalcavimus VIII*d.* de ceruisia Iohannis Ianyn pandoxatoris quam misit Auisie Barbour extra pontem orientalem Oxonie, videlicet unum cadum pro XX*d.*, sic quod ipsa solueret eidem Ianyn tantum XII*d.* pro eodem, quia secundum iudicium nostrum & aliorum inde gustancium non plus valuit &c.

Aug. 16, 1464. XVI die Augusti coram nobis & altero procuratorum conuictus fuit Iohannes Mylene vyntner de parochia beate Marie eo quod ipse prout tres viri idonei tactis sacrosanctis dei euangeliis deposuerunt quod[1] dictus Iohannes Mylene nullis[2] verbis inter ipsum & Iohannem Russhebury habitis extraxit daggarium & inuasit eum & perforasset eum ad cor nisi quedam mulier retraxisset brachium suum ab eo & insequebatur eum cum dicto dagario sic extracto, dictusque Iohannes Russhebury quoddam brauium depictum in manu sua sumpsit & defendendo se, ut dicti viri ibi presentes tunc asseruerunt, percussit dictum Iohannem Mylene super brachium sic quod dictum dagarium suum cecidit super terram. Videns autem dictus I. Mylene quandam barram[3] ferream, quam prius ludendo[4] diuersi super pedem iactauerant, in manibus arripuit & ad percutiendum dictum I. Russhebury supra capud suum leuauit, sed astantes interposuerunt se inter eos & separauerunt abinuicem &c. [& dictus Iohannes Milene ter inuenitur conuictus contra pacem ut patet in registro &c.][5]

Aug. 17, 1464. XVII die Augusti Thomas Sharpe constituit coram nobis commissario predicto magistrum Lodewicum principalem aule vocate le Brodyates in parochia Omnium Sanctorum procuratorem suum generalem in omnibus & singulis causis motis & mouendis pro eo vel contra eum infra Uniuersitatem Oxonie & procinctum eiusdem & specialiter contra Iohannem Taillour de parochia sancte Marie Magdalene Oxonie &c.

[1] Added above the line and unnecessary.

[2] We might conjecture 'non nullis', but apparently the meaning is that there was no provocation.

[3] bar. Did they toss it into a socket (*pes*)?

[4] In the parish of St. Thomas, see fol. 212v.

[5] The words in brackets are an addition, but in the original hand.

Bulkeley commissarius.

fol. 213v = cclxixv.

XVII die Augusti Iohannes Russhebury de parochia beate Marie Oxonie exhibuit coram nobis fideiussores Iohannem Wodstoke tayllour in parochia sancti Martini, Thomam Boxwell in parochia sancti Michaelis extra[1] portam borialem & Iohannem Mighelle de parochia sancte Marie virginis Oxonie, quilibet eorum sub pena XX librarum per se & in solidum de pace gerenda penes Iohannem Mylene vyntner & omnes legios domini regis &c. ac insuper ad satisfaciendum parti lese & Uniuersitati de forisfactis eodem[2] &c. Aug. 17, 1464.

Eodem die Iohannes Wodstoke de parochia sancti Martini & Iohannes Lampray fideiusserunt pro Iohanne Martyn baker quod ipse nec per se nec uxorem nec filiam suam nec per aliquem uel per aliquos traheret aliquem materiam terminabilem adintra ad aliquam curiam adextra sub pena X librarum soluendarum Uniuersitati; si contrarium fecerit, & hoc probatum fuerit, tunc soluent dictas X libras Uniuersitati infra VIII dies proximo sequentes dictam probacionem &c., & specialiter illam materiam que iam mota est inter ipsum Iohannem Martyn & [*ends*]. Aug. 17, 1464.

XX die Augusti Robertus Spuriour de parochia sancti Michaelis ad portam borialem, Ricardus Taylour de parochia sancti Aldati & Gerardus Bryne de eadem parochia sancti Aldati fideiusserunt pro Ricardo Fuller de pace gerenda penes Dauid Baru*n* sub pena quilibet eorum XX*li.*, quod ipse dampnum aliquod Dauid Baru*n* non faciet nec fieri procurabit quouismodo in futurum sub pena predicta &c. Aug. 20, 1464.

XXVIII die Augusti magister Thomas Smyth de a*ula sancte Mari*e confessus est coram nobis commissario prescripto quod Ricardus Laghtone corveser fuit & est serviens suus conductus per annum percipiens de eo per annum VIS. VIII*d.* & unam togam, & hoc iurauit factum esse sine fraude; quare ipsum recepimus in libertatem Uniuersitatis. Aug. 28, 1464.

XII die mensis Septembris Iohannes Bosworth de parochia beate virginis coram nobis commissario predicto constituit magistrum Iohannem Lidford procuratorem suum in omnibus causis motis seu mouendis coram nobis per Willelmum Belryng versus dictum Iohannem, & ratum habiturus quicquid dictus magister Iohannes fecerit nomine suo in premissis &c. Sept. 12 1464.

[1] The writer means *ad.*

[2] Forfeited *from* him.

Sept. 13, 1464. XIII° die Septembris magister Robertus Medelham exposuit caucionem nomine suo proprio pro aula vulgariter nuncupata Brodgates siue Brodyates in parochia Omnium Sanctorum et inuenit fideiussores domino,[1] Iohannem Wattes & Iohannem Chime, pro pensione eiusdem aule, ut moris est &c., quia nemo antea nec coram nobis nec coram domino[1] fideiussores antea inuenerat. Quare &c.[2]

Sept. 13, 1464. XIII die Septembris comparuerunt coram nobis Iohannes Lowe de Oxonia tayllour & Thomas Broune de Oxonia tayllour; ex propria confessione sua concesserunt se virtute cuiusdam obligacionis per ipsos Willelmo West confecte debere eidem Willelmo XX*s.* ad diem nunc preteritum soluendos; quos quidem Iohannem & Thomam condempnauimus eidem Willelmo dictos XX*s.* infra VIII dies proximo sequentes sub pena incarceracionis soluturos virtute condempnacionis nostre predicte & iudicii lati &c.

Sept. 13, 1464. XIII° die eiusdem mensis exposuit caucionem pro aula vulgariter nuncupata de Lata Porta in parochia Omnium Sanctorum magister Lodowicus John'; et inuenit fideiussores pro pensione Robertum Glouer & Iohannem Mower &c.

Eodem die magister Ricardus Croke principalis aule Trabine inuenit coram nobis fideiussores pro pensione eiusdem aule Thomam Ball & Matheum Dymmoke.

Coram nobis commissario predicto Iohannes Auener' posuit se in seruicio magistri Lodowici Iohn' principalis aule vocate Late Porte in parochia Omnium Sanctorum in eodem die; quem admisimus in eius seruicium &c. Predictus Iohannes Auerayr [*sic*] petit securitatem pacis de Thoma Bocher & Thoma Smyth, moram trahentibus in villa de Nethir Heyworthe, in qua causa constituit dictum magistrum Lodowicum Iohn' suum procuratorem.

fol. 214r = cclxxr. Mar. 5, 1448/9.

Bulkeley commissarius.

In dei nomine Amen. Quinto die mensis Marcii anno domini millesimo CCCC quadragesimo VIII^uo^ ego Matheus Coke sane mentis, licet eger[3] in corpore, condo testamentum meum in hunc modum; in primis lego animam meam deo omnipotenti, beate Marie per suffragia omnium sanctorum, corpusque meum sepeliendum fore

[1] i. e. domino fundi.
[2] This entry has been crossed out.
[3] To judge from the date of the will he recovered from his illness and lived fifteen years more.

in cimiterio ecclesie parochialis sancti Egidii infra Uniuersitatem Oxonie; item lego matrici ecclesie Lincoln' II*d.*; item lego summo altari dicte ecclesie sancti Egidii pro decimis oblitis XII*d.*; item lego ad supportacionem luminis circa altare beate Marie ecclesie antedicte XII*d.*; item lego Thome Ockeley filio meo meam optimam togam; item volo quod duo cotagia mea in parochia sancti Egidii ville Oxonie situata, a Iohanne Page de Oxonia bruer & Ricardo Osbarne armigero[1] per me empta per auisamentum & discrecionem executorum meorum vendantur & de precio inde recepto debita mea soluantur, & quod residuum eiusdem ultra debita mea soluta remaneat Rose uxori mee. Item volo quod predictus Iohannes a quo emi illam domum quam inhabito executoribus meis aut eorum assignatis omnia munimenta, cartas & euidencias dicte domus ac seisinam eiusdem liberet & tradat, quando fuerit ei solutum de debito quod ei debeo; ob cuius securitatem dimisi cum dicto Iohanne possessionem dictorum munimentorum & liberacionem seisine. Residuum vero omnium bonorum meorum superius non legatorum, debitis meis plene solutis, do & lego Rose uxori mee & magistro Dauid Morlesse ad disponendum pro anima mea, prout eis videbitur expedire. Et eosdem ordino, facio & constituo meos executores per presentes. Dat' die, anno & mense predictis &c.

Sept. 5, 1464. Probatum est presens testamentum quinto die mensis Septembris anno domini millesimo CCCC sexagesimo quarto coram nobis magistro Bulkeley sacre theologie professore reuerendi in Cristo patris & domini, domini Georgii dei gracia Exoniensis episcopi ac Uniuersitatis Oxonie cancellarii commissario generali ac per nos approbatum, insinuatum & legitime pronunciatum pro eodem; commissaque est administracio omnium bonorum eidem testamento concernencium siue spectancium executoribus suprascriptis in forma iuris iuratis, quos ab ulteriori compoto nobis aut officio inde faciendo dimittimus & acquietamus, saluo iure cuiuscumque. In cuius rei testimonium sigillum cancellariatus Uniuersitatis Oxonie presentibus apposuimus &c.

Sept. 17, 1464. XVII die Septembris conuictus fuit coram nobis Iohannes Tayllour de parochia sancti Clementis quod ipse contra pacem domini regis extraxit daggarium suum ad percutiendum quendam Dionisium Taylour eiusdem parochie & hoc ipse confessus est, ac eciam IIII viri ibidem tunc presentes illud idem per sacramentum suum deposuerunt; pro quo facto dictus Iohannes Tayllour imprisonatus fuit & reddidit daggarium predictum & condempnatus fuit in IIII solidis Uniuersitati soluendis &c.

[1] He was squire bedel of arts.

Sept. 15, 1464. XV° die Septembris comparuit coram nobis Michaell Colley, & pro equo quodam arestato (nomine ipsius Michaelis)[1] cuiusdam domini[2] Iohannis Baker & eidem domino Iohanni adiudicato tanquam proprio, dictus tum Michael Colley obtulit se sponte & sub pena XL solidorum, eidem magistro[3] soluendorum si & quatenus deficeret in probatione quod dictus equs [*sic*] esset, prout asseruit tunc temporis erat, equs proprius cuiusdam magistri Boner, qui magister Iohannes Boner ut asseruit dictus Michael erat sibi obnoxius in XL solidis; & nos commissarius antedictus assignauimus sibi terminum ad XXII diem eiusdem mensis ad hoc probandum pro termino peremptorio in hora prima eiusdem diei; & ipso termino sic per nos assignato, & partibus suscipientibus scilicet tam dicto Michaele actore & dicto domino Iohanne Baker dictum terminum ad comparendum, cum decreto recesserunt; & nos elegimus fore procedendum ac de facto processimus secundum ius regni & non secundum statuta vel iura ciuilia vel municipalia. Sept. 22, 1464. Quibus die & hora aduenientibus non comparuit dictus Michael, parte rea predicta instante ut dimitteretur ab eius impeticione & cum refusione expensarum, necnon quod condempnaretur in dicta pena XL solidorum per eum prius promissa; et nos commissarius antedictus ipsum Michaelem pronunciauimus & in presenti pronunciamus contumacem & in penam contumacie ipsum reum absoluimus ab eius impeticione, [& ipsum Michaelem condempnamus in pena predicta XL solidorum per eum promissa in hiis scriptis, eidem magistro[4] Iohanni Baker soluenda infra octo dies sub pena excommunicacionis][5] & fore condempnandum in Mar. 12, 1464/5. iudicatis.[6] Item XII° die Marcii anno domini millesimo CCCC sexagesimo quarto comparuit coram nobis magistro Iohanne Caldebek, sacre theologie professore, reuerendi in Cristo patris & domini, domini Georgii dei gracia Exoniensis episcopi ac Uniuersitatis Oxonie cancellarii commissario generali Micael Colay; quoddam certificatorium per manus prouidi viri magistri Rogeri Bulkelegh scriptum iudicialiter exhibuit, cuius tenor sequitur et est talis:— Placeat dominacioni vestre considerare quod pars Michaelis predicti non obligauit se quouismodo coram me Rogero Bulkeley tunc commissario in pena aliqua parti aduerse applicanda si defecerit in probacione ut prefertur fienda.[7]

[1] These three words are added above the line.

[2] *magistri* has been corrected to *domini*, and so in two other places below.

[3] The scribe has forgotten to alter this to *domino*.

[4] Should be *domino*.

[5] The words in brackets have been carefully scratched through.

[6] The whole entry as far as this point is crossed through.

[7] This final paragraph explains why the previous part is crossed through; the Commissary had made an error in his record of the case, attributing to the plaintiff a promise which he did not make.

[1] Crossed out.

[2] fecerint, MS.

[3] Called Davidson above.

[4] Called Lambard above.

Bulkeley commissarius. fol. 214v = cclxxv.

XXV die Septembris fideiusserunt coram nobis commissario predicto Thomas Codeworth & Nicholaus Symon pro pensione aule vulgariter nuncupate Henkesehall domino fundi &c.[1] Sept. 25, 1464.

XXV die condempnatus est Robertus Glouer de parochia beate Marie virginis in XX*d.* soluendis magistro Iohanni Colles infra VIII dies proximo sequentes sub pena incarceracionis &c. Sept. 25, 1464.

XVIII die Septembris Willelmus Lambard, Iohannes Snowdone, Thomas Smyth coram nobis fideiusserunt pro Auisia uxore dicti Willelmi quod ipsa pacifice & quiete manebit inter proximos suos & specialiter versus Iohannem Dauidson & Agnetem uxorem suam, non inferendo eis seu eorum alteri verba litigiosa, contumeliosa, comminatoria seu scandalosa omnino in futurum sub pena XX solidorum, cuius una medietas erit ecclesie sancti Clementis ultra pontem orientalem, alia vero medietas Uniuersitati Oxonie applicabitur si possit probabiliter probari coram cancellario uel eius commissario generali quod contrarium fecerit[2] in aliquo predictorum &c. Sept. 18, 1464.

XX die eiusdem mensis Iohannes Tayllour[3] de parochia sancti Clementis, Iohannes Baker de parochia beate Marie virginis & Ricardus Fuller de parochia sancti Clementis coram nobis fideiusserunt pro Agnete uxore dicti Iohannis Tayllour, viz. quod ipsa pacifice & quiete manebit inter vicinos suos & specialiter se geret quiete & pacifice versus dictum Willelmum Barbour[4] & Auisiam uxorem suam non inferendo eis aut eorum alteri verba litigiosa, contumeliosa, comminatoria seu scandalosa omnino in futurum sub pena XX solidorum, cuius una pars siue medietas erit ecclesie sancti Clementis ultra pontem orientalem, altera vero medietas Uniuersitati Oxon' applicabitur si possit probabiliter probari coram &c. ut supra intitulatur &c. Sept. 20, 1464.

Primo die Octobris apparuit coram nobis magistro Rogero Bulkeley commissario reuerendi in Cristo patris & domini, domini Georgii &c. generali, Cecilia Lokewode abiurata a villa Oxonie & procinctu eiusdem nisi contingeret eam maritari infra procinctum eiusdem & honeste cum viro suo cohabitare; et quia nullam causam inueni expressam in registro quare compelleretur abiurare Oct. 1 1464.

villam predictam aut procinctum eiusdem, de eius conuersacione priore habito fidedigno testimonio & de sua imposterum conuersacione habenda, Ceciliam ab illa abiuracione predicta graciose absoluimus & ville predicte Oxonie restituimus sub condicione quod in loco honesto & bone fame maneat & honeste se gerat in futurum; et ad hoc fideliter obseruandum tactis sanctis dei euangeliis iuramentum prestitit corporale; unde & deputauimus ei locum ad inhabitandum in parochia sancte Marie Magdalene ubi caput cerue[1] est signum hospicii &c.

Oct. 2, 1464. Mem. quod secundo die mensis Octobris anno domini millesimo cccc sexagesimo quarto nos Rogerus Bulkeley sacre theologie professor reuerendi in Cristo patris & domini, domini Georgii Exoniensis episcopi huius alme Uniuersitatis Cancellarii commissarius generalis licenciauimus quendam Iohannem Wysdom de parochia Omnium Sanctorum Oxonie ad pinsendum siue pistandum in furno suo quociens opus fuerit in vigiliis sanctorum & sanctarum ieiunabilibus, ac eciam in Quadragesima, panes vulgariter nuncupatos wygges & symnelles,[2] sic quod non fiat in preiudicium artis communis pistorum sed ad proficuum communitatis Uniuersitatis & ville predicte Oxonie.

Oct. 2, 1464. Mem. quod eodem die secundo mensis Octobris conuictus fuit coram nobis Iohannes Templer molendinarius molendini Castri viz. quod ipse in perturbacionem pacis violenter percussit cum pugno Ricardum apparitorem domini officialis domini archidiaconi grauiter & eciam postea extraxit ab eo daggarium suum ut perforasset eum cum eodem, nisi quidam Iohannes Powys intermediasset; quem idem molendinarius cum dagario predicto vulnerauit in manu ad sanguinis effusionem & ipsum Ricardum male tractauit &c.; unde condempnatus est ad soluendum Uniuersitati IIII solidos & imprisonatus fuit &c.; inuenit fideiussorem Thomam Smyth de parochia sancti Petri in oriente & habet diem solucionis diem Concepcionis beate Marie proximo futurum.

fol. 215[r] = cclxxi[r]. Oct. 27, 1464. In dei nomine Amen. Anno domini MCCCCLXIIII vicesimo septimo die mensis Octobris, ego dominus Thomas Thorpe compos mentis & sane memorie condo testamentum meum in hunc modum. In primis lego animam meam deo omnipotenti, beate Marie &

[1] A list of some houses in the parish of St. Mary Magdalen (Twyne IV. 222) says that Lincoln College owned the Hert's Head about the year 1480. We can identify this inn with the house on the north side of the Cardinal's Hat (see *Balliol Deeds*, p. 80).

[2] Simnel was like a large biscuit.

omnibus sanctis & corpus meum sepeliendum in cimiterio ecclesie beate Marie virginis Oxonie; item lego ecclesie cathedrali Saresbiriensi VI*d.*; item lego ecclesie Colyngborne[1] IIII*d.*; item lego ecclesie beate Marie virginis Oxonie III*d.*; item ecclesie sancti Edwardi Oxonie VI*d.*; item lego magistro Iohanni Spryngbet principali aule vocate Bekett' [*sic*] Yn[2] X*s.* vel valorem & meum antiquum portiforium; item lego Iohanni Newman scolari VI*s.* VIII*d.* & unum matrale.[3] Residuum vero bonorum meorum do & lego magistro Iohanni Spryngbet & Iohanni Newman executoribus meis ad disponendum pro anima mea prout[4] eis videtur secundum discrecionem eorum.

Nov. 6, 1464. Probatum est presens testamentum sexto die mensis Novembris anno supradicto coram nobis magistro Thoma Chaundeler sacre theologie professore reuerendi in Cristo patris ac domini, domini Georgei [*sic*] dei gracia Exoniensis episcopi ac Uniuersitatis Oxonie cancellarii commissario generali & per nos approbatum, insinuatum & legitime pronunciatum pro eodem, commissaque est administracio omnium bonorum idem testamentum concernencium siue spectancium executoribus suprascriptis in forma iuris iuratis, quos ab ulteriori compoto nobis aut officio inde faciendo dimittimus & acquietamus, saluo iure cuiuscumque. In cuius rei testimonium sigillum cancellariatus Uniuersitatis Oxonie presentibus apposuimus.

Oct. 31, 1464. In dei nomine Amen. Ultimo die mensis Octobris anno domini MCCCCLXIIII coram venerabilibus viris Iohanne Martyn, Willelmo Gybson & multis aliis ego Willelmus Bechampe, sanus animam sed eger corpus, condo testamentum meum in hunc modum. In primis lego animam meam omnipotenti deo, beate Marie & omnibus sanctis eius, corpusque meum ad sepeliendum in cimiterio ecclesie beati Petri Oxonie in oriente; item lego ecclesie cathedrali Lincoln' II*d.*; item vicario pro decimis meis oblitis IIII*d.*; item lego Willelmo Gybson IIII*d.*; item lego cuilibet altari dicte ecclesie sancti Petri II*d.*; item lego duas vaccas uxori mee, una existente apud Chestertone & alia domi mecum; item lego Iohanni Martyn unum buculum[5] brandit; item lego Roberto filio uxoris mee unam parvam vaccam; item lego Iohanne Westen filie Iohannis Weston unum vitulum qui est secum; item lego uxori mee unam pelvim; item lego Iohanne aliam pelvim; item lego Iohanni Weston unam togam sanguineam; item lego Iohanni fratri meo unam togam

[1] Collingbourne, Wilts.

[2] Beke's Inn is meant, see fol. 209[v]. It was in the parish of St. Edward.

[3] Mattress; Ducange gives *matracium* and *matratum*, but not the form *matrale*.

[4] pro, MS.

[5] Bullock.

russetam; item lego Willelmo fratri meo meam togam viridem; item lego Margarete filie uxoris mee unam aliam pelvim; item eidem Margarete unam patellam cum duobus handyll'; item lego Roberto predicto aliam patellam maximam; item eidem unam pelvim; item lego Roberto & Margarete duo candelabra. Residuum vero omnium bonorum meorum non legatorum do & lego uxori mee, ac ordino executricem meam ad faciendum pro me & anima mea orandum.

Hec sunt in quibus alii tenentur Willelmo Beuchampe; in primis Iohannes Smyth de Garslyngton[1] xii*d.* pro uno bove; item Willelmus Sadesden de Chesterton iii*s.* vi*d.* Hec sunt cetera in quibus teneor aliis; in primis Iohanni Genyn pandoxatori pro uno gardino.

Nov. 7, 1464. Probatum est presens testamentum septimo die mensis Nouembris anno supradicto coram nobis magistro Thoma Chaundeler sacre theologie professore ac Uniuersitatis Oxonie commissario generali & per nos approbatum, insinuatum & legittime pronunciatum pro eodem, commissaque est administracio omnium bonorum idem testamentum concernencium siue spectancium executrici suprascripte in forma iuris iurate, quam ab ulteriori compoto nobis aut officio inde faciendo dimittimus & acquietamus, saluo iure cuiuscumque. In cuius rei testimonium sigillum cancellariatus Uniuersitatis Oxonie presentibus apposuimus &c.

fol. 215v =cclxxiv. Nov. 22, 1464. xxii° die mensis Nouembris comparuit coram nobis magistro Laurencio Cokkys, tunc commissario, magister Robertus Kaynell decretorum doctor et renunciauit iuri principalitatis quod habuit in aula que vulgariter nuncupatur Henxyhall in presencia nostra et duorum aliorum fidedignorum Thome Kudworth et Iohannis Wodstoke, et peciit fideiussores dimitti quos inuenit pro anno isto scilicet a festo Michaelis anno domini mccccclxiiii^to^, pro eo quod eodem tempore induxit quemdam magistrum Iohannem Parys qui omnia onera dictam principalitatem concernencia subire promisit coram nobis pro anno instanti, et datis fideiussoribus exposuit coram nobis caucionem antedictam magister Iohannes Parys, quam accepimus & in fideiussores suos admisimus Iohannem Wodstok et Thomam Kudworth; unde doctorem antedictum pro anno instanti tantum dimisimus nec aliter nec alio modo, necnon & fideiussores suos Thomam Kudworth et Nicholaum Seman.

Nov. 27, 1464. Coram nobis commissario pro tunc magistro Thoma Pierson xxvii° die mensis Nouembris Iohannes Lawrence scissor posuit se

[1] Perhaps Garshyngton, i. e. Garsington.

in seruicio magistri Lodewici Iohn' principalis aule Latarum Portarum in parochia Omnium Sanctorum, ad cuius seruicium nos ipsum eodem die admisimus.

xxviii° die eiusdem mensis Dauid Lynyan recognouit coram nobis commissario predicto se debere venerabili patri Iohanni abbati de Osneya xiii*s.* iiii*d.* legalis monete Anglicane, quam summam coram nobis predicto commissario promisit se soluturum eidem abbati uel eius successori fide media in festo Pasche proximo futuro. **Nov. 28, 1464.**

xxix° die eiusdem mensis coram nobis commissario predicto exposuit caucionem pro aula Taurina magister Iohannes Ioyce, et exhibuit fideiussores pro pensione Matheum Dymmoke & Willelmum Lyon &c. **Nov. 29, 1464.**

xxix° die eiusdem mensis comparuit coram nobis commissario predicto Iohannes Skydmore asserendo se esse mancipium collegii monachorum ordinis Cisterciensis[1] & hoc probavit per tres religiosos eiusdem loci viz. Radulphum Harbotell, Robertum Charley et Willelmum Huntte & sic petebat se admitti ad priuilegium seruientibus scolarium indultum, quem nos autoritate qua fungimur admisimus &c. **Nov. 29, 1464.**

Primo die Decembris coram nobis magistro Laurencio commissario comparuit Iohannes Coggys de Frylford in comitatu Barkschyre et constituit magistrum Humfridum Hawerdene et dominum Iohannem unumquemque per se & in solidum coniunctim & diuisim cum clausula substituendi in causa quam habet contra Iohannem Hore pandoxatorem & alios quoscumque cum omnibus clausulis consuetis et requesitis [*sic*], ad recipiendum et acquietandum de receptis in causa antedicta & aliis quibuscumque. **Dec. 1, 1464.**

viii° die mensis Decembris comparuit coram nobis magistro Laurencio Cokkes commissario Iohannes Hore de Oxonia pandoxator et promisit sub pena incarceracionis se soluturum Iohanni Coggs de Frylford in comitatu Barkshire eiusve procuratori die Mercurii proximo futuro xiii*s.* iiii*d.* et die Sabbati extunc proximo sequente vi*s.* viii*d.*, deinde in festo Purificationis proximo sequente x*s.*, et in festo Annunciacionis proximo extunc sequente xiii*s.* iiii*d.*; et promisit insuper quod si in aliquo terminorum predictorum in solucione defecerit predictam penam incarceracionis omnino et indeclinabiliter subibit. **Dec. 8, 1464.**

[1] i. e. St. Bernard's College.

Eodem die et anno supradicto promisit dominus Iohannes Haddone antedicto Iohanni Hore quod si in duobus primis terminis fideliter satisfecerit iuxta predictam conuencionem, quod tradet aut tradi faciet unam togam blodii coloris furruratam cum fischewys et in fine aut euentu omnium solucionum tota pignora de dicto Iohanne capta, excepta una olla magna, fideliter & integre restituentur; pro qua tamen excepta exactissime laborabit procurator antedicti Iohannis Coggys; et si facta diligencia recuperare non potuerit, allocabuntur eidem Iohanni Hore vs. vii*d*.

fol. 216r =cclxxiir. Dec. 15, 1464. XV° die Decembris comparuit coram nobis Philippus Gay et presentauit fideiussores Iohannem Mylene et Iacobum Herford ad fideiubendum pro dicto Philippo quod stabit laudo & arbitrio magistrorum Iohannis Ludford et Reginaldi Stone in quadam causa mota inter eum et Thoma Mustell pro quodam equo, cella et freno et summa quinque solidorum sub hac forma:—si contingat laudum ferri per eosdem inter partes predictas ante festum Natalis domini extunc proximo sequens, pars dicti Philippi parebit laudo; & si dicti magistri infra dictum tempus concordare nequiuerint, quod tunc magister Iohannes Kyng si voluerit, aut ipso recusante Iohannes Bartone erit impar inter partes predictas usque ad festum Purificacionis beate Marie proximo sequens; qui si laudauerit, dictus Philippus parebit cum effectu. Et fideiussores antedicti ad premissa obseruanda in toto & in parte obligarunt se sub pena iiii marcarum. Et idem Philippus promisit saluare fideiussores suos indempnes & ad hoc obligauit se in quinque marcis. Ultra predictus idem Philippus prestitit caucionem sufficientem de non trahendo hanc materiam adextra, et dictam caucionem admisit Thomas antedictus, cum qua reputauit se contentum.

Dec. 15, 1464. XV° die mensis Decembris anno domini mccccclxiiii° comparuit coram nobis magistro Laurencio Cokkys tunc commissario generali et iudicialiter condempnatus fuit Willelmus Haddysley pelliparius ad soluendum magistro Thome Sadler x solidos quos soluere se ipsum constituit sub pena excommunicacionis infra octo dies a tempore facte condempnacionis numerandos.

Feb. 9, 1464/5. IX die mensis Februarii comparuit coram nobis magistro Laurencio Cokkys tunc commissario magister Grene principalis aule Albe & sufficienter ostendit quod Reginaldus Rede est et fuit in seruicio suo, recipiendo ab eo annuatim salarium a statuto requisitum.

Feb. 13, 1464/5 XIII° die mensis Februarii anno domini mccccclxiiii comparuit

coram nobis magistro Laurencio Cokkys tunc commissario Oliuerus pelliparius et promisit sub pena x marcarum iudicialiter sistere quendam Iohannem Westwyke, quandocumque legitime fuerit requisitus, ut respondeat Iohanni Guc dysworthe pellipario in causis quas contra eum mouere intendit. Et eodem die prestitit dictus Oliuerus caucionem pro dicto Iohanne Westwyke de non trahendo adextra sub pena xx librarum.

Jan. 16, 1464/5. XVI die Ianuarii Iohannes Stoktone de Frome in Selwode coram nobis Laurencio Cokkys tunc commissario & magistro Peyntour procuratore australi cessit accionem suam magistro Iohanni Ludford quam habuit contra Alanum Colet de Nova Sar*esbiria* & Iohannem Seman aldreman ac magistrum Iohannem Fytz-Robert fideiussores dicti Alani pro xiiii libris, qui Iohannes Stoktone iurauit secundum formam statuti in materia cessionis editi.

Feb. 9, 1464/5. IX° die Februarii comparuerunt coram nobis Laurencio Cokkys tunc commissario magister Iohannes Ludford & Iohannes Seman aldreman, & petitum fuerat ex parte dicti magistri Iohannis quod cum dictus Iohannes Seman erat fideiussor cuiusdam Alani Colet in xiiii libris legalis monete Anglie versus quendam Iohannem Stoktone de Frome in Selwold in comitatu Somerset, eo quod dictus Iohannes Stoktone omne ius suum predicto magistro Iohanni cessit, peciit ideo dictum Iohannem Seman predictus magister in dictis xiiii libris condempnari & ad solucionem artari, dictusque Iohannes Seman petita confessatus est; peciit tamen terminum ad dominum principalem exhibendum & datus est sibi terminus usque ad horam primam diei vicesimi primi eiusdem mensis.

fol.216v= cclxxiiv. Dec. 21, 1464. Mem. quod xxi die mensis Decembris coram nobis magistro Iohanne Caldbek venerabilis in Cristo patris & domini, domini Georgii Neuylle Eboracensis archiepiscopi commissario, apparuit quedam Iohanna Baker uxor Iohannis Baker de parochia sancti Petri in oriente, que quidem Iohanna confessa est atque iuramento confirmauit se nunquam peperisse aut prolem in mundum produxisse. Acta sunt hec coram predicto commissario die et mense predictis, presentibus magistro Hugone Kyrkland & magistro Iohanne Bowere sacre theologie bachallariis.

Dec. 31, 1464. Ultimo die Decembris anno domini supradicto dominus Iacobus Porter exhibuit nobis caucionem pro aula Aristotil quam admisimus in forma iuris. Et idem Iacobus compar*ens* in secundo die Ianuarii induxit fideiussores viz. Nicholaum Kele & Thomam Carter pro pensione eiusdem aule soluenda domino fundi &c.

Jan. 2, 1464/5. 2° die Ianuarii anno domini MCCCCLXIIII° comparuit coram nobis Oliuerus Skynner alias Seriant de Oxonia et fideiussit pro Ricardo Webbe de Bristow coriour de iudicio sisti & pro procuratore eius iudicatum[1] solui sub pena centum solidorum in quadam accione iniuriarum quam Thomas Forde de Oxonia proposuit & prosequi intendit contra dictum Ricardum Webbe. Fideiussit insuper Oliuerus predictus sub pena predicta pro prefato Ricardo quod ipse Ricardus non vexaret dictum Thomam extra presinctum Uniuersitatis nostre[2] in dicta causa ad interim sub predicta pena centum solidorum parti dicti Thome applicanda.

Jan. 26, 1464/5. Mem. quod XXVI die mensis Ianuarii comparuit coram nobis Thoma Pereson sacrorum canonum professore tunc temporis commissario dominus Iacobus Benett scolaris, cuius rogatu nos dedimus decretum de appreciando bona domini Roberti Akastre bachallarii in artibus dicto domino Iacobo impignorata & de dictis bonis creditoribus satisfaciendo &c.

fol. 216a[r]= [cclxxv[r]]. Ap. 2, 1465. Secundo[3] die Aprilis comparuit coram nobis I[. . . . . .] Alicia Wapse uxor Wapse de parochia sancti Petri in oriente que sacrosanctis tactis euangeliis [iurauit] se nunquam intraturam domum [ ] caryour [vel] locum suspectum scienter cum eodem, [et si] depost violatrix inventa fuerit, penam bannicionis [incurret].

216a[v]. [men]sis Aprilis comparuit coram nobis magistro I. Caldbek commissario generali [ ] filia Ricardi Bryssell de parochia Holywelle que [tactis sacro]sanctis euangeliis iurauit se vitare loca suspecta nec adherere personis [suspecti]s; promisit insuper se non ultra seruare tabernam in domo patris sui sub pena carceris. Iurauit eciam predictus Ricardus Bryssell seruare predictam filiam suam in bono & honesto regimine quantum in ipso est et excludere omnes personas suspectas a domo sua predicta, unde possit oriri scandalum sub pena XL solidorum, et quod ultra non seruabit tabernam in domo sua predicta sub pena summe predicte.[4]

Thomas Smythe, anno domini 1465.

fol. 217[r]= cclxxvii[r]. May 18, 1465. Decimo octauo die Maii dominus Philippus Iohn legitime conuictus est de perturbacione pacis & percussione cum baculo & percussione cum pugno.

[1] 'and that the judgment shall be paid by his proctor'.
[2] This word is doubtful.
[3] Two leaves have been cut out before this page. Of fol. 216a only a small part remains.
[4] One page has been cut out after this.

Item penultimo die Maii dominus Phllippus Iohn' exhibuit fideiussores pro pace seruanda versus Iohannem Ketyll de Oxonia & suos ac ceteros quoscumque legios, hos duos viros viz. Thomam Morys alias Taylor & Iohannem Myllen de Oxonia predicta & unusquisque fideiussorum predictorum scilicet T. Morys & I. Myllen obligauit se in summa XL librarum legalis monete Anglie & quilibet eorum in totum & in solidum quod predictus dominus Philippus Iohn pacem securam seruet, ut predictum est. May 30, 1465.

Item penultimo die Maii predicti dominus Philippus Iohn & Iohannes Ketyll pro omnibus & singulis accionibus personalibus & realibus preterquam in m*ateri*a pacis a principio mundi usque in diem prescriptum scilicet penultimum diem Maii compromiserunt in istos viros videlicet magistrum Walterum Hylle & Willelmum Dagvyle aldermannum ex parte predicti domini Philippi & magistrum Iohannem Hulle & Iohannem Clerk aldermannum ex parte predicti Iohannis Ketyll, sic quod si predicti 4[or] viri scilicet Walterus Hylle, W. Dagvyle, I. Hulle & I. Clerk finem pacificum posuerint pro singulis accionibus predictis citra festum vel in festo Natiuitatis sancti Iohannis Baptiste proximo futuro post datam presencium tunc quilibet eorum scilicet predictorum compromittentium videlicet dominus Philippus Iohn' & I. Ketyll obligat se stare laudo & arbitrio quatuor virorum predictorum sub pena decem librarum legalis monete Anglie. May 30, 1465.

Item penultimo die Maii anno domini supradicto comparuit coram me magistro T. Smythe comissario predicto Iohannes Harrys bedellus ex parte una & Iohannes Denton ex parte altera, qui Iohannes peciit securitatem a predicto Iohanne nomine suo & matris sue de non trahendo materiam adextra; tandem comunicacione hinc inde habita compromiserunt sub forma sequenti viz. in magistros Thomam Persun & Thomam Walton & promisit dictus Iohannes Denton nomine matris sue & Iohannes Harrys nomine proprio se obseruaturos laudum si quod protulerint dicti compromissarii sub pena viginti librarum legalis monete Anglie, fide hinc inde in manu dicti iudicis prestita, infra quindenam post festum Translacionis sancti Thome martiris proximo futuro; & casu quo dicti compromissarii laudum seu arbitrium infra predictum tempus non protulerint, partes predicte commissarium quemcumque pro tempore existentem in imparem assumpserunt & elegerunt dantes & concedentes eidem sub penis predictis potestatem omnimodas contrauersiam, querelam, demandam seu litem ante diem confeccionis presencium inter matrem dicti Iohannis Dentone & prefatum Iohannem Harrys finiendi, determinandi, May 30, 1465.

laudandi ac arbitrandi, prouiso tamen ut dictus impar suum laudum, sentenciam seu arbitrium infra octabas Michaelis proximo sequentes protulerit.

May 30, 1465. Penultimo die Maii anno domini supradicto fatebatur coram nobis magistro T. Smythe comissario generali Uniuersitatis Oxonie dominus Georgius Warde bachularius iuris ciuilis quod Ricardus Laȝtone shomaker erat famulus suus conductus ad seruiendum sibi per annum pro salario competenti & idem Ricardus promisit se fideliter seruiturum sibi; quem facta fide ad seruandum [priuilegia Uniuersitatis admisimus].[1]

fol.217v= cclxxviiv.

R. Ixworth.

June 8, 1465. Mem. quod Iohannes Carpentyr alias Tryer de parochia Omnium Sanctorum VIII° die mensis Iunii comparuit coram Roberto Ixworthe sacrorum canonum professore commissario generali &c. in collegio vulgariter nuncupato Glowceter College, vocatus ad instanciam Dauid Iohn' scolaris de collegio Londone & fatebatur iudicialiter se indebitatum eidem Dauid in IIS. & VIII*d.*, in quibus prefatus comissarius ipsum Iohannem Carpenter predictum prefato Dauid Iohon' condempnauit & sibi satisfacere mandauit de summa predicta infra octo dies sub pena incarceracionis. Et si contingat eundem Dauid Iohn' absentem fore, Rogerum Ion' de collegio London prenominato procuratorem legitimum constituit coram eodem commissario cum sufficienti ad hoc mandato ut sibi infra idem tempus fiat solucio sub pena predicta.

June 7, 1465. In dei nomine Amen. Septimo die Iunii anno domini MCCCCLXV^to^ ego Dauid Turnour compos mentis licet eger corpore condo, ordino & facio testamentum meum in hunc modum. In primis lego animam meam deo omnipotenti, beate Marie & omnibus sanctis corpusque meum ad sepeliendum infra ecclesiam apostolorum Petri & Pauli[2] in oriente Oxonie. Item lego ad utilitatem ecclesie eiusdem unam crateram argenteam in recompensam sepulture mee in eadem & ut particeps fiam suffragiorum pro benefactoribus inibi effundendorum. Item lego unam mappam de diaper & manutergium ad ecclesiam sancte Margarete in Suthwork ubi sepeliuntur parentes mei. Item lego magistro Thome Lee meliorem murram meam & VII nobilia aurea antiqui cunagii una cum toga mea nigra, desiderans ipsum parentes meos Ricardum Turnour, Willelmum ȝetter & Iohannam Turnour & me Dauid Turnour in suis oracionibus habere commendatos. Item lego magistro Iohanni Fyscher meam aliam murram una cum XIIIS. IIII*d.* sub consimili desiderio. Item lego fratri meo Iohanni Reede salsarium meum argenteum cum operculo suo & zonam vocatam le fenyce coorse[1] & anulum meum argenteum sigillatorium ac quatuor paria linthiaminum que sunt in sua custodia Londonie cum quadam mensa, olla optima enea & cum maxima patella. Item lego Edithe uxori predicti fratris mei zonam meam de corio deargentatam & duos anulos aureos. Item lego Alicie filie predicti fratris mei VI coclearia argentea cum parua ollula. Item lego duabus filiabus sororis mee Isabelle duas zonas blodeas deargentatas, & unum par precularum de corall' seniori earum, quibus eciam lego VI coclearia & unum duodenarium parapsidum de stagno cum duobus ollis eneis & duabus simplicioribus patellis meis, sic tamen quod si una illarum ante annos pubertatis & mature etatis obierit tunc sors sua superstiti cedat, & si neutra earum huiusmodi annos attigerit tunc hec bona prenotata per executores meos disponantur. Item lego auunculo meo Willelmo Gybson & uxori eius duos anulos argenteos, omnia candelabra mea Londonie & secundariam patellam meam. Item Radulpho Bygoode unum nobile aureum cum cocliari usuali & omnibus libris meis grammaticalibus. Item domino Stephano Sawndr' meum meliorem pectinem. Item lego Iohanni Martone omnes libros meos logicales cum toga curta. Item lego Umfrido Euerarde omnes libros meos vocatos primers. Item lego uxori eiusdem Umfridi meam togam de violett & omnia linthiamina Oxonie existencia. Residuum vero bonorum meorum superius non legatorum do & lego executoribus meis ut ipsi de hiis disponant prout melius viderint pro salute anime mee, quos ordino & constituo magistrum Thomam Lee et fratrem meum Iohannem Reede.

June 10, 1465. Probatum est presens testamentum x die Iunii anno domini MCCCCLXV^to^ coram nobis magistro Roberto Ixworth sacrorum canonum professore Uniuersitatis Oxonie commissario generali & per nos approbatum, insinuatum & legittime pronunciatum pro eodem; et quia alter infrascriptorum executorum, videlicet Iohannes Rede, infrascripti testamenti onus executionis vel administracionis coram nobis subire, prout probabiliter fuerimus cerciorati, penitus recusauit, idcirco infrascripto magistro Thome Lee in forma iuris iurato admissa est administracio omnium bonorum idem testamentum concernencium et infra nostre Uniuersitatis precinctum . . .[2]

[1] The foot of the page is torn. The words in brackets are conjectural.

[2] For this dedication see vol. I, p. 287.

[1] *Coorse* means *girdle*; Phoenix is sometimes spelt fenyce.

[2] The rest of the page is torn.

fol. 218r = cclxxviiir.

T. Smyth sacre theologie professor.

May 31, 1465. In dei nomine Amen. Ultimo die Maii anno domini MCCCCLXV ego magister Henricus Barforthe[1] compos mentis condo testamentum meum in hunc modum. In primis lego animam meam deo, sancte Marie & omnibus sanctis corpusque meum sepeliendum in ecclesia sancte Marie in Oxonia. Item lego totum lectum meum principalem matri mee, togam optimam meam preter unam[2] togam que nouiter erat facta; item eidem matri mee duo nobilia [et] duo cocliaria argentea. Item lego sorori mee secundam togam meam & unum cocliare argenteum & unum nobile. Item lego fratri meo Rogero terciam togam meam longam. Item lego Iohanni fratri meo veterem meam togam curtam. Item lego marito sororis mee bombicinum[3] meum & galliam[4] meam cum deploide & cum caligis meis optimis usualibus, eciam cum sotularibus meis optimis. Item lego Iohanni fratri meo ultimum par caligarum mearum. Item lego cuilibet executorum meorum VIS. VIIId.; item lego Willelmo filio sororis mee portiforium; item lego vicario VIIId.; item lego magistro Benett VIIId., item lego magistro principali VIIId. sub ista condicione quod presencialiter intersint exequiis meis & misse in crastino, & cuilibet presbetero [*sic*] tam in villa[5] quam extra IIIId. usque ad summam XXIIII presbeterorum sub condicione quod sint ad exequias meas & ad missam meam, & cuilibet scolari non presbetero usque ad summam duodecim scolarium tam intra quam extra II denarios. Item lego magistro Foster VIS. VIIId.; item lego Agneti Potter unum salarium de argento deaurato cum quadraginta denariis. Item lego cuilibet presbitero in die triennali [*sic*] meo usque ad summam duodecim presbiterorum sub illa condicione quod sint presencialiter ad exequias meas & ad missam meam in crastino IIIId., & cuilibet scolari tam infra quam extra usque ad numerum sex scolarium in eodem die, cum predicta conditione bene servata, II denarios. Item lego Gabrieli Goldsmyth unum librum qui vocatur Cananee.[6]

June 11, 1465. Probatum est presens testamentum undecimo die Iunii anno domini MCCCCLXV coram nobis magistro Thoma Smythe sacre theologie professore Uniuersitatis Oxonie commissario generali & per nos insinuatum & legittime pronunciatum pro eodem, commissaque est administracio omnium & singulorum bonorum dictum testamentum concernencium magistro Iohanni Rows in artibus magistro & Iohanni Potter de Oxonia in forma iuris iuratis;

[1] Henry Berforth was B.A. in Dec. 1456; the Register for 1461 and the last part of 1460 is wanting.
[2] preter unam, repeated in MS.
[3] Scarf? [4] Hat? [5] Vila, MS.
[6] The will ends abruptly, but space has been left in the MS. for the completion of it.

demum computauerunt cum officio & dimissi sunt salvo iure cuiuscumque.

Et quia executores per testatorem instituti onus exequendi dictum testamentum penitus recusarunt scilicet certis ex causis eos mouentibus, commissa est auctoritate nostra administracio singulorum bonorum dictum testamentum concernencium, prestitis tamen prius legittimis iuramentis, magistro Iohanni Rows & Iohanni Potter.

June 14, 1465. Item XIIII° die Iunii coram nobis magistro Thoma Smythe sacre theologie professore comparuit quidam Iohannes Templer ac sponte, pure & absolute domino Lodewico Ion scolari fecit ac donauit cessionem cuiusdam accionis negociorum gest*orum* ac alterius cuiuscumque accionis que prefato Iohanni competebant aduersus Willelmum Walker de Stanlake in comitatu Oxonie situata, quarum pretextu predictus Willelmus fuit et est obnoxius ac indebitatus predicto prelibato Iohanni in sex solidis sterlingorum bone & legalis monete Anglie.

fol. 218v = cclxxviiiv.

Smyth.

June 11, 1465. Probatum est testamentum domini Rogeri Dauy scolaris, rectoris ecclesie parochialis de Long Kyrchehyl[1] undecimo die Iunii anno domini MCCCCLXV coram nobis magistro Thoma Smythe commissario generali Uniuersitatis Oxonie & per nos approbatum, insinuatum & legitime pronunciatum.

June 15, 1465. Item XV die mensis Iunii comparuit coram nobis magistro Thoma Smythe sacre theologie professore Uniuersitatis Oxonie commissario generali Walterus Waghen communis serviens balliuorum ville Oxonie; notorie suspectus de recepcione meretricum in domo sua obligauit se de amodo non recipiendo in decem libris.

June 17, 1465. Item XVII die Iunii comparuit coram nobis magistro Thoma Smythe sacre theologie professore tunc commissario generali Uniuersitatis Oxonie Nicholaus Basshyngere scissor seruus Thome More scissoris & conuictus de perturbacione pacis multatus est iuxta statutum 'Cum effrenat'' in VI solidis & VIIId.

June 17, 1465. Item eodem die comparuerunt coram nobis magistro Thoma Smythe sacre theologie professore tunc commissario generali Uniuersitatis Oxonie Thomas Aldirton de Londoniis carnifex & Robertus Perkyns pandoxator ville Oxonie & peciit dictus

[1] Long Crichell, Dorset.

Robertus Perkyns a dicto Thoma Aldirton de non trahendo materiam adextra & dictus Thomas Aldirton prestitit fidem quod nunquam vexaret eum, scilicet dictum Robertum, pro aliqua causa ante diem confeccionis presencium habita siue inter illos contracta in aliqua curia quam in curia cancellarii Uniuersitatis Oxonie.

June 18, 1465. XVIII die Iunii comparuit coram nobis magistro Thoma S. sacre theologie professore [*blank*] Morton bachalarius iuris ciuilis conuictus de percussione cum daggario, et multatus est iuxta statutum 'Cum effrenat'' in x solidis ante Pascha soluendis.

June 18, 1465. XVIII die Iunii comparuit coram nobis magistro Thoma Smythe sacre theologie professore Uniuersitatis Oxonie commissario generali dominus W. Ap Fluen et fideiussit pro Thoma Luffnam carnifice pro XI libris vs. penes Fuc' Croxhall dispensatorem collegii Cantuarie usque in horam sextam post nonam proximo sequentem; qua hora neque per se neque per alium comparuit; deinde sibi assignauimus horam primam post prandium diei sequentis, neque comparuit. Quare ipsum W. antedictum quia prefatum Thomam principalem debitorem in iudicio non produxit legittime procedentes condempnauimus in eadem summa.

June 18, 1465. XVIII° die Iunii comparuit coram nobis magistro Thoma Smythe sacre theologie professore Uniuersitatis Oxonie commissario generali Thomas Luffnam conuictus de adulterio et condempnatus est in curia in VIS. VIII*d*. in penam eiusdem peccati ante Natale soluendis.

fol. 219r = cclxxixr. June 22, 1465. Item XXII die Iunii comparuit coram nobis magistro T. Smyth Iohannes Gyfford & fideiussit pro quadam Beatrice Cobbys pro sedecim solidis annuis reditus soluendis Iohanni Clife ante festum Michaelis sub pena triginta solidorum.[1]

June 24, 1465. Item XXIIII die Iunii rector ecclesie sancti Aldati constituit dominum Lodewicum Ionys procuratorem suum in omnibus causis.

June 23, 1465. In dei nomine Amen. Anno domini MCCCCLXV^to^, XXIII die Iunii ego Nicholaus Rundell compos mentis condo testamentum meum in hunc modum. In primis lego animam meam deo corpusque meum sepeliendum in ecclesia seu capella beate Marie Oxonie. Item lego sorori mee seniori unum linthiamen cum labell*is*.[2] Item sorori mee Elizabethe par cultellorum harneyist; item iuniori

[1] This entry has been crossed out. [2] Lappets.

sorori aliud par cultellorum cum pari precularum. Disposicionem vero bonorum meorum committo magistro Thome Parys et domino Iohanni Baker, ita quod funeralibus peractis debitisque solutis residuum bonorum parentibus transmittatur.

July 1, 1465. Probatum est hoc testamentum primo die Iulii anno domini MCCCCLXV coram nobis magistro Thoma Smythe sacre theologie professore Uniuersitatis Oxonie commissario generali et per nos approbatum, insinuatum et legittime pronunciatum pro eodem. Et quia alter executorum nominatorum presens non est scilicet dominus Iohannes Baker, ideo commissa administracio magistro Thome Parys, in forma iuris iurato, omnium bonorum dictum testamentum concernencium, quem ab ulteriori compoto nostro officio fiendo dimittimus, saluo iure cuiuscumque. In cuius rei testimonium sigillum commune officii cancellariatus Oxonie presentibus apposuimus.

Magister I. Caldbek.

fol. 219v = cclxxixv. July 11, 1465. Undecimo die mensis Iulii Thomas Taylor de parochia sancti Petri in oriente legittime conuictus est de lacione arcus contra pacem Uniuersitatis & satisfecit Uniuersitati; eciam iuratus est ad pacem seruandam versus omnes legios domini regis in futurum.

Eodem die conuictus est ex ore proprio Nicholaus Baxyndyn famulus Thome Taylor predicti de lacione baculi contra pacem Uniuersitatis.

July 6, 1465. In dei nomine Amen. Sexto die mensis Iulii anno domini MCCCCLXV ego Robertus Coke compos mentis condo testamentum meum in hunc modum. In primis lego animam meam deo omnipotenti, beate Marie & omnibus sanctis corpusque meum sepeliendum in cimitorio sancti Petri in oriente. Item lego ecclesie Lincolniensi II denarios. Residuum vero bonorum meorum do & lego Alicie uxori mee ut ipsa disponat pro anima mea prout melius & salubrius viderit expedire; his testibus Roberto sancte Trinitatis, Iohanne Coke & aliis.

July 11, 1465. Probatum fuit hoc presens testamentum coram nobis magistro Iohanne Caldbek commissario generali et commissa est administracio eiusdem executrici infrascripte in forma iuris iurate, que dimissa est a compoto inde reddendo, saluo iure cuiuscumque. Acta sunt hec undecimo die mensis Iulii.

June 27, 1465. In dei nomine Amen. Vicesimo septimo die Iunii anno domini MCCCCLXV ego Dionisius Turnour sanus mente licet eger corpore condo & facio testamentum meum in hunc modum. In primis lego

animam meam deo omnipotenti &c. et corpus meum ad sepeliendum in cimiterio ecclesie parochialis mee. Item lego ornamentis ecclesie eiusdem VIII denarios. Omnia alia bona do & lego uxori mee quam constituo executricem meam ad distribuendum illa prout ei videatur consonum pro anima mea & animabus omnium fidelium defunctorum; hiis testibus domino Stephano Sawndres, [*blank*] Steynor & [*blank*] Taylor.

July 12, 1465. Probatum fuit hoc presens testamentum coram nobis magistro Iohanne Caldbek commissario generali & commissa est administracio eiusdem executrici infrascripte in forma iuris iurate, que dimissa est a compoto ulteriori inde reddendo, saluo iure cuiuscumque. Acta sunt hec XII die mensis Iulii.

July 14, 1465. Mem. quod 14° die Iulii comparuit coram nobis magistro Iohanne Caldbek commissario generali Thomas Palas, pincerna collegii Merton, qui confessus est ipsum fore indebitatum Nicholao Hugh in VIS. VIII*d.*; quam quidem summam promisit se soluturum in duobus terminis videlicet in festo sancti Bartholomei & in festo sancti Michaelis archangeli proximo futuro sub pena decem solidorum applicandorum eidem Nicholao in casu quod prefatus Thomas non obseruauerit predictos dies.

July 10, 1465. Decimo die mensis Iulii duo scolares de aula Porcionistarum, quorum unus vocatur Walterus Godlyf & alter T. Bylley, percusserunt cum gladiis quendam Willelmum Thomas; unde & conuicti sunt.

July 31, 1465. Ultimo die Iulii magister Ricardus Bernys conduxit in seruum suum Iohannem Prekard pro toga per annum precii VIS. VIII*d.*

fol.220r = cclxxxr. July 9, 1465. Nono die Iulii coram nobis magistro Iohanne Caldbek electi sunt in arbitros inter predictos scolares Walterum & Thomam ex una parte & Willelmum Thomas ex altera parte magister Walterus Stephens, magister Iohannes Arnald, magister Iohannes More & magister W. Iohns ad arbitrandum inter predictas partes quoad omnes acciones reales & personales; et undecimo die mensis eiusdem comparentes coram nobis predicti arbitri tale dederunt arbitrium seu laudum quod videlicet predicti scolares soluant predicto Willelmo in pecunia XIIIS. IIII*d.*, et quod nulla deinceps fiat actio contra predictos scolares per prefatum Willelmum, et quod predictus Willelmus nullo modo certificet curie domini Cantuariensis aliquem de magistris collegii Martone incurrisse contemptum per aliquam citacionem per ipsum factam.

July 26, 1465. Mem. quod vicesimo sexto die Iulii comparuit coram nobis magistro I. Caldbek commissario generali Willelmus Robyns carnifex de Oxonia qui fideiussit pro Iohanne Clylbury carnifice quod predictus Iohannes Clylbury soluet cuidam Thome Pratt de [*blank*], drouer, XXVS. ad festum Omnium Sanctorum proximo futurum.

July 14, 1465. In dei nomine Amen. Ego Iohannes Palmer XIIII° die Iulii anno domini MCCCCLXV[1] compos mentis & sane memorie condo testamentum meum in hunc modum. In primis lego animam meam deo, beate Marie, beato Michaeli & omnibus sanctis, corpusque meum sepeliendum in cimitorio ecclesie beati Michaelis de Asshcote in comitatu Buk'; item lego rectori de Asshcote predicta pro eius mortuario quadrant*em* auri & unum pileum & unum puluinar. Item lego domino Wyllelmo Lawtyr librum predicamentorum secundum Antonium.[2] Item lego Iohanni Goodwyn librum Alberti de modo significandi.[3] Item lego Iohanni Gibson unum cultellum. Item lego Iohanni Gawtere unam togam blodiam & uxori eius aliam togam blodiam, et Iohanne Gawter filie eorum unam lodicem. Item lego Isabelle Wynter aliam lodicem. Item lego Lucie Depyng unum coopertorium lecti & unum puluinar & unum par cultellorum. Item lego Wyllelmo Englysfeld unam camisiam et Iohanni Spensar aliam camisiam, et Iohanni Depyng filio dicte Lucie aliam camisiam et Agneti Depyng filie dicte Lucie unam togam russetam; et duas alias camisias lego pauperibus. Item lego matri mee unum linthiamen nouum & duo antiqua. Item lego patri meo omnia mea animalia viua, si que sint; et fratri meo Willelmo duos quadrantes michi ab eo datos. Item lego Thome Thorpe par dipticarum & questiones Cary[4] super libros posteriorum & omnes libros cantus. Item lego Thome Alyn unam bursam rubeam. Item lego Thome Say unam zonam sericam. Item lego domino Richardo Feythiamys unum parvum loculum ab eo michi datum. Item lego Isabelle Warwyk par curtarum caligarum. Item lego filio Iohannis Grene pilium antiquum. Item lego pauperibus unam deploidem & dupliconem[5] unius toge per quatuor partes. Residuum vero bonorum meorum do & lego in manus magistri Henrici Popy & domini Wyllelmi Lawtor quos ordino & constituo executores meos.

July 19, 1465. Probatum fuit hoc presens testamentum coram nobis magistro I. Caldbek commissario generali & commissa est administracio

[1] MCCCCLXVI, MS.; evidently an error.

[2] Antonius Andreae, a Franciscan friar, who died in 1320, wrote on Aristotle's *Predicamenta*.

[3] A treatise of Albertus Magnus. It is contained in Merton Coll. MS. 260.

[4] I cannot identify this.

[5] Perhaps 'lining'.

eiusdem executoribus infrascriptis in forma iuris iuratis, qui dimissi sunt a compoto inde reddendo, saluo iure cuiuscumque. Acta sunt hec nonodecimo die mensis Iulii.

July 22, 1465. Item XXII° die mensis Iulii comparuit coram nobis magistro I. Caldbek commissario generali domini Georgii gracia dei Eboracensis archiepiscopi Iohanna Adam uxor Henrici Adam suspecta de adulterio, que tunc sponte obligauit se quod si post eundem diem probabiliter reperta fuerit in consimili crimine soluet Uniuersitati XL solidos secundum formam conviccionum diuidendo*s*.

July 25, 1465. Vicesimo quinto die Iulii comparuit coram nobis magistro I. C. commissario generali quedam Alicia Neleson cui datum est in precepto ut exeat villam & procinctum eiusdem sub pena incarceracionis anua*lis*.

fol. 220v =cclxxxv.

Magister I. Caldbek, anno domini 1465.

July 28, 1465. Vicesimo octauo die Iulii coram nobis magistro I. Caldbek commissario generali domini Cancellarii huius alme Uniuersitatis legittime conuictus est Iohannes Hoore linitor murorum, anglice a dawber, de perturbacione pacis & percussione cum baculo.

Bona Mauricii Newton existencia in domo Alicie Foring*er* & impignorata, erant appreciata ex mandato domini doctoris Caldbek commissarii generalis Oxonie per Iohannem Moore stacionarium & Reginaldum Keyowe, viz.

una toga blodii coloris furrata cum beuer appreciata pro	IIIIs.
unum fedirbed	VIs. VIII*d*.
duo puluinaria	price VI*d*.
unus gladius cum scuto	price XX*d*.
unus lectus rubei coloris	price IIII*d*.
item I ledex [*sic*]	price II*d*.
item unum par linthiaminum	price IIII*d*.
item duo salsaria & unum candelabrum	price II*d*.
item una cista	price VIII*d*.

Summa totalis XVIIIs. II*d*.

De quibus Galfridus Iohn' soluit Alicie Foran*g*er pro debito dicti Mauricii VIs. IX*d*.; item pro appreciacione bonorum VIII*d*., testibus tunc presentibus Iohanne Caaym, Iohanne Moore stacionario, Iohanne Coke, Richardo Steyn*er*, Lodewico Iohn' & multis aliis.

Aug. 1, 1465. Primo die Augusti coram nobis magistro I. Caldbek commissario generali domini Cancellarii huius alme Uniuersitatis comparuit Iohannes Lenburghe & Iohanna uxor eius suspecti de vicioso regimine diuersis modis, qui se sponte obligauerunt quod si post predictum diem alter eorum repertus fuerit in consimili malo regimine saltim probabiliter, soluent Uniuersitati XXs. per modum conviccionis diuidendo*s*.

Aug. 3, 1465. Tercio die Augusti coram nobis magistro I. Caldbek commissario generali domini Cancellarii huius alme Uniuersitatis legittime conuicta est Alicia Carpenter de parochia sancti Petri in oriente de percussione cum manu uel pugno.

Aug. 3, 1465. Eodem die coram nobis magistro I. Caldbek commissario generali comparuit Elizabeth Chadworth suspecta de adulterio, cui iniunctum est quod semper depost sit honesti regiminis & in tali crimine probabiliter non sit reperta sub pena viginti solidorum Uniuersitati soluendorum & per modum conviccionis diuidend*orum*.

Eodem die comparuit coram nobis Iohannes Cooke cocus de collegio Regali suspectus de adulterio, qui sponte obligauit se ipsum de bona & honesta gestura semper depost; quod si contingat predictum Iohannem probabiliter reperiri suspectum in crimine consimili soluet XXs. per modum convictionis diuidendo*s*.

Aug. 7, 1465. Septimo die Augusti coram nobis magistro I. Caldbek commissario generali domini cancellarii huius alme Uniuersitatis comparuit magister Robertus Takyll', qui tunc se sponte obligauit in C solidis legalis monete Anglie quod semper depost sit bone & honeste gesture; & si contingat predictum magistrum Robertum probabiliter reperiri in perpetracione fornicacionis vel adulterii soluet Uniuersitati summam predictam C solidorum per modum conviccionis diuidend*orum*.

Dec. 2, 1465. Item secundo die Decembris coram nobis magistro I. Caldbek commissario generali Robertus Wryght deliberauit magistro Roberto Sheffeld duas murras, unam maiorem & aliam minorem habentes ligamenta, alias bondys, cuprea deaurata & argentum in fracturis, pond*erantes* II uncias.

fol.221r= cclxxxir. Aug. 24, 1465. Vicesimo quarto die Augusti comparuit coram nobis magistro Iohanne Caldebeke commissario generali Dauid Keys, qui exhibuit fideiussores de iudicio cisti & de non trahendo materiam adextra contra Luciam Glover alias Sutton, videlicet Iohannem

Ienyn & [*blank*] Pede de parochia beate Marie, qui obligati sunt in decem libris legalis monete Anglie pro predicto Dauid ut premittitur.

Sept. 7, 1465. Septimo die Septembris comparuit coram nobis magistro Iohanne Caldbek commissario generali [*blank*] uxor Ricardi Ieffrey, qui promisit se soluturam Ricardo Leke pandoxatori pro ceruisia IIIIs., unam medietatem ad festum Michaelis archangeli et secundam in festo sancti Luce euangeliste sub pena suspen*sionis*.

Aug. 15, 1465. In dei nomine Amen: XV° die mensis Augusti anno domini MCCCCLXV ego Wyllelmus Atwyll capellanus rector ecclesie parochialis de Boonelegh Exoniensis diocesis compos mentis condo testamentum meum in hunc modum. In primis lego animam meam deo omnipotenti, corpusque meum sepeliendum in ecclesia parochiali sancti Michaelis de Northyate in Oxonia. Item lego ecclesie parochiali mee predicte XX solidos; item lego cuilibet procuratori[1] meo ibidem XL denarios; item lego cuilibet capellano in collegio Exonie predicte tempore infirmitatis mee ibidem existenti XX*d*.; item lego fratri meo I togam de musterdvyl; item lego matri mee XX*s*. & pannum pro noua toga; item lego eidem matri mee omnia pertinencia lecto meo; item lego Iohanni coco de collegio predicto unam deploidem; item lego Iohanni More unum par caligarum; item lego fratri meo iuniori unam deploidem & optimum par caligarum; item lego mulieri seruanti me in infirmitate mea unam togam de musterdevylis; item filio eiusdem aliam togam; item filie eiusdem unum lintheamen; item lego marito predicte mulieris unam camisiam; item lego cuilibet seruo in domo parentum meorum tempore infirmitatis mee ibidem protunc existenti XII*d*.; item lego unum superlectile rubii coloris domino Wyllelmo Atwelle auunculo meo. Residuum vero omnium bonorum superius non legatorum do & lego magistro Wyllelmo Brewe, ut ipse disponat pro anima mea meliori modo quo sciuerit, quem ordino, facio & constituo executorem meum, hiis testibus viz. magistro Wyllelmo Crofe in legibus bacallario, Iohanne More clerico & domino Roberto Offreres capellano.

Aug. 24, 1465. Probatum fuit hoc presens testamentum coram nobis magistro Iohanne Caldebeke commissario generali & commissa est administracio eiusdem executori infrascripto in forma iuris iurato, qui dimissus est a compoto inde reddendo saluo iure cuiuscumque. Acta sunt hec XXIIII die mensis Augusti anno domini supradicto.

[1] Churchwarden.

Sept. 19, 1465. XIX die Septembris coram nobis magistro I. Caldbek commissario generali & altero procuratorum Iohannes Clyffe cessit iuri suo Willelmo Burgh in artibus bachalario quoad actiones omnimodas quas habuit contra Nicholaum Cokk*es* & Beatricem uxorem eiusdem.

fol. 221v = cclxxxiv. Aug. 24, 1465. XXIIII die mensis Augusti anno domini MCCCCLXV^to^ comparuerunt coram nobis magistro Iohanne Caldebeke huius alme Universitatis commissario magister Radulphus Danyel in decretis bacallarius procurator honesti viri Roberti Darlyngton ciuitatis London' piscarii pars actrix & Iohannes Ketyll de Oxonia tabernarius siue piscarius pars rea. Predictus vero procurator actor*is* statim peciit ab eodem Iohanne Ketyl pro salsis piscibus, salmonibus, fungiis atque allecibus rubiis & albis per prefatum Robertum Darlyngton supradicto Iohanni Ketyl venditis, traditis & deliberatis & ab eodem Iohanne receptis, prout clare & iudicialiter postea nobis constabat tam per quoddam scriptum obligatorium signeto solito & usitato eiusdem Iohannis Ketyl consignatum & coram nobis iudicialiter per procuratorem sepefati Roberti exibitum quam per propriam confessionem eiusdem Iohannis Ketyl sponte ac iudicialiter confitentis se debitorem predicti Roberti ex causa antedicta, presente tunc ibidem magistro Radulpho ipsius Roberti Darlyngton procuratore, in summa XX*li*. XVIII*s*. & VIII*d*.; quam quidem summam XX*li*. XVIII*s*. & VIII*d*. una cum supradicto Iohanne Ketyl obligarunt & promiserunt se soluturos Iohannes Harrys bedyll, Iohannes Wodeleff alias Brestow & Richardus Hethe ville Oxonie brewers, ac quilibet ipsorum per se & in solidum obligauit & promisit se soluturum, principales se constituentes debitores atque quilibet ipsorum principalem se constituens debitorem, priorem obligacionem expresse innouantes atque quilibet ipsorum priorem obligacionem expresse innovans; promisit tamen supradictus magister Radulphus procurator antedictus quod si supradicti obligati soluant in festo sancti Michaelis archangeli proximo iam futuro VI*li*. VIII*s*. & VIII*d*., in festo sancti Thome apostoli tunc proximo sequente XXXV*s*., in festo Annunciacionis beate Marie virginis tunc proximo sequente XXXV*s*., in festo sancti Iohannis Baptiste tunc proximo sequente XXXV*s*., in festo sancti Michaelis archangeli quod erit anno domini MCCCCLXVI^to^ XXXV*s*., in festo sancti Thome apostoli proximo tunc sequente XXXV*s*., in festo Annunciacionis beate Marie virginis extunc proximo sequente XXXV*s*., in festo sancti Iohannis Baptiste tunc proximo sequente XXXV*s*., in festo sancti Michaelis extunc proximo sequente XXXV*s*., quod tunc predicta obligacio nullius sit momenti.

Promiserunt insuper superius obligati & quilibet ipsorum promisit quod si defecerint in solucione predictarum summarum aut alicuius partis earundem aut si dies statutos & limitatos ad soluendum aut aliquem eorum non obseruauerint quod tunc bene licebit supradicto Roberto integram summam tocius debiti petere, exigere & consequi, solucione prius facta non obstante.

Sept. 3, 1465. Tercio die Septembris coram nobis magistro I. Caldbek commissario generali & uno procuratorum conuictus est quidam [*blank*] Martyn de parochia sancti Martini de latione baculi contra pacem.

July 10, 1465. In dei nomine Amen; anno domini MCCCCLXV decimo die Iulii ego magister Smyth[1] compos mentis, deo gratias, condo testamentum meum in hunc modum. Primo lego animam meam deo omnipotenti, beate Marie virgini & omnibus sanctis corpusque meum sepeliendum in ecclesia beate Marie virginis secundum discrecionem executorum meorum scilicet tali loco quo videtur intentior deuotio populi ad orandum pro anima mea. Insuper lego misse Ihesu in predicta ecclesia celebrate diebus Veneris IIIs. IIIId.; item lego vicario predicte ecclesie ad orandum pro me diebus dominicis nominatim in suis oracionibus in pulpito per unum annum immediate post obitum meum VIs. VIIId.; item lego sociis meis[2] aularibus die sepulture mee pro parua recreacione IIIs. IIIId., et tantum in ultimo die mensis immediate sequentis inclusiue; item lego vicario predicte ecclesie in die sepulture XIId.; item lego clerico predicte ecclesie VId., et tantum utrique illorum in die tricennali; item volo quod residuum bonorum meorum solutis soluendis habeant parentes mei quia pauperes sunt; et quia distanter abhinc morantur ideo suplico executoribus meis adiuuare eos & deus remunerabit eis pro laboribus suis; et volo quod expendant die sepulture mee tantum quantum eis videtur expediens et honestum, sic quod illi executores mei recipiant pro laboribus suis secundum eorum discrecionem, salua consciencia coram deo omnipotente. Item volo quod auunculus meus magister Stephanus
fol.222r= cclxxxiir. Smyth | habeat unum librum de gestis Romanorum, secundo folio 'et die'; item librum Sexti quem habet magister I. Spryngbet. Residuum vero omnium bonorum meorum non legatorum do & lego disposicionibus executorum meorum, quos facio & constituo magistrum Thomam Dalley & Iohannem Skelton cum suprauisione magistri Thome Parys, principalis aule beate Marie tunc temporis, ut ipsi disponant omnia predicta meliori modo quo sciuerint pro salute anime mee.

[1] John Smyth, fellow of Oriel 1446–1452. Spryngbet, Dalby and Parys were of Oriel.

[2] We guess from the end of the will that he was of St. Mary's Hall.

Probatum fuit hoc presens testamentum coram nobis magistro I. Caldbek commissario generali & commissa est administracio eiusdem executoribus infrascriptis in forma iuris iuratis, qui dimissi sunt a compoto ulteriori inde reddendo, saluo iure cuiuscumque. Acta sunt hec XVIII die Septembris anno domini supradicto. Sept. 18, 1465.

XXIIII° die Septembris comparuit coram nobis magistro I. Caldbek commissario generali Iohannes Cornewell ville de Sheldeswell gentylman in comitatu Oxonie & promisit fide sua media & sub pena XX librarum legalis monete Anglie soluendarum in festo Omnium Sanctorum proximo futuro Thome Smerte de Wyllaston & Willelmo Clerk de eadem in comitatu predicto stare sentencie, laudo, arbitrio & arbitramento in alto & in basso partibus presentibus vel absentibus Edmundi Thorne, Roberti Arthrun, Willelmi Wodward & Iohannis Swyllyngton de comitatibus Oxonie, Bukk' & Northant' gentylmen arbitrorum, arbitratorum & amicabilium compositorum a predictis Iohanne Cornewelle, Thoma Smerte & W. Clerk indifferenter electorum de & super omnibus promissionibus, contractibus, transgressionibus, querelis motis vel movendis inter partes predictas ab origine mundi usque in diem confeccionis presencium, si quod omnes & singuli arbitratores predicti concorditer tulerint inter partes predictas citra diem Omnium Animarum proximo sequentem; sin autem nullum contingat laudum ferri concorditer per eosdem citra diem predictum quod tunc presens seu predicta promissio sit nulla. Sept. 24, 1465.

Condicio illius obligacionis simpl*ici*ter facte per quam Thomas Smerte & Willelmus Clerk de Wyllaston in comitatu Oxonie obligati sunt in XX libris Iohanni Cornewelle de Sheldeswell gentylman XXIIII° die Septembris anno regni regis Edwarti IIII^ti^ quinto talis est, quod si predicti Thomas & Willelmus steterint siue paruerint laudo, arbitrio, seu arbitramento ferendo per Edmundum Thorne, Robertum Arthrun, W. Wodward & Iohannem Swyllyngton arbitratores seu amicabiles compositores indifferenter electos inter predictum Iohannem Cornewelle & predictos Thomam & W. citra festum Omnium Animarum proximo sequent' [*sic*], ac eciam si pars predictorum Thome & Willelmi, nullo laudo, arbitrio seu arbitramento citra dictum festum per dictos arbitratores concorditer lato inter partes predictas, presenciam suam legitime fecerit in crastino Animarum hora prima proximo extunc sequente coram commissario generali Uniuersitatis Oxonie, quod tunc obligacio predicta nullius sit roboris vel momenti, alias in suo vigore maneat & virtute.[1]

[1] This entry has been crossed through.

Oct. 12, 1465. XII° die Octobris comparuit coram nobis magistro I. Caldbek commissario generali Isabella Waryn uxor Iohannis Waryn que promisit se soluturam Ricardo Leke pandoxatori pro ceruisia VIS., primam medietatem ad festum Omnium Sanctorum et secundam ad festum Natalis domini sub pena suspensionis vel incarceracionis.

Oct. 15, 1465. XV° die Octobris Rogerus Hamptone conuictus est de percussione cum armis; incarceratus est & soluit XS.; porcio Uniuersitatis remanet in manibus magistri T. Ganne.[1]

fol. 222v = cclxxxiiv.

T. Chaundler.

Oct. 25, 1465. Item XXV die mensis Octobris comparuit coram nobis magistro Thoma Chaundeler sacre theologie professore ac huius alme Uniuersitatis commissario generali dominus Iohannes Hunt qui sponte, pure & absolute, traude & dolo cessantibus, iuxta formam statuti Uniuersitatis cessit magistro Iohanni Lonyer' XL solidos a Iohanne Bethewyn leuandos & soluendos ad comodum & utilitatem predicti magistri Iohannis Lonyer conuertendos.

Oct. 25, 1465. Eodem die comparuit coram nobis magistro Thoma Chaundeler &c. Robertus Barray nuper seruiens magistri Rogeri Bulcley sacre theologie doctoris defuncti & confessus est se recepisse ac habuisse a magistro Willelmo Tybard & magistro Ricardo Bernys executoribus dicti Rogeri decem marcas a predicto Rogero predicto Roberto legatas & proxima die immediate sequente predictus Robertus confessus est coram nobis se recepisse alias quinque marcas a predictis executoribus.

Oct. 25, 1465. Eodem die magister [*blank*] Summaistre resignauit in manus nostras principalitatem aule Ceruine, ad quam principalitatem posita caucione admissus est magister I. Ferm*er* saluo iure cuiuscumque.

Galfridus Talley conuictus de lacione armorum incarceratus soluit IIIS. IIII*d.*; arma sunt in manibus procuratoris borialis, gladium & daggarium; porcio Uniuersitatis est in manibus magistri T. Ganne cum armis &c.

Oct. 26, 1465. Item XXVI die mensis Octobris comparuit coram nobis magistro Thoma Chaundeler Robertus Barrey & constituit magistrum Reginaldum Stone procuratorem suum.

[1] Thomas Ganne was one of the proctors for 1465.

Oct. 26, 1465. Eodem die comparuit coram nobis magistro Thoma Chaundeler &c. ad instanciam vicarii sancti Petri in oriente Iohannes Farmer qui fideiussit ad producendum in iudicium Thomam Farmer nono die Nouembris nisi aliter contingat causam finiri infra diem predictum.

Oct. 26, 1465. XXVI° die mensis Octobris anno domini MCCCCLXV° comparuit coram nobis magistro Thoma Chaundeler sacre theologie professore ac huius alme Uniuersitatis Oxonie commissario generali pars honeste mulieris Lucie Sutton glouer & peciit de quodam nomine Dauid Keyse de Oxonia, tunc personaliter presente & ad hoc legittime vocato, VI marcas & dimidiam marcam per eandem dicto Dauid ex causa mutui in diuersis parcellis numeratas. Peciit insuper dicta Lucia de predicto Dauid X solidos, quos de bursa sua soluerat de mandato & voluntate dicti Dauid pro duabus zonis argentatis ipsius cause & uxoris sue emptis; ac deinceps peciit eadem ab eodem Dauid IIIS. IIII*d.*, quos ipse Dauid a quodam debitore ipsius Lucie percepit. Unde interrogatus predictus Dauid utrum recepit & habuit prefatas pecunias a dicta Lucia publice confessus est se percepisse & habuisse omnes prefatas pecunias de dicta Lucia & dictos IIIS. & IIII*d.* de dicto debitore prefate Lucie, octo denariis tantum exceptis; predictas tamen pecunias simul cumulatas ad summam centum solidorum se extendentes prefate Lucie soluere recusat ex eo primo quod asseruit se tres libras & ultra soluisse prefate Lucie de dictis centum solidis, verum depost asseruit prefatos centum solidos, octo denariis tantum exceptis, ad se pertinere iure dominii & eas recepit ut proprias, quia ut asseruit prefate pecunie prouenerunt de quibusdam mercibus quas ipse Dauid asseruit se emisse de prefata Lucia pro XIII libris VS. & VIII*d.* & quod dominium predictarum pecuniarum viz. VII marc' & VIS. ad eum pertinet ex dicta causa empcionis. Terminum probatorium assumpsit videlicet XXIX die mensis Octobris anno supradicto. Insuper anno, mense, & die supradicto pars prefate Lucie peciit coram nobis de dicto Dauid Keyse III libras, IIIIS. & ultra usualis monete pro dim*idio* centum pellibus ouinis, sylke tufts & aliis mercibus quas vendidit dicto Dauid ad incipiendum opellam suam in artificio cirothecariorum, quas quidem merces ad dicti precii summam estimatam[1] prefatus Dauid confessus est se habuisse de dicta Lucia Sutton; dictas tamen tres libras & IIIIS. prefate Lucie soluere recusat ex eo quod asserit dictas merces ad se pertinere iure dominii ut proprias utpote quia asserit se emisse de quodam Yong' de Bristollia &

[1] extimatam, MS.

aliis. Ad quod dominium probandum terminum assumpsit predictum viz. XXIX^um diem anno & mense supradictis.

Oct. 29, 1465. Deinceps supradicto XXIX° die comparuit coram nobis de facto prefatus Dauid Keyse & in probacione dominii predicti penitus defecit; unde ad instanciam partis prefate Lucie hoc petentis predicto Dauid terminum illum probatorium dictante iusticia preclusimus, de mansuetudine nostra concedentes eidem Dauid decretum ad vocandum dictam Luciam personaliter quatenus de iure responsuram posicionibus in causa antedicta.

Nov. 6, 1465. Anno supradicto sexto die mensis Nouembris comparuerunt coram nobis magistro Thoma Chaundeler sacre theologie professore &c. procuratores ecclesie sancti Petri in parte orientali ville Oxonie & constituerunt magistrum Humfridum Hawardyn procuratorem generalem coram nobis & nostro quocumque deputato.

fol.223^r = cclxxxiii^r. Deinceps sepedicta Lucia in termino sibi assignato personaliter comparente ac posicionibus ex parte dicte Dauid sibi factis respondente, quia inuenimus ipsum tam in ponendo quam in probando sepedictam defensionem suam iustificatorie ac exclusorie racione dominii & proprietatis propositam penitus defecisse, interloquendo pronunciauimus sepefatam defensionem peticionibus antedicte Lucie nullatenus obstetisse seu obstare. Nos insuper de consensu utriusque partis procedentes summarie & de plano sine strepitu & figura quoad strictam[1] & subtilem ordinis iudiciarii obseruanciam, plene tamen rimatis ac discussis meritis causarum seu peticionum predictarum partibus antedictis ad audiendum sentenciam diffinitiuam in peticionibus supradictis undecimum diem mensis Nouembris anno domini MCCCCLXV° dictante iusticia assignauimus.

Nov. 11, 1465. In dei nomine, Amen. Exorta coram nobis iamdudum questionis materia de & super quibusdam peticionibus viz. mutui, mandati negociorum gestorum, ac eciam empcionis & vendicionis, adhuc pendentibus indesisis inter partem Lucie Sutton glouer de Oxonia partem actricem parte ex una & David Keys de eadem partem ream parte ex altera, nos Thomas Chaundeler sacre theologie professor ac Uniuersitatis Oxonie vicecancellarius, peticionibus antedictis in actis nostris legittime redactis, ac eisdem omnibus per dictum Dauid personaliter responso,[2] iurato hinc inde de calumpnia, confessionibus, probacionibus ac aliis documentorum

[1] strictum, MS. [2] *responso* and *iurato* are ablatives absolute.

generibus motum animi nostri plene informantibus factis & productis, aliisque obseruatis de iure seruandis in hac parte, in termino ad audiendum sentenciam assignato ad eam diffinitiue promulgandam de & super omnibus & singulis peticionibus antedictis procedimus in hunc modum; Cristi nomine primitus invocato, visis intellectis diligenterque rimatis ac discussis meritis quarundam peticionum adhuc pendencium indecisarum inter partes supradictas, quia per acta inactitata legittime probata & presertim confessata per partem dicti Dauid personaliter, communicatoque concilio peritorum, habita eciam deliberacione solemni, presentibus ipsis partibus in termino eis ad audiendum sentenciam assignato, inuenimus sepedictam Luciam Sutton intencionem suam in septem marcis & sex solidis monete Anglicane ac eciam in tribus libris quatuor solidis & quinque denariis monete Anglicane in dictis suis peticionibus comprehensis fundasse ac legittime probasse. Prefatum igitur Dauid Keys ad dandum & cum effectu soluendum parti prefate Lucie supradicte septem marcas & sex solidos ac eciam predictas tres libras, quatuor solidos & quinque denarios per predictam partem petitas [*sic*] sentencialiter & diffinitiue condempnamus in hiis scriptis. Lata est sentencia per nos sedentes pro tribunali in loco congruo undecimo die mensis Nouembris anno domini MCCCCLXV^to.

Dec. 24, 1465. XXIIII^to die mensis Decembris anno domini MCCCCLXV^to coram nobis magistro Thoma Chaundeler sacre theologie professore ac huius alme Uniuersitatis Oxonie vicecancellario comparuerunt Willelmus Robyns de Oxonia bowcher alias brewer & Iohannes Creke de eadem brewer & uterque ipsorum per se & in solidum obligauit & constituit se soliturum [*sic*] pro Dauid Keyse de & in parochia beate Marie Oxonie ex causa residuitatis cuiusdam iudicati seu condempnacionis Lucie Sutton glover eiusve certo attornato & procuratori in vigilia Annunciacionis beate Marie proximo sequente viginti solidos & in vigilia sancti Iohannis Baptiste proximo extunc sequente viginti solidos & in festo Michaelis archangeli proximo extunc sequente alios viginti solidos & in vigilia Natiuitatis domini proximo extunc sequente viginti solidos & in vigilia Aunnunciacionis beate Marie proximo extunc sequente viginti solidos & in festo sancti Iohannes Baptiste proximo extunc sequente sex solidos & octo denarios. Ad que omnia & singula ut premittitur perimplenda per se & in solidum predicti Willelmus & Iohannes fidem ac iuramentum suum singulariter prestiterunt nobis ea nomine dicte Lucie recipientibus.

fol.223v= cclxxxiiiv.

T. Chaundeler.

Nov. 9, 1465. Nono die Nouembris anno domini MCCCCLXV comparuit coram nobis magistro Thoma Chaundeler sacre theologie professore ac alme Uniuersitatis Oxonie comissario generali Ricardus Warde de Bristollia, qui sponte, pure & absolute, fraude & dolo cessantibus, iuxta formam statuti Uniuersitatis predicte cessit Thome Flemyng xx marcas VIIIs. IIIId. a Thoma Gammond de Wytney leuandos & soluendos ad commodum & utilitatem predicti T. Flemyng conuertendos.

Item comparuerunt coram nobis magistro Thoma Chaundeler &c. procuratores ecclesie sancti Petri ex parte orientali ville Oxonie & constituerunt magistrum Humfridum Hawardyn procuratorem generalem coram nobis & nostro quocumque deputato.

Iohannes Smyth alias Lokyer conuictus est de minis de corporali dampno Iohanni Adstoke inferendo; incarceratus soluit XIId.; porcio Uniuersitatis est in manibus magistri T. Ganne.

Item idem Iohannes Adstoke peciit securitatem pro pace seruanda per dictum Iohannem Smyth lokyer, prestito iuramento de metu.

Insuper antedictus Iohannes Lokyer alias Smyth peciit sub forma iuris securitatem de pace seruanda per Iohannem Horde taylour.

Nov. 16, 1465. XVI die Novembris coram nobis receptor siue collector reddituum collegii Regine recepit de bursariis collegii beate Marie Wynton' in Oxonia in plenam solucionem omnium arreragiorum VI solidos.[1]

Nov. 17, 1465. XVII die Nouembris Wyllelmus Lambart' peciit securitatem pro pace seruanda per Iohannem Lylly.

Stefanus Notehylle fideiussit pro Iohanne Lylly de seruanda pace penes Willelmum Lambart sub pena viginti librarum. Insuper fideiussit dictus Stefanus pro dicto Iohanne quod idem Iohannes non trahet contra dictum Willelmum aliquam materiam adextra que est uel erit terminabilis adintra sub eadem pena.

Iohannes Smyth de parochia sancti Clementis fideiussit pro Willelmo Lambart de pace seruanda penes Iohannem Lylly sub pena viginti librarum. Insuper fideiussit idem Iohannes Smyth

[1] A payment of 2s. a year was due from New College.

quod supradictus Willelmus non trahet aliquam materiam adextra contra dictum Iohannem Lylly que est uel erit terminabilis adintra sub eadem pena xx librarum.[1]

Nov. 22, 1465. XXII° die Nouembris comparuerunt coram nobis magistro Thoma Chaundeler sacre theologie professore ac huius alme Uniuersitatis Oxonie commissario generali Edwardus Woodewarde & fideiussit magistro Ricardo Granger sub pena quinque marcarum quod magister Walterus Ondeby nullo modo perturbabit predictum magistrum Ricardum pro quodam pignore per manus dicti magistri Ricardi dicto Edwardo tradito, quod quidem pignus dictus Edwardus incontinente tradidit domine Iohanne Croxforde, & pignus est unum salarium argenteum cum cooperculo & una magna murra cum alia minore, quarum utraque ornata est cum argento deaurato.

Nov. 22, 1465. Eodem die comparuit coram nobis magistro Thoma Chaundeler &c. Iohannes Batyn qui sponte, non coactus, vendidit Iohanni Seman omnia bona sua mobilia in quadam domo redditus collegii beate Marie Wintonie in Oxonia nuper arestata, ac nomine arre denarium recepit ab eodem I. Seman, ita tamen quod idem I. Seman satisfaciet dicto collegio pro redditu dicti I. Batyn aretro eidem collegio debito.

Thomas Chaundeler.

fol.224r= cclxxxiiiir.

Nov. 23, 1465. XXIII° die Nouembris comparuit coram nobis magistro Thoma Chaundeler sacre theologie professore ac huius alme Uniuersitatis Oxonie commissario generali Margareta Makney que iuxta formam statutorum Uniuersitatis predicte sponte, pure, & absolute, fraude & dolo cessantibus, cessit magistro Iohanni Arnolde XXVIIIs. a Roberto Arnolde de Wrytwylle leuandos & soluendos ad commodum & utilitatem predicti magistri Iohannis Arnolde conuertendos.

Nov. 23, 1465. Eodem die commissa est administracio omnium bonorum Iohannis Debelyn nuper scolaris decedentis Willelmo Hunt, Iohanni Debelyn & Nicholao Debelyn.

Nov. 23, 1465. Item eodem die electus est in arbitrum magister Iohannes Caldebeke sacre theologie professor inter Iohannem Ketyl ex una parte & Iohannem Smyth ex alia parte, ita quod predictus magister usque ad festum Epiffanie proxime futurum habeat terminum

[1] This entry has been crossed out.

ad cognoscendum in quadam causa litis & disturbii mota inter partes predictas & ad laudum ferendum; eciam predicti Iohannes Ketyl & Iohannes Smyth prestando fidem promiserunt se staturos laudo dicti magistri sub pena centum solidorum & quilibet tenetur in solidum.

Oct. 26, 1465. Nouerint uniuersi per presentes me Robertum Barray nuper seruientem Rogeri Bulkley clerici nuper defuncti recepisse & habuisse die confeccionis presencium de Willelmo Tybarde & Ricardo Bernys clericis executoribus testamenti dicti Rogeri decem libras monete Anglie michi legatas de prefato Rogero prout plenius patet in dicto testamento; de quibus quidem decem libris fateor me fore solutum, dictosque Willelmum & Ricardum inde quietos per presentes sigillo meo signatas. Dat' XXVI° die mensis Octobris anno regni regis Edwardi quarti post conquestum Anglie quinto.[1]

Dec. 13, 1465. Terciodecimo die Decembris anno domini 1465° coram nobis magistro Iohanne Caldebek commissario generali in hac Uniuersitate conuicti sunt legittime de noctiuagacione & lacione armorum contra pacem domini regis & huius Uniuersitatis omnes hii quorum nomina in scriptis subsecuntur Iohannes Vowell, Thomas Hylle, [*blank*] Baret, Rogerus Ion', [*blank*] Buttyshed.

Dec. 25, 1465. Vicesimo quinto die mensis Decembris comparuit coram nobis quidam Hugo Clon & fideiussit pro quodam Matheo [*blank*] ad inducendum ipsum octauis Hillarii sub pena VIS. VIII*d*. ad respondendum cuidam Nicholao Clerk super quadam iniuria &c.

Dec. 31, 1465. Ultimo die Decembris Stephanus Tyler glouer conuictus est de lacione armorum; incarceratus reddidit arma & soluit IIS.; pars Uniuersitatis in manibus procuratoris borialis & satisfactum est procuratoribus de porcionibus suis.

Jan. 8, 1465/6. VIII° die Ianuarii comparuit coram nobis magistro Thoma Chaundeler Symon Marschal & constituit magistrum Humfridum Hawardyn & magistrum I. Walyngforde procuratores suos generales in omnibus causis motis seu mouendis inter predictum Simonem ex una parte & I. Martyn & Agnetem Martyn ex altera parte.

Jan. 8, 1465/6. Eodem die Simon Marschal peciit securitatem de pace seruanda per Iohannem Martyn & Agnetem Martyn.[2]

[1] This is practically a repetition of the entry on fol. 222v.

[2] This entry is crossed through, and 'relaxatur per consensum partis petentis' is added.

Jan. 8, 1465/6. Et eodem die comparuerunt coram nobis dicti Iohannes Martyn & Agnes uxor eiusdem & introduxerunt Richardum [*sic*] Bustard & Nicholaum Robyns viros legios, quorum uterque valet expendere annuatim in redditibus XL solidos, qui fideiusserunt pro supradictis Iohanne & Agnete de pace seruanda penes Symonem Marchal & omnes legios regis sub pena centum librarum.[1]

Insuper Iohannes Martyn eodem die peciit securitatem de pace seruanda per dominum [*blank*] Leycestre & per Simonem Marchall.[2]

fol. 224v = cclxxxiiiiv. Jan. 3, 1465/6. Coram nobis magistro Thoma Chaundeler sacre theologie professore ac huius alme Uniuersitatis Oxonie vicecancellario tercio die mensis Ianuarii anno domini MCCCCLXV compromiserunt Dauid Keys de parochia beate Marie & Lucia Sutton glover in magistrum Willelmum Sutton & magistrum Iohannem Ionys arbitros, arbitratores & amicabiles compositores de & super omnibus & singulis accionibus, querelis & transgressionibus per partem dicti Dauid coram magistro Thoma Walton officiali domini Cancellarii motis seu mouendis aliove iudice competente usque ad festum Purificacionis beate Marie proximo sequens inclusiue. Promiseruntque dicti Dauid & Lucia parere ac stare cum effectu laudo & arbitrio ac desisioni magistrorum Iohannis & Willelmi ut supra electorum sub pena viginti librarum, si quod contigerit ferri per eos in alto & in basso, partibus antedictis presentibus vel absentibus, vocatis ad id seu non vocatis. Promiserunt insuper partes predicte, viz. Dauid & Lucia, quod si contigerit predictos magistrum Iohannem & magistrum Willelmum infra terminum predictum in causis predictis laudum seu sentenciam inter predictas partes minime tulisse tunc stare ac cum effectu parere laudo, arbitrio seu desisioni, si quod latum fuerit per magistrum Iohannem Caldebeke sacre theologie professorem ac imparem electum citra festum Annunciacionis beate Marie proximo extunc sequens sub pena viginti librarum predicta in alto & in basso partibus presentibus vel absentibus. Volunt insuper partes predicte & concedunt quod dicta pena si commissa fuerit quod medietas illius pene soluatur parti parenti & altera medietas officio cancellarie. Insuper dictus Dauid compromisit nomine Mariote uxoris sue ac eciam nomine Agnetis Dauid socrus sue in dictos magistrum Iohannem & Willelmum sub forma predicta & in dictum magistrum Iohannem Caldebeke imparem electum, promittendo sub

[1] This entry is crossed through; in the margin is 'vacat quia pars relaxavit publice'.

[2] This also is crossed through, and the same words 'vacat quia pars relaxavit publice' are added.

pena viginti librarum predicta parti dicte Lucie se facturum & curaturum quod dicta Mariota uxor sua & dicta Agnes Dauid stabunt ac cum effectu parebunt & utraque earum[1] parebit laudo & arbitrio dictorum arbitrorum in forma predicta, si quod per eos latum fuerit, ac eciam quod utraque[2] earum parebit laudo ac iudicio predicti imparis, si quod per eum infra terminum sibi datum latum fuerit in forma predicta viz. a festo Purificacionis usque ad festum Annunciacionis beate Marie proximo futurum.

Jan. 7, 1465/6. VII° die Ianuarii comparuit coram nobis magistro Thoma Chaundeler sacre theologie professore ac huius alme Uniuersitatis Oxonie vicecancellario Iohannes Ketyll de Oxonie, qui sponte non coactus confessus est se esse obnoxium Thome Man de Henley-uppontemmys in quadraginta solidis soluendis predicto Thome in festo Purificacionis beate Marie proximo extunc sequente. Quare nos iudicialiter procedendo predictum Iohannem ex confessione sua propria condempnauimus, ut soluat dicto Thome Man seu eius procuratori dictos quadraginta solidos in termino antedicto sub pena que incumbet.

Jan. 10, 1465/6. Item X^mo die mensis Ianuarii comparuit coram nobis magistro Thoma Chawndeler sacre theologie professore ac huius alme Uniuersitatis Oxonie comissario generali et coram altero procurator*um* Uniuersitatis predicte Petrus Smeth qui sponte, pure, & absolute, fraude et dolo cessantibus iuxta formam statuti Uniuersitatis cessit magistro Iohanni Lonyer v marcas sterlingorum et sedecim denarios a Roberto Rotley,[3] leuandos et soluendos, ad commodum et utilitatem predicti magistri Iohannis Lonyer conuertendos.

Jan. 6, 1465/6. VI die Ianuarii coram nobis magistro T. Chaundeler sacre theologie professore & Uniuersitatis Oxonie commissario generali magister Iohannes Caldbek sacre theologie professor electus in arbitrum inter Iohannem Smyth ex una parte & Iohannem Ketyll ex altera ex consensu utriusque partis, ut supra patet, tale tulit laudum siue arbitrium, videlicet quod predicti Iohannes & Iohannes pacem inter se seruabunt semper in futurum sub pena x librarum cancellario & Uniuersitati applicandarum. Insuper predictus Iohannes Ketyll soluet prefato Iohanni Smythe in partem expensarum circa cirurgic*um* factarum vs. monete Anglicane ad festum Purificacionis beate Marie proximo futurum.

[1] uterque eorum, MS.
[2] uterque, MS.
[3] A man of this name was tenant of Stodley's Inn under New College.

Thomas Chaundeler.

fol.225r = cclxxxvr.

Jan. 10, 1465/6. Decimo die mensis Ianuarii anno domini MCCCCLXV° nos Thomas Chaundeler sacre theologie professor ac huius alme Uniuersitatis Oxonie commissarius generalis arbiter, arbitrator & amicabilis compositor indifferenter assumptus & electus inter partes infrascriptas viz. inter venerabilem virum dominum Ricardum Leycester' canonicum regularem ac eiusdem ordinis studencium priorem[1] & Simonem Marschall ex parte una & Iohannem Merton petagogum & uxorem eiusdem ex altera super certis grauaminibus a predictis partibus coram nobis porrectis & oblatis, scrutata veritate predictorum grauaminum, sub forma que sequitur inter partes predictas laudando, arbitrando, amicabiliter componendo & diffiniendo decreuimus in primis quod nullus parcium predictarum nec aliquis alius, eorundem nomine, verba minatoria, opprobriosa, scandalosa, diffamatoria uel vultus inhonestos uel extraneos aut aliqua alia verba predictas partes ad iram uel rixam promouentia habebit, offendet uel manifestabit. Insuper laudando decreuimus quod partes predicte sibi inuicem omnia & singula grauamina, lites, brigas, querelas & demandas ab inicio mundi usque ad diem confeccionis presencium habita pro se & suis perfecte & plenarie remittent. Item nullus parcium predictarum per se uel per suos aliquam accionem, persequucionem [*sic*], uel conuiccionem in iudicio uel extra iudicium intentabit, mouebit uel aliquo modo procurabit, sed quantum in eis est impediant [*sic*] ne huiusmodi prosequuciones, acciones uel conuicciones fiant. Item quod infra quindenam a tempore huius laudi dati[2] connumerandam partes predicte infra collegium beate Marie canonicorum regularium Oxonie unam refeccionem ex sumptibus eorundem sub forma que sequitur viz. dictus Iohannes Mertone pro se & suis unam aucam cum potello vini exhibebit et dictus venerabilis vir dominus Ricardus Laycestre panem & seruisiam cum aliis iuxta libitum sue voluntatis eodem tempore ministrabit. Ad que omnia & singula premissa bene & fideliter perimplenda partes predicte se firmiter astrinxerunt & obligarunt sub pena decem librarum soluendarum si defectus sit in parte uel in toto circa premissa, soluendo unam partem predictarum decem librarum officio cancellariatus, secundam partem Uniuersitati & terciam parti aggrauate.

Jan. 15, 1465/6. Quintodecimo die mensis Ianuarii anno domini suprascripto coram nobis magistro I. Caldebek commissario &c. legittime con-

[1] i. e. Prior of St. Mary's College.
[2] laude date, MS.

uictus est Marcus Huse de lacione armorum contra pacem & soluit IIs.; pars Uniuersitatis est in manu procuratoris borialis.

Mercus Husy rite vocatus ad respondendum certis articulis contra ipsum obiectis & contumaciter venire recusans, bannitus est ab Uniuersitate & eius procinctu & eodem die publice denunciatus pro bannito ad quadriuium.

fol. 225v= cclxxxvv.

Anno domini 1465.

Jan. 15, 1465/6. XVmo die mensis Ianuarii anno domini MCCCCLX quinto dompnus Robertus Charley monachus ordinis Cisterciensis et scolaris venit coram nobis magistro Iohanne Caldebeke professore sacre theologie & huius Uniuersitatis vicecancellario ac peciit & accepit, fide legitime facta de metu mortis ac mutilacione membrorum, securitatem pacis de Iohanne Pendeley de comitatu Oxonie.

Jan. 16, 1465/6. XVI die Ianuarii comparuerunt coram nobis magistro I. Caldbek commissario generali Robertus [*blank*] alias janitor collegii beate Marie in Oxonia & Ricardus Marshall scissor procurator Margarete Euerey qui compromiserunt in magistrum Thomam Peny vicarium ecclesie beati Petri in oriente & magistrum Thomam Iannys ad standum laudo & arbitrio eorundem T. & T. sub pena XL solidorum pro quodam certo debito eiusdem Margarete prefato Roberto, & habent diem ad cognoscendum in materia usque ad proximam dominicam post festum Purificacionis beate virginis; sin autem, predicte partes habent comparere in proxima die Lune immediate sequente coram predicto commissario seu eius vicem gerente.

Jan. 27, 1465/6. XXVIIo die Ianuarii anno suprascripto comparuit coram nobis Thoma Chaundeler commissario &c., Thomas Cudworth pelliparius de Oxonia, qui confessus est coram nobis se esse debitorem magistro Iohanni Lambrey in XVI solidis, in quibus eundem Thomam condempnauimus; qui Thomas promisit coram nobis sub pena dupli debiti sui antedicti inducere in XXIXo die huius instantis mensis sufficientem securitatem aut vadium ad valenciam dictorum XVI solidorum; quod quidem vadium appreciabitur per discrecionem maioris ville Oxonie qui nunc est.

Feb. 1, 1465/6. Primo die Februarii anno domini supradicto coram nobis magistro I. Caldebek commissario &c. legittime conuictus est Ricardus Upowen alias Upowell de hospicio Burnelle de extraxione [*sic*] armorum contra pacem domini regis & huius alme Uniuersitatis.

Soluit; & pars Uniuersitatis est in manibus procuratoris borialis viz. XVI*d.*[1]

Jan. 31, 1465/6. Ultimo die Ianuarii coram nobis magistro I. Caldebek commissario &c. magister Iohannes Ionys exposuit caucionem pro aula vulgariter nuncupata Bekys Inne & admissa est saluo iure cuiuscumque. Principalitatem predicte aule resignauit eodem die dominus Dauy Wylliam in manus dicti commissarii.

Feb. 4, 1465/6. Quarto die Februarii comparuerunt coram nobis magistro I. Caldbek commissario generali Iohannes Lamprey, Iohannes Mychaell, Iohannes Rushbury et Petrus Page alias Flecher qui fideiusserunt pro Ricardo Mape de iudicio sisti & iudicato soluendo pro quadam actione quam habet magister Iohannes Reedyng contra predictum Ricardum ad summam sex marcarum; quam quidem actionem predictus magister Iohannes mouit contra Henricum Bathe magistrum eiusdem Ricardi. Obligantur igitur predicti quatuor ad saluandum predictum Henricum Bathe indempnem quoad predictum magistrum Iohannem in predicta summa & quilibet obligatur in solidum.

Feb. 13, 1465/6. XIIIo die mensis Februarii coram nobis magistro I. Caldbek commissario generali comparuit Ricardus Leke pandoxator, qui delato prius iuramento litis decisorio Marie uxori Humfredi Euerard de & super quadam summa VIII solidorum, pro quibus ut asseruit predictus Ricardus prefata Maria manucepit pro quodam fratre suo [*blank*]; cuius tamen oppositum predicta Maria iurauit ad sancta dei euangelia; insuper predictus Ricardus confessus est se fore obnoxium prefato Humfredo Euerard in VIIs. VIII*d.*, in quibus legitime condemnauimus predictum Ricardum ad soluendum predictam summam prefato Humfredo infra octo dies proximo sequentes sub pena incumbente.

fol. 226r= cclxxxvir. Feb. 15, 1465/6. XV die Februarii comparuit coram nobis magistro I. Caldbek commissario generali quidam Nicholaus Clerk scolaris petens instanter quendam Hugonem Clon de parochia sancti T. martiris condemnari in VIs. VIII*d.*, in quibus fuit obligatus ad inducendum quendam Matheum [*blank*] scolarem in octauis Hillarii sub pena VIs. VIII*d.* ad respondendum predicto Nicholao Clerk super quadam iniuria; unde quia predictus Nicholaus non comparuit per se vel procuratorem ad respondendum &c. legitime condemnauimus in predicta summa videlicet VIs. VIII*d.*

[1] In the margin 'IIIIs'.

Feb. 15, 1465/6. xv die Februarii comparuit coram nobis magistro I. Caldbek commissario generali Thomas Browne talyour [*sic*] & detulit iuramentum litis decisorium Iohanni Ianyns de Oxonia de & super quadam summa xx*s.* vii*d.* quos manucepit ac promisit soluere dictus Thomas prefato Iohanni pro certis bigatis lapidum prouectorum ad reparacionem ecclesie sancti Aldati, ut dictus Iohannes asserit se per seruientes suos prouexisse; de qua quidem summa dictus Iohannes fatetur de iii*s.* vii*d.* sibi satisfactis; et datus est a nobis predicto Thome ad soluendum xvii*s.* i*d.* terminus octo dierum.

Feb. 16, 1465/6. In dei nomine Amen. Nos magister Iohannes Caldebeke professor sacre theologie amicabilis compositor & impar communiter ac concorditer assumptus & electus inter Edwardum Cheny clericum & Ricardum Grene mancipium aule Albe cum adherentibus eisdem de eadem aula & aliis locis partem querelantem ex una parte ac dominum Radulphum Blaiston & dominum W. Fairebarne de aula Profunda cum adherentibus eisdem de eadem aula & locis aliis partem querelatam parte ex altera de & super omnibus & singulis querelis, transgressionibus, iniuriis ac contumeliis verbo aut facto exortis & natis inter partes predictas & adherentes eisdem a principio mundi usque in diem confeccionis presencium prout in compromisso inde confecto plenius continetur; visis igitur ac diligenter rimatis & intellectis peticionibus utriusque partis & super hiis communicato concilio sapientum, solennique per nos deliberatione prehabita, dei omnipotentis nomine primitus invocato, pro bono pacis & concordie inter partes predictas perpetuo habende, laudamus, arbitramur ac pronunciamus quod partes predicte hinc inde remittant & abhinc pro remissis ac renunciatis habeant omnibus & singulis querelis, transgressionibus, iniuriis ac contumeliis predictis, super hiis de cetero questionem de iure aut de facto non moturi, utrique parti perpetuum silencium imponentes; prouiso semper quod in predicto laudo non veniat questio de quodam disco seu sedili[1] de quo lis pendet inter aulares predictarum aularum, cuius determinacionem relinquimus discrecioni domini commissarii pro tempore existentis; insuperque laudando mandamus quod ille quatuor persone supra specificate una cum quatuor aliis aularibus ad minus de utraque aula conueniant ad locum & tempus arbitrio magistri Iohannis Lidford & magistri N. Hosy signand', & quod utraque pars expendat in vino lagenam,

[1] *Discus* and *sedile* were not identical terms. It appears from Ducange that *discus* is a table or stall, and *sedile* a bench; the article in dispute could serve either of these purposes.

ac quod verbo & facto premissa perimpleant, & ante recessum ab illo loco manus hinc inde capiant ad discrecionem dictorum magistrorum; et hec omnia & singula mandamus perfici sub pena xx librarum in compromisso inserta, pro parte dimidia parti parenti applicanda & pro alia dimidia officio cancellarie. Dat' xvi^mo die Februarii anno domini mccccclxv°.

xxii die Februarii Dauid Glyn conuictus est de lacione armorum, qui post incarceracionem soluit ii*s.* & reddidit arma que sunt in manibus procuratoris borialis. Feb. 22, 1465/6.

Magister Thomas Morton' conuictus est de lacione armorum; incarceratus est xxiii die Februarii; reddidit arma viz. unum scolle[1] & baculum & soluit pro secunda vice iiii*s.* Feb. 23, 1465/6.

Ricardus Helyer conuictus est de lacione armorum viz. unius baculi. Incarceratus est; reddidit baculum & soluit ii*s.*

Willelmus Bulkombe conuictus est de lacione unius baculi; incarceratus est; reddidit baculum & soluit ii*s.*

Thomas Skyllyng & Dauid Smyth scolaris seruiens eiusdem Thome conuicti sunt de extraccione armorum; incarcerati sunt, reddiderunt arma & soluerunt viii*s.*

Dauid Lloyt conuictus est de percussione Willelmi Holy cum gladio; incarceratus reddidit gladium; fractum tamen, & soluit x*s.* fol.226^v= cclxxxvi^v.

Rogerus Iohn' conuictus est de extraccione armorum; incarceratus est, reddidit arma & soluit iiii*s.*

Hugo Danyel conuictus est de lacione armorum; incarceratus est, reddidit arma & soluit ii*s.*

Dominus I. Meredyth conuictus est de lacione baculi; incarceratus reddidit baculum & soluit ii*s.*

Iohannes Kadoor conuictus de simili incarceratus reddidit baculum & soluit xii*d.* & non plus propter paupertatem.

Lodowicus Gowh' conuictus de lacione armorum incarceratus reddidit arma & soluit ii*s.*

[1] Not *stolle*; scull means an oar; skull means a metal cap for the head; either is possible; both words were used before 1500.

Dominus Dauid Kymmer conuictus de simili incarceratus, reddidit baculum & soluit IIs.

Mar. 4, 1465/6. Quarto die Marcii I. Elys, Ricardus Rythyn, I. Nicholas & Dauid Hynd conuicti sunt de lacione baculorum, incarcerati sunt, reddiderunt baculos suos & inuenerunt fideiussores [*sic*] principalem & magistrum Dauid Hogan ad soluendum VIs.[1] in die Martis proximo. Iohannes Elys soluit XIId. et non plus, quia pauper valde. Dauid Hynd soluit XIId. & non plus quia pauperrimus & ideo bis incarceratus. Iohannes Nicholas soluit XIId. et non plus quia pauper valde. Ricardus Rythyn soluit IIs.

Edwardus Newlond conuictus est de lacione armorum; incarceratus est; reddidit arma & soluit IIs.

Summas omnium istarum conuiccionum ad Uniuersitatem pertinencium habet magister Ganne & procuratores habent porciones suas & cancellarius habet porcionem suam.[2]

Mar. 14, 1465/6. Memorandum quod anno domini MCCCCLXV^to^ mensis Marcii die XIIII° commissa est administracio bonorum Roberti Babyngton nuper defuncti sub tenore verborum qui sequitur:—Thomas Chaundeler sacre theologie professor, reuerendissimi in Cristo patris et domini, domini Georgii permissione diuina Eboracensis archiepiscopi ac alme Uniuersitatis Oxonie cancellarii in eadem Uniuersitate, commissarius generalis Willelmo Babyngton de Chylwell in comitatu Notingham armigero, Willelmo Babyngton filio Roberti Babyngton nuper de Cudyngton, Thome Babyngton de Notyngham et Henrico Merland de London' salutem. Ad petendum, exigendum et colligendum bona ac debita quecumque necnon ad administrandum omnia et singula huiusmodi bona que Robertus Babyngton sub libertate et priuilegio Uniuersitatis Oxonie ab intestato nuper decedens tempore talis decessus sui possedit et que ad eundem pro tunc de iure quomodolibet pertinuerunt, quorum bonorum administracio ad cancellarium Uniuersitatis predicte dinoscitur notorie pertinere, ac res et bona que seruando seruari non possunt, necnon alia quecumque distrahendi, vendendi, preciumque pro eisdem recipiendi et de receptis quibuslibet acquietancias faciendi, necnon creditoribus quibuscumque ipsius defuncti secundum quantitatem eorundem, facta defalcacione cuilibet creditori propter ipsorum bonorum insufficien-

[1] VIs. is added above the line, but only 5s. was paid.
[2] In the margin 'solutum est de predictis Uniuersitati & procuratoribus'.

ciam, si opus fuerit, satisfaciendi et solvendi, vobis de quorum fidelitatibus & circumspeccionum industriis ad plenum confidimus generalem vice nostra potestatem, administracionemque eorundem bonorum committimus per presentes, facultatem exigendi a vobis raciocinium seu compotum super administracione huiusmodi nobis aut nostro in hac parte sufficienti deputato specialiter reseruantes; dat' Oxonie sub sigillo officii cancellariatus eiusdem Uniuersitatis, anno et die supradictis.

Philippus Morgan conuictus est de lacione armorum; diu incarceratus est; reddidit arma & soluit IIs.; magister Gan habet porcionem Uniuersitatis & suam.[1]

Dauid Howel conuictus est de lacione armorum; diu incarceratus est; reddidit arma & soluit IIs.; magister Gan habet porcionem Uniuersitatis & suam.[1]

Magister Lodowicus Iohn' fideiussit pro dictis IIII solidis soluendis in vigilia Pasche proximo; solutum est.

XXIX° die Marcii anno domini MCCCCLXVI^to^ banniti sunt Morganus Glyn alias dictus Morganus Dauid & Oweynus Ap-Ryce pro maleficiis suis grauibus. fol. 227r = cclxxxviir. Mar. 29, 1466.

Iohannes Coke communiter vocatus Ianyn Coke fideiussit pro Iohanna uxore sua quod de cetero erit bone gesture & pacifice, et quod non erit susurro aut faciens obloquia nec mouens rixas [aut][2] iurgia sub pena XX solidorum tociens quociens continget eam de aliquibus supradictorum conuinci; qui quidem XX solidi applicandi sunt secundum modum & formam summarum leuandarum de conuiccionibus super perturbacione pacis.

Ricardus Grene conuictus est de percussione cum cultello; incarceratus reddidit arma & soluit Xs.; magister Gan habet partem Uniuersitatis & procuratores habent porciones suas.

Willelmus Sprygge & Petrus Shermelow fideiusserunt pro Thoma Dalton ad sistendum eundem Thomam iudicio ad respondendum coram cancellario Oxonie aut eius commissario magistro Willelmo Iohn' de & super quibusdam articulis per eundem magistrum Willelmum contra dictum Thomam obiciendis sub pena [*blank*][3].

Memorandum quod Dauid Keys de parochia beate Marie glouer Ap. 5, 1466.

[1] The last clause is an addition.
[2] Not in MS.
[3] This entry has been crossed through; in the margin is 'vacat quia Thomas Dalton incarceratus est'.

soluit Lucie glouer de eadem parochia quinto die Aprilis xxs. coram nobis magistro T. Chandeler commissario &c.

Ap. 14, 1466. XIIII° die Aprilis coram nobis magistro I. Caldbek commissario generali Willelmus Robyns bowcher promisit soluere magistro Hugoni Kyrkland xs. in proximo die Veneris sequenti in partem cuiusdam summe, videlicet xxvs., cuius altera pars soluetur in festo Inuencionis Sancte Crucis sub pena suspensionis vel carceris.

Ap. 18, 1466. XVIII die mensis Aprilis coram nobis magistro I. Caldbek sacre theologie professore ac commissario generali condemnatus est Thomas Sharpe mylner de Wollercote in XL solidis soluendis Willelmo Aber & Ricardo Laghton infra octo dies virtute cuiusdam obligacionis coram nobis adtunc exhibite.[1]

Ap. 19, 1466. XIX die mensis Aprilis coram nobis magistro I. Caldbek commissario generali comparuerunt Nicholaus Robyns & Iohannes Casby weuer de parochia sancti Egidii et fideiusserunt pro Thoma Sharpe mylner de Wollercote pro XL solidis soluendis Willelmo Haber & Ricardo Laghton ad duos terminos, videlicet XXVII die eiusdem mensis proximo futuro xxs. et in festo Natiuitatis beati Iohannis Baptiste proximo futuro xxs., & uterque obligatur in solidum sub pena quatuor marcarum.

In y^e^ forset[2] of [*blank*] Skydmour beyng in y^e^ kepyng of doctour Hunt was fonde in primis a narowe gyrdylle y^e^ corse of purple & VI barr' with bukylle & pendant of siluer; item an uder narowe gyrdylle of purple withoute & grene within with VI barr', bukle & pendant of siluer & gylt; item an uder gyrdylle with a rede corse harnest with blak iren; item II spones of siluer; item a dyall' of laton with uder thyngg' of no price. Withoute y^e^ forset a blewe gowne furred with blak lambe & lynet aboue; item an old par' of shet', and a peyre of feble blankett'; item a sherte; item a whyte purse wouen with trees of gold threde old; item an old Kalendar; item a broke baslard; item an old sawter.

fol. 227^v^= cclxxxvii^v^. May 7, 1466. VII° die mensis Maii anno domini MCCCC sexagesimo sexto nos magister I. Caldbek dedimus decretum ad arestandum equum cuiusdam Henrici Bower de Henley ad hospicium Tabard ad instanciam Roberti Glouer de Oxonia. Ad quem quidem equum appreciandum erant per nos deputati Iohannes Ienyns, Thomas Carter cum[3] Briano Distyllyng & Iohanne Caym bedello. Precium

[1] This entry has been crossed through.

[2] A little forcer or chest.

[3] et, MS.

equi si ab infirmitate qua adtunc detentus erat recuperaverit VIIIs., precium selle cum freno IIIs.; in pabulo equino & aliis expensis circa eundem una cum registracione VIIId. *ob.*

May 12, 1466. XII° die Maii coram nobis magistro Iohanne Caldbek commissario generali comparuit coram nobis Thomas Nash carpentarius qui sponte obligauit seipsum in XL solidis soluendis Uniuersitati per modum conuictionis diuidendis, quod non sociabit se in aliquo loco suspecto cum Agnete filia Iohannis Lamprey quousque fuerint in facie ecclesie legitime copulati, si contingat [eos sic copulari. Predictus Thomas statim post comprehensus est cum eadem Agnete in loco valde suspecto; quam ob causam post incarceracionem diuturnam predictus Thomas tandem dimissus est & soluit VIs. VIIId., nec plus propter magnam pauperiem suam, quarum pecuniarum pars debita Uniuersitati scilicet IIs. IIId. remanet[1] in manibus procuratoris australis scilicet magistri Thome Proktour].[2]

May 12, 1466. Eodem die mensis eiusdem comparuit coram nobis magistro I. C. commissario generali & altro [*sic*] procurator*um* Margareta Herberfeld relicta Thome Herberfeld de Oxonia, que libere, sponte, pure and absolute absque omni fraude vel malo ingenio cessit Willelmo Robertson spencer de Oxonia omnia bona sua tam debita quam alia quecumque, ubicumque fuerint inuenta.

May 17, 1466. XVII° die Maii coram nobis magistro I. Caldbek commissario generali legitime conuicta est Amy Walyngford de perturbacione pacis, videlicet in percussione cum pugno; incarcerata est & soluit IIIIs. Procurator australis habet porcionem Uniuersitatis & porciones procuratorum.

May 19, 1466. XIX die Maii anno domini supradicto comparuit coram nobis magistro Iohanne Caldbek commissario generali Thomas Ody de Chyppyng Faryndon weuer, qui sponte, libere, pure & absolute absque omni fraude vel malo ingenio cessit Roberto Wryght superiori bedello quandam actionem suam quam habet contra Ricardum Sutton alias glouer & Luciam uxorem suam ut patet in quadam obligacione inde confecta.

May 19, 1466. Eodem die comparuit coram nobis &c. Willelmus Bedon tinctor de Oxonia, qui sponte obligauit seipsum in XL solidis soluendis Uniuersitati per modum convictionis diuidendis, quod non erit in aliquo loco suspecto cum Agnete Knyght quousque fuerint in facie ecclesie matrimonialiter copulati.

[1] remanent, MS.

[2] The portion in brackets is an addition.

fol.228r= cclxxxviiir. May 21, 1466. Memorandum quod XXI die Maii anno domini supradicto de communi assensu atque decreto in sacra theologia doctorum actu tunc regencium venerabilis vir magister Ricardus Scarburgh artis magister ac in sacra theologia bachallarius, quoniam non complevit formam ad doctoratus gradum requisitam iuxta statuta Uniuersitatis sed usus est gracia quadam largissima, ne cederet in infamiam maxime doctorum in dicta theologie facultate accelerata eius admissio, quasdam accepit iniunctiones sub expresso iuramento dictis doctoribus in eius licenciatione prestito.

Prima iniunctio quod complete regat per duos annos, nulla obstante promotione ad beneficium quodcumque, si de non residendo[1] poterit quisquam citra summum pontificem dispensare; quod si licenciam infra dictum tempus a summo pontifice ipsum obtinere contigerit, non eo minus a sua regentia per dictum tempus excusabitur.

Secunda iniunctio quod predicabit sermonem examinatorium in termino Michaelis proximo, nisi forsan ad sermonem prima dominica Aduentus tenebitur; quod si contigerit, dictum sermonem predicabit intra annum post eius incepcionem.

Tercia iniunctio quod omnes sermones sibi incumbentes in propria persona predicabit.

Quarta iniunctio quod omnia in sua gracia contenta absque dispensatione quacumque complebit.

Quinta iniunctio quod certas determinabit materias videlicet de purgatorio, in speciali has ambiguitates, Si est purgatorium, Utrum ignis purgatorius est materialis, Utrum pena inflicta in purgatorio sit pena inflicta a domino immediate vel per ministros, Si per ministros an una anima aliam punit vel per angelos, & tunc utrum per angelos bonos uel malos vel indifferentes; alia difficultas, Utrum aliquis in purgatorio eque intense affligetur ut alius damnatus; alia dubitatio, Quando incepit purgatorium[2] & quamdiu durabit & de loco purgatorii si est determinatus.

Item determinabit de symonia & de usura.

Et has perficiet determinaciones per media accepta ex scripta sacra, ex originibus sanctorum, & racione naturali[3] sicubi habebit locum &c.

Cum parte vero regencie ex racionabili causa ad id movente maiori parti doctorum eiusdem facultatis liceat dispensare, ita quod tantum suppleat alias, si id iniungant; similiter liceat cum singulis predictis iniunccionibus dispensare.

[1] i. e. non-residence in his parish.
[2] Not *purgatio*, as in Anstey.
[3] Not *materiali*, as in Anstey.

May 22, 1466. Vicesimo secundo die Maii coram nobis magistro I. C. commissario generali quidam Willelmus Brode de Whateley legitime iuratus ad sancta dei euangelia peciit securitatem pacis de quadam Matilde Hauksbury de Whateley, que in Bocardo incarceratur.

Eodem die coram nobis prefato commissario Iohannes Conyng lathamus & Ricardus Rutter flecher fideiusserunt pro dicta Matilde ad securitatem pacis usque crastinum diem in horam secundam; & si non poterit infra tempus dictum fieri relaxatio per Willelmum Brode predictum de securitate pacis, quod predicti Iohannes & Ricardus inducent iterum in carcerem prefatam Matildem eadem hora secunda &c.

May 26, 1466. Vicesimo sexto die Maii coram nobis magistro I. Caldbek sacre theologie professore & commissario generali comparuit coram nobis Matilda Hawesbury de Wheteley, que sacrosanctis tactis euangeliis iurauit quod non manebit in predicta villa de Wheteley ultra duos dies & totidem noctes, sic tamen quod usque festum Michaelis Archangeli proximo futurum si contingat illam expectare in predicta villa tantum per duos dies semel in mense; post festum tamen Michaelis predicti ibidem nullatenus expectabit sub quocumque colore.

fol. 228v= cclxxxviiiv. June 11, 1466. In festo sancti Barnabe apostoli viz. XI die Iunii Iohannes Godard[1] de Bokylbury in comitatu Bark' hosbandman obligauit se ad faciendum ambones cum formulis pro nouis scolis sacre theologie Oxonie viz. XXXVII ambones cum scabellis corespondentibus, sub forma & modo tractatis in eisdem scolis in presencia doctoris Calbek, magistri Willelmi Lampton, magistri Iohannis Byrde & magistri I. Arnold ac magistri Ricardi Mey & mei Thome Chaundeler Uniuersitatis Oxonie commissarii generalis, ita quod idem opus plene perfecte & bene perficiatur secundum formam & modum predictos ante festum sancti Andree proximo futurum sub pena quadraginta librarum Uniuersitati predicte soluendarum. Acta sunt hec coram nobis Thoma Chaundeler commissario antedicto predicto undecimo die Iunii anno domini MCCCCLXVI^to^ in presencia doctoris Cokkys, magistri Iohannis Molyneux, magistri Iohannis Arnold; pro quibus recipiet XXII libras, unde[2] in partem solucionis pre manibus modo recipit centum solidos per manus magistri Ricardi Mey vicarii ecclesie sancte Helene Abendonie.

June 11, 1466. Anno domini MCCCCLXVI^to^ undecimo die Iunii Iohannes Lamprey, fideiussor pro Roberto Lande de non trahendo materiam

[1] Not *Edward*, as in Anstey.
[2] Not *verum*, as in Anstey.

aliquam terminabilem ad extra ad instanciam Iohannis West, omnino dimissus est ab illo vinculo obligacionis & fideiussionis ex eo quod dictus Iohannes West renunciauit foro cancellarii, eligendo maiorem ville in iudicem suum, & eciam ex eo quod coram eodem elegit arbitros promittens stare iudicio eorum.

Nov. 10, 1465. In dei nomine Amen; ego magister Henricus Popy compos mentis & sane memorie anno domini M° quadringentesimo sexagesimo quinto, desimo [*sic*] die mensis Nouembris condo testamentum meum in hunc modum; in primis lego animam meam omnipotenti & misericordissimo deo patri & Ihesu Cristo filio suo & beate Marie genitrici eiusdem Ihesu Cristi ac omnibus sanctis corpusque meum sepeliendum in capella beate virginis Marie. Insuper condono fratri meo Benedicto Popy omnia que michi debet & do sibi omnia que de meis habet & duo coopertoria lecti duos lodices & duo paria linthiaminum. Item volo quod mansum meum vocatum Wrytt' vendatur, ita videlicet quod Edmundus Popy filius fratris mei Iohannis Popy habeat dictum mansum infra summam alicuius alterius persone per quinque nobilia, sic viz. quod tunc remaneat dictum tenementum sibi & heredibus suis ut parcella & tenement*um* pertinens tenemento vocato Roberts in perpetuum; quod si dictus Edmundus nec alii pro eo dictum tenementum sic emere voluerint, tunc altri vendatur & de pecunia proveniente disponantur quinque nobilia ad proficuum dicti Edmundi & perpetuum bonum tenementi vocati Roberts. Item de bonis remanentibus in manibus firmarii lego duas marcas ecclesie de Browndyche. Item de eisdem bonis lego uxori Benedicti Popy XX*s.*; item lego collegio murram meam stantem; item magistro Sadeler togam meam viridem cum capicio correspondente; item magistro Parys Quodlibeta doctoris[1] & P*e*ryles[2] de vitiis; item magistro Edmundo Aliard togam cum capicio & omelias Gregorii; item dictis magistris Parys & Alyard unum mantellum & VI*s.* VIII*d.*; item Iohanni Kele duas togas secundum discrecionem executorum; item sociis collegii cuilibet IIII*d.*; item fratribus sancti Bartholomei XII*d.*; item fratri meo Benedicto VI*s.* VIII*d.*; residuum vero bonorum meorum do & lego in manus executorum meorum quos constituo magistrum Thomam Parys & magistrum Edmundum Aliard ut ipsi ea disponant secundum quod eis videbitur expedire pro me & pro quibus debitor exsisto.

June 11, 1466. Probatum est presens testamentum XIII° die mensis Iunii anno supradicto coram nobis magistro Thoma Chaundeler sacre theologie professore ac Uniuersitatis Oxonie comissario generali & per nos approbatum, insinuatum & legittime pronunciatum pro eodem commissaque est administracio omnium bonorum idem testamentum concernentium siue spectancium executoribus suprascriptis in forma iuris iuratis, quos ab ulteriori compoto nobis aut officio inde faciendo dimittimus & acquietamus, saluo iure cuiuscumque. In cuius rei testimonium sigillum cancellariatus Uniuersitatis Oxonie presentibus apposuimus.

[1] Probably Duns Scotus. *Summa de viciis.*
[2] Perhaps Peraldus who wrote

XII° die Iunii anno domini MCCCCLXVI^to Agnes Pevesey filia Iohannis Lamprey fullonis Oxonie abiurauit villam Oxonie & procinctum eiusdem ac spacium decem miliarium eidem ville circumiacencium, & dictus Iohannes Lamprey fideiussit pro eadem filia sua quod sic iuramentum suum obseruabit sub pena viginti solidorum tociens quociens continget eam culpabilem in non seruando huiusmodi iuramentum reperiri Uniuersitati soluendorum. fol.229r = cclxxxviii br. June 12, 1466.

Iohannes Bangor conuictus est de percussione cum cultello; incarceratus est; reddidit arma & soluit Uniuersitati VI*s.* VIII*d.* & non plus quia pauper erat & quia leuis erat percussio. Procurator australis habet porcionem Uniuersitatis & porciones procuratorum.

Vicesimo tercio die mensis Iunii comparuit [coram][1] nobis magistro Iohanne Caldbek commissario generali Ricardus Herney de London & prestitit caucionem iuratoriam de non trahendo materiam adextra concernentem testamentum cuiusdam Agnetis Stone nuper defuncte aduersus dominum Ricardum Cokk' eiusdem testamenti executorem. June 23, 1466.

Eodem die predicti mensis coram nobis predicto magistro I. C. commissario generali pars predicti Ricardi Herny constituit cum omnibus clausulis generalibus & specialibus una cum potestate substituendi & de iurando de calumnia magistrum Iohannem Walyngford. Et eodem die predicti mensis coram nobis predicto &c. prefatus dominus Ricardus Cokk' sub modo & forma predictis constituit in procuratorem suum magistrum Eugenium Faland.

Vicesimo quinto die mensis Iunii banniti sunt Dauid Hynd & Galfridus Talley, quia legitime vocati ad comparendum & respondendum super quibusdam criminibus eis impositis venire recusarunt. June 25, 1466.

Vicesimo sexto die Iunii coram nobis magistro Iohanne Caldbek June 26, 1466.

[1] Omitted by the scribe.

commissario generali & altro procurator*um* conuictus est ex propria confessione quidam Iohannes Pany laborator de Oxonia de percussione cum pugno; unde incarceratus est & induxit ad nos quedam vadia ad valorem IIIs. IIII*d*., promisitque fide media redimere predicta vadia ad festum Aduincula sancti Petri et soluere III solidos nec plus, quia pauper est & inops.

June 27, 1466. Vicesimo septimo die Iunii coram nobis magistro I. Caldbek commissario generali comparuit Thomas Tresawell illuminator librorum de Catstrete & promisit fide media se soluturum Ricardo Herneste pellipario VIs. IIII*d*. quarto decimo die Iulii.

June 28, 1466. Vicesimo octauo die Iunii coram nobis magistro I. Caldbek commissario generali Dauid Keys soluit Lucie Sutton, alias Glouer, XX solidos in partem solucionis &c.

fol. 229v= cclxxxviii bv. XXVI die Iulii[1] anno domini MCCCCLXVI°, Laurencius Neuyl conuictus de portacione armorum incarceratus reddidit arma & soluit IIs. Eugenius Foylond conuictus de simili incarceratus reddidit arma & soluit IIs. Philippus Walshe conuictus de simili incarceratus reddidit arma & soluit IIs. Procurator australis habet porcionem Uniuersitatis & porciones procuratorum.

XXVIII die mensis Iulii anno supradicto coram nobis magistro Thoma Chaundeler sacre theologie professore ac Uniuersitatis Oxonie commissario generali &c. comparuit Thomas Westone de Wodestoke per nuncium & litteras suas specialiter ad infrascripta destinat*as* & constituit procuratores suos generales coniunctim & diuisim magistrum Humfridum Hawardyn & magistrum Iohannem Walyngforde ad agendum, ad defendendum & iurandum de calumpnia & veritate dicenda, ad appellandum, prosequendum & ad omnia alia faciendum & perimplendum, que ipse Thomas in persona propria facturus esset, si presens personaliter interesset; de quibus omnibus supradictis & singulis predictus nuncius plenam fidem fecit nobis & officio nostro per litteras dicti Thome ac eciam per duos testes idoneos iuratos super premissis omnibus & singulis ac diligenter examinatos viz. Rogerum Westone de Wodestoke & Iohannem Kydwelly ville eiusdem.

Aug. 2, 1466. Secundo die Augusti anno suprascripto Matildis Broyne, alias vocata Matildis Skelton, propter meretricium suum abiurauit

[1] For the records of the first part of July, Laurence Cokks being commissary, see fols. 231v and 232r.

villam Oxonie & spacium decem miliarium circumiacencium, nunquam in idem spacium reuersura nisi contingat eam maritari & ita cum marito suo honeste conuersari.

Iohanna Raynolde meretrix abiurauit uillam Oxonie & spacium VII miliarium circumiacencium, nunquam infra idem spacium moratura nisi contingat eam maritari & ita cum marito suo honeste conuersari.

Katerina Shaue detecta super adulterio & pronubio diu incarcerata est et Iohannes Shaue alias Conyng latamus sponsus eiusdem Katerine fideiussit pro ea quod quocienscumque continget dictam Katerinam culpabilem reperiri in aliquo supradictorum quod soluet cancellario aut eius commissario VIs. VIII*d*.

Sexto die Augusti fideiusserunt coram nobis Thoma Stephyn commissario generali Symon Jhonson beremaker & Thomas Browne taylor de Oxonia sub pena 40s. Uniuersitati soluendorum ad inducendum Iohannam Carpenter prius incarceratam quocumque die ante festum Natiuitatis beate Marie proximo futurum legitime quo fuerit euocata coram cancellario eiusue commissario generali; et prefatus Symon promisit antedictum Thomam Brown seruare indempnem sub C solidis pro ista eadem obligacione. Aug. 6, 1466.

Septimo die Augusti conuictus erat dominus Urias Halbyn de extraccione armorum; sequenti die incarceratus, reddidit arma & soluit 4s.; procurator borialis habet duas partes & arma. Aug. 7, 1466.

Eodem die conuictus est [*blank*] Mylyn de extraccione armorum.

Eodem die suspensus est propter eius contumaciam T. Tayler de parochia Omnium Sanctorum in non comparendo coram nobis cum legittime vocatus fuerat, & 22° die Augusti ab eadem sentencia plenarie absolutus. Aug. 7, 1466.

Item sexto Augusti magister Willelmus Aschford constituit magistrum Iohannem Dunring in legibus baccalarium & Iohannem Harry in suos procuratores, dans eis & cuilibet eorum potestatem generalem ac mandatum speciale ad agendum, defendendum, ad iurandum de calumpnia & de veritate dicenda omniaque cetera peragendi secundum formam registri. Aug. 6, 1466.

XI^mo die Augusti anno domini MCCCCLXVI^to magister Walterus Knyhgtley procurator & substitutus magistri Stephani Tyler nomine eiusdem magistri Stephani resignauit ius quod habet aut habuit in principalitate aule Trabine & dictus magister Walterus fol. 230r= cclxxxix r. Aug. 11, 1466.

exposuit caucionem pro eadem aula & admissus est ad eandem saluo iure cuiuscumque.

Aug. 11, 1466. Eodem die vidua que fuit uxor Philippi Marcham conuicta est per confessionem suam de frequenti hospitacione scolarium per noctes quasi continuas in domo sua. Probatum est eciam coram nobis per testimonia fidedignorum quod in eadem domo sua fiunt conspiraciones & frequenter confederaciones contra pacem & tranquillitatem studencium in Uniuersitate. Habetur insuper suspecta notorie de fornicacione & aliis flagiciis per eam & mulieres inibi habitantes perpetratis. Quamobrem iniunximus eidem sub pena bannicionis ne unquam de cetero hospitet scolarem aliquem in domo eadem vel alia infra Uniuersitatem, ne eciam post xv^{um} diem huius instantis mensis vendat seruisiam infra procinctum Uniuersitatis quousque actualiter fuerit maritata sub pena predicta.

Alicia Krakyl uxor Radulfi Krakyl carnificis conuicta de adulterio abiurauit villam Oxonie & procinctum eiusdem & datus est ei terminus ad recedendum in festo sancti Bartholomei proximo.

Alicia Bernard senior & Alicia Bernard iunior propter meretricia sua abiurauerunt villam Oxonie & procinctum eiusdem ac spacium decem miliarium circumiacencium nisi vel quousque contingat aliquam earundem infra idem spacium maritari & cum marito suo honeste cohabitare; sic vero maritatam permittimus redire & inibi permanere.

Alicia Coke propter meretricium suum abiurauit villam Oxonie & spacium decem miliarium circumiacencium nisi contingat eam maritari infra idem spacium; in quo casu permittimus eam cum marito suo cohabitare; & datus est ei terminus ad recedendum ante festum Commemorationis Animarum proximo futurum quia impregnata est & grauida.

Agnes Trymmer alias Agnes Mancyple conuicta de hospitacione scolarium, suspecta eciam de adulterio, habuit iniunccionem sub pena bannicionis, ne unquam de cetero hospitet scolarem, ne eciam post xv^{um} diem huius instantis mensis Augusti vendat seruisiam infra procinctum Uniuersitatis nisi cum marito suo honeste cohabitet.

Iohannes Clerk prestito iuramento solito coram nobis de timore

corporalis damni peciit securitatem de Thoma Peryn slatter & uxore sua.

Kexby cancellarius.[1] fol.230^{v}= cclxxxix^{v}.

Deposicio Iohannis Felerd serui Oliueri Horre[2] iurati & examinati July 1442. de perturbacione pacis inter ipsum & Willelmum Bysshop de aula sancti Iohannis die Lun'[3] mensis Iulii anno domini MCCCCXLII; dicit quod ipse & socius eius communicabant simul de ludo vulgariter vocato swerd and bokelere [vel pykyd staff, dicentes quod talis ludus venit ex leticia cordis][4] & inter cetera dixit predictus Willelmus prefato Iohanni 'Sofft and Fayre', et respondit Iohannes 'Sofft and Fayre ynoghe'. Recessit Willelmus et reduxit secum duos scolares quorum nomina ignorantur. Et dixit prefatus Willelmus prefato Iohanni 'ubi est ille qui wlt ludere ad ludum prenominatum' & addidit dictus Willelmus 'ubi sunt arma'; respondit Iohannes 'ego sum & hic sunt arma'. Et prefatus Willelmus cum sociis suis apprehenderunt baculum ex una parte & prefatus Iohannes retraxit ex altra parte. Et dixerunt prefatus W. & socii 'Dimitte nobis baculum'; & ipse recusauit et impetu magno abstulit ab eis et sic percussit prefatum Willelmum ad sanguinis effusionem. Sed ante percussionem quidam scolaris veniens cum dicto W. extraxit cultellum vocatum hangere volens percussisse predictum Iohannem Felerd; et Iohannes predictus super hoc coram nobis magistro Iohanne Kexby cancellario Uniuersitatis Oxonie fuit conuictus.

Memorandum quod prefatus Willelmus Bysshop scolaris iuratus & examinatus fatebatur quod Iohannes Felerd predictus ludens cum baculo a casu percussit ipsum; tamen, ut fatebatur prefatus, ipsum cum illa percussione non lesit, nec ex aliqua precogitata malicia ipsum percussit; et statim post istam percussionem reuenit prefatus Willelmus adducens secum duos scolares; dixit prefato Iohanni ut daret sibi baculum & ipso nolente prefatus Willelmus & duo scolares secum aduenientes tenuerunt baculum, volentes rapere a manu predicti Iohannis; qui tandem habens baculum in sua libertate percussit prefatum Willelmum Bysshop ut prenotatur.

Memorandum quod secundo die Septembris Iohanna Heese & Ricardus Heese constituerunt magistrum Thomam Matin pro-

[1] The entries on 230^{v} and 231^{r} are of various dates; the regular sequence of entries begins again on 231^{v}. This passage is the only authority for a chancellor of this name.

[2] Not Hore as in Anstey; Oliver Horre or Urrey was a prominent citizen.

[3] Probably means July 12, the day of Luanus, abbot.

[4] The words in brackets are added in the margin.

curatorem suum in omnibus causis motis seu mouendis iuxta modum & stilum curie &c.

Dec. 4, 1465. 4° die mensis Decembris anno domini MCCCCLXV^to domnus Robertus Charley monachus ordinis Cisterciensis & Iohannes Pendeley de comitatu Oxonie promiserunt [*sic*] in magistrum Iohannem Caldebeke sacre theologie professorem tunc huius alme Uniuersitatis commissarium generalem ut in arbitratorem & amicabilem compositorem; promiseruntque predicti Iohannes & Iohannes sub pena centum marcarum stare ac cum effectu parere laudo, iudicio & arbitrio dicti magistri Iohannis in omnibus causis tam ciuilibus quam criminalibus & specialiter in quadam causa suspicionis furti tunc coram dicto commissario pendente indecisa; prefatus insuper commissarius arbiter & amicabilis compositor a partibus predictis concorditer electus de consensu pariter & assensu dictarum parcium laudauit & arbitratus est sub forma que sequitur viz. quod monachus antedictus & predictus Iohannes Penley acquietarent & uterque hinc inde altrum acquietaret omnibus accionibus, querelis, & transgressionibus motis vel mouendis inter partes predictas a principio mundi usque in diem presentis laudi siue arbitrii sub pena predicta & uterque parcium predictarum mutuo in presencia dicti commissarii acquietauit, & quieti sunt. Iurauitque utraque parcium predictarum tactis sacris, ac eciam promisit sub pena centum marcarum hinc inde quod nulla causa terminabilis intra Uniuersitatem inter partes predictas traheretur extra Uniuersitatem per aliquam parcium predictarum.

fol.231r= cclxxxxi^r.

Caldbek.[1]

Feb. 7, 1466. VII^mo die Februarii magister Robertus Byrt admisit in seruientem suum Ricardum Vere, promittendo reddere sibi per annum togam ad valorem VIs. VIIId. seu verum valorem eiusdem.

Eodem die predictus Ricardus Vere constituit predictum magistrum R. Byrt procuratorem suum in omnibus causis &c.

Insuper eodem die predictus Ricardus, adiuratus in forma iuris, peciit securitatem pacis de Roberto Prat hosyer.

Ap. 18, 1466. XVIII die Aprilis coram nobis magistro I. Caldbek commissario generali comparuerunt Edmundus Waren fuller & Ricardus

[1] Although the old foliation passes from 289 to 291, it is by no means certain that a leaf has been lost. It is possible that the scribe, finding that he had twice used the number 288, now tries to get his paging correct. It is true that the entries pass from December to February, but as these two pages are occupied with stray entries this need not imply that a leaf has been lost.

Stephen fuller, qui fideiusserunt pro Henrico Whyte fuller ad seruandum pacem erga Iohannem Byrd fuller & omnes legios domini regis sub pena XL librarum & uterque obligatur in solidum.

May 20, 1466. Vicesimo die Maii Willelmus Robyns carnifex de Oxonia, cui prius commissa fuit administracio bonorum Thome Harberfeld defuncti, vocatus erat coram nobis magistro I. Caldbek commissario generali ad reddendum compotum de predicta administracione. Facto insuper compoto predictus Willelmus asseruit ipsum exposuisse de bonis suis pro predicto Thoma IIIIli. XIs. VIId.; nam per compotum suum summa expensarum extendebat se ad XIIli. XIXs. XId.; summa vero receptorum ad VIIIli. VIIIs. IIIId.; sic summa expensarum excedebat summam receptorum in IIIIli. XIs. VIId.; non tamen allocauimus ista compota, quia ex probabili euidencia reddebantur nobis suspecta. Iniunximus igitur predicto Willelmo ne ultra administraret quicquam pertinens ad bona prefati Thome. Commisimus insuper administracionem predictorum bonorum prefati Thome Heberfeld Willelmo Robertson alias Spenser de Oxonia & Roberto Perkyns brewer[1] de eadem in forma iuris iuratis ad reddendum compotum &c.

May 23, 1466. Vicesimo tercio die Maii comparuerunt coram nobis I. C. commissario generali Willelmus Taynton carnifex de Oxo[nia & Steph]anus Hayuell bruwer de predicta, qui sponte, pure, [& libere iurauerun]t quod Willelmus Robyns carnifex de Oxonia recep[it deli]berat' eidem Willelmo per manus Thome Herberfeld . . .[2]

fol.231v= cclxxxxi^v. May 22, 1466. XXII die mensis Maii anno domini MCCCCLXVI^to comparuit coram nobis magistro Thoma Chaundeler sacre theologie professore &c. Philippus Carpenter de Horspath; profusis presibus [*sic*] humiliter supplicauit ut prouideremus sibi de sufficienti caucione a Iohanne Moreys prestanda[3] pro pace sibi seruanda. Prestito prius per eum iuramento solito quod eum de vita & membrorum mutilatione iuste timuit, concessimus ipsius peticionem & pro eo quod predictus Iohannes sufficientem caucionem in ea parte prestare non potuit ipsum commisimus carceribus, custodi de Bocardo iniungendo quod eum secure custodiret donec aliud a nobis in mandatis reciperet sub pena centum librarum.

July 2, 1466. Secundo die Iulii anno domini MCCCCLX sexto comparuit coram

[1] brower, MS.
[2] The leaf is torn and the rest of the entry is wanting; the words in brackets are guessed.
[3] prestando, MS.

nobis magistro Laurencio Cokkys decretorum doctore &c. Wyllelmus Thorne cum uxore sua, & ipse cum ipsa constituit magistrum Thomam Maten' & magistrum Iohannem Walyngford in veros et legittimos procuratores suos cum potestate substituendi, exposita caucione cum ceteris omnibus in hac parte necessario requisitis iuxta stilum curie in omnibus causis pro eis aut contra eos motis uel mouendis de iure uel de facto modo quouiscumque.

July 4, 1466. Quarto die mensis Iulii anno domini MCCCCLX sexto magister Thomas Cornysche rogatus et requisitus restituere Doctorem Subtilem dimissum in custodia sua super quatuor libros Sentenciarum per deliberacionem & tradicionem factam eidem magistro Thome Cornysche per manus magistri Iohannis Pope, restituit & tradidit Edwardo Deuellyng monacho monasterii sancte Marie de Dublinio, petita tamen ab eodem magistro Cornysche prius caucione quod idem monachus antedictus & Guyll*elmu*s Purser ab Aber' de Oxonia saluarent eum apud omnes personas clamantes, vendicantes, aut clamare siue vendicare volentes in futurum indempnem; quam quidem caucionem coram nobis prestiterunt die & anno supradictis sub pena X marcarum.

July 5, 1466. Quinto die Iulii anno domini MCCCCLX sexto comparuit coram nobis magistro Laurencio Cokkys decretorum doctore ac commissario generali Iohannes Lokyn qui constituit magistrum Iohannem Godfelow in suum verum et legittimum procuratorem suum [*sic*] cum potestate substituendi, exposita caucione, cum ceteris omnibus in hac parte requisitis, in omnibus causis pro eo aut contra eum motis et mouendis iuxta stilum curie.

July 6, 1466. Sexto die Iulii anno domini MCCCCLX sexto comparuit coram nobis magistro Laurencio Cokkys tunc commissario generali Henricus Prendergyst de Oxonia in parochia sancti Egidii et peciit a Willelmo Ouer de eadem parochia, firmario de Waltun, fideiussores pacis; qui tandem exhibuit sibi fideiussores Henricum Thomas & Iohannem Swatlyng chandler, promittentes sibi indempnitatem corporis sui et suorum sub pena XX librarum. Item eodem die prestitit iuramentum corporale idem W. Ouer de non trahendo predictum Henricum Prendergast adextra vel in hac materia vel alia hic terminabili[1]

fol.232r= cclxxxxiir. July 10, 1466. X° die Iulii anno domini MCCCCLX sexto decretum fuit & post allegacionem parcium, quarum uertebatur interesse, determinatum

[1] The rest of the page is torn off.

quod quidam Iohannes Robyns frunitor[1] non habebit in domo quadam ab eo conducta & situata immediate iuxta domum Iohannis Clyffe ex parte occidentali per terminos et tempora quibus ibidem inhabitabit predictus Iohannes Robyns porcos in aris[2] iuxta aquam[3] cum qua pandoxari consuetum est ad corruptionem aut infeccionem eiusdem neque puteum infra domum predictam neque latrinam quibus aqua corrumpatur, et quod non lauabit pelles in flumine uel aqua predicta neque feces aut stercora animalium proiiciet in aquam; item quod non mensurabit calcem tempore pandoxacionis facte vel fiende per Iohannem Clyff aut tenentes suos iam aut in posterum futuros in domo Iohannis Clyff predicta & quod nichil excercebit aut faciet ibidem per quod noceretur Iohanni Clyff, eius tenentibus, aut predicte occupacioni que in domo Iohannis Clyff hactenus excerceri consueuit tum propter publicam tum propter privatam utilitatem sub pena VIII marcarum.

July 12, 1466. XII° die Iulii anno domini MCCCCLX sexto comparuit coram nobis magistro Laurencio Cokkys tunc commissario Willelmus Robyns qui constituit magistrum Iohannem Walyngford in verum et legitimum suum procuratorem cum potestate substituendi exposita caucione in omnibus causis pro eo uel contra eum motis uel mouendis cum omnibus aliis iuxta stilum curie in hac parte requisitis.

July 12, 1466. In dei nomine Amen. Cum nos magister Laurencius Cokkys decretorum doctor, magistri Thome Chaundeler sacre theologie professoris commissarii generalis reuerendissimi in Cristo patris et domini domini Georgii diuina prouidentia Eboracensis archiepiscopi et huius alme Uniuersitatis Oxonie cancellarii in quadam causa empcionis et vendicionis duarum buttarum vini dulcis et unius dolii rubei vini mota inter Ricardum Warde de Bristolia partem actricem ex parte una et Iohannem Ketyll de Oxonia partem ream pretensam ex altera commissarius seu iudex in ea parte specialiter ac sufficienter deputatus, in termino per nos dato ad sentenciandum, si proposita non obstiterint, videlicet XII° die Iulii anno domini MCCCCLX sexto, partibus erga eundem terminum ad audiendum sentenciam per nos peremptorie citatis seu procuratoribus earundem, ac coram nobis in ea parte sufficienter comparentibus, ordine iuris requisito in omnibus seruato, ad sentenciam diffinitiuam in dicta causa, Cristi nomine primitus

[1] tanner.
[2] *hara*, a pigsty.
[3] Cliff lived in Brewers' St., towards the west end.

inuocato, procedimus in hunc modum; In dei nomine Amen; cum nos visis actis & inactitatis, receptisque testibus ac aliis probacionum generibus, auditisque deposicionibus eorundem ac confessionibus partis ree pretense, necnon diligenter recensitis meritis predicte cause mote inter Ricardum Ward predictum actorem et Iohannem Ketyll reum pretensum pro XII libris quas dictus Ricardus Warde petit a prefato Iohanne Ketyll pro vendicione duarum buttarum dulcis vini videlicet tyr'[1] & malmesy et unius dolii rubei vini diu pendentis coram nobis indecise reperimus dictum Ricardum Warde actorem nullatenus suam intencionem in ea parte sufficienter fundasse & probasse, sed omnino in probacione sua notorie defecisse. Ideo nos commissarius seu iudex antedictus predictum Iohannem Ketyll ab impeticione quacumque Ricardi Warde predicti racione predicta absoluimus et dimittimus sentencialiter & diffinitiue eidemque Ricardo Warde in premissis perpetuum iusticia suadente imponimus silencium.

July 19, 1466. 19° die mensis Iulii anno domini MCCCCLXVI comparuit coram nobis Willelmus Lion de Oxonia ac promisit se exhibiturum ac sisturum Thomam Weston de Wodestoke coram nobis ad respondendum Iohanni Broun per se aut suum procuratorem legittime ac sufficienter constitutum sub pena L solidorum, XXVIII° die mensis Iulii proximo futuro.

T. Stephyn anno domini MCCCCLXVI^to.

fol.232v = cclxxxxiiv. Aug. 18, 1466. 18° die Augusti conuictus est ex rei euidencia T. Cory de percussione usque ad sanguinis effusionem ac post incarceracionem soluit Xs. & arma reddidit.

Aug. 19, 1466. XIX die Augusti coram nobis magistro Thoma Stephyn sacre theologie professore anno domini MCCCCLXVI^to ac commissario generali Thomas Cory constituit magistrum Nycolaum [*blank*] in legittimum & verum suum procuratorem cum potestate substituendi, exposita caucione, cum ceteris omnibus in hac parte requisitis iuxta stilum curie, in omnibus causis contra eundem Thomam motis uel mouendis de iure uel de facto modo quouiscumque.

Aug. 19, 1466. Eodem die Iohannes Hawthorne famulus venerabilis viri magistri Ricardi Scarborghe sacre theologie professoris magistrum

[1] Perhaps wine of Tyre; wine of Ascalon was drunk in England in the fifteenth century. Prof. Thorold Rogers, *Hist. of Prices*, iv. 641, mentions wine called Tyre of which he found mention between 1424 and 1481, chiefly in the eastern counties.

Umfridum Hawardyn suum legittimum procuratorem ordinauit cum clausula generali & potestate substituendi iuxta stilum curie.

Item eodem die Oliuerus Urry clauicularius maioris & Willelmus Gregory manuceperunt pro Thoma Cory de pace seruanda versus Iohannem Hawthorne sub pena centum solidorum Uniuersitati soluendorum & quilibet predictorum trium scilicet Oliuerus, Willelmus & Thomas Cory in eadem summa Uniuersitati soluenda se obligauit. Aug. 19, 1466.

XX die Augusti Thomas Dyram tactis sacrosanctis quod Iohannem Clerk timeret fideiussores pacis instanter peciit. Aug. 20, 1466.

Eodem die Thomas Cory & Iohannes Hawthorne compromiserunt in Ricardum Stacy & Edwardum Wodeworde pro omnibus materiis inter eos motis uel mouendis a principio mundi usque in hunc diem, scilicet quod stabunt iudicio, decreto & arbitrio prefatorum Ricardi & Edwardi sub pena X marcarum, quarum una dimidia pars Uniuersitati, altera medietas soluetur parenti laudo & decreto arbitrorum predictorum, si quod dederint ante festum Exaltacionis sancte Crucis proximo futurum.

21 die Augusti Ricardus Moredok de Stratford apon Auyn constituit in suos veros & legittimos procuratores magistrum Lodwycum Ihon & Iohannem Bak*er* mancipium aule sancti Albani unumquemque per se & in solidum coniunctim & diuisim cum clausula substituendi in causa quam habet contra Ricardum Law3ton coriarium, cum eciam aliis clausulis secundum stilum huius curie requisitis. Aug. 21, 1466.

Coram nobis magistro Thoma Stephyn sacre theologie professore ac commissario generali, 22° die Augusti, comparuit Petrus Kenyngale domus fratrum Carmelitarum in suburbio Oxonie prior atque promisit de iudicio sisti in quadam causa contra eum pretensa per Robertum Ioyner & Iohannem Dyer usque in crastinum Dionisii inclusiue sub pena X marcarum. Aug. 22, 1466.

Eodem die Iohannes Weste fuller promisit sub pena XIIIIs. IIIId. soluere Uniuersitati vs. pro Thoma Whyte, in quibus idem Thomas conuictus est quia percussit usque sanguinis effusionem, in festo Exaltacionis sancte Crucis proximo futuro. Non soluit plus quia pauperrimus erat. Aug. 22, 1466.

Aug. 23, 1466. Ad presenciam nostram 23 Augusti accesserunt Iohannes Worthe, Iohannes Casby, Iohannes Gentylman & Rogerus Coke compromissores & arbitratores electi inter Iohannem Clerk ex una parte & Thomam Dyram ex alia parte ad omnem materiam inter eos ante hunc diem quacumque occasione exortam plenarie finiendam; qui laudum ex unanimi consensu tulerunt in hunc modum; In primis quod supranominati Iohannes & Thomas omnem brigam, discensionem, iniuriam hinc inde exortam alteriutri condonarent nec amplius aliquam inhonestam loquelam mutuo redderent sub pena XIIIs. & IIIId., quorum una pars dimidia Uniuersitati, altera ecclesie sancti Egidii per prefatos compromissores censetur persoluenda, & ita eciam quod quilibet eorum soluat grossum pro prandio compromissorum.

Aug. 23, 1466. Eodem die Iohannes Blake vestment-maker a quatuor annis & modo seruiens rectoris collegii Exonie in Oxonia ac sociorum eorundem, per iuramenta fidedignorum comprobatus, magistrum Iohannem Walyngforde constituit in eius verum & legittimum procuratorem cum potestate substituendi, exposita caucione, in omnibus causis motis uel mouendis contra eundem iudicialiter cum omnibus aliis iuxta stilum curie [1] [requisitis].

fol. 233r = cclxxxxiiir. Coram nobis T. Stephyn commissario generali legittime conuictus est Dauid Smyth de lacione archus & extensione eiusdem.

Aug. 26, 1466. XXVIto die Augusti comparuit coram nobis T. Kete de Abyngdon & constituit magistrum Iohannem Walyngforde in suum verum & legittimum procuratorem cum potestate substituendi debita recipiendi, exposita caucione, cum ceteris omnibus in hac parte necessario requisitis iuxta stilum curie in omnibus causis pro eo uel contra eum motis uel mouendis de iure uel de facto modo quouiscumque.

Item quod eodem die Symon Jhonson beremaker confessus est xxx se quarteria a prefato Thoma emisse, pro quorum quoquo [2] IIIs. IIIId. solueret die inter eosdem prefixo scilicet Natiuitatis beate Marie virginis.

Memorandum quod Ricardus Spragat aldermannus & Olyuerus Urry confessi sunt se esse & fuisse obligatos pro Thoma Smyth de Buknel sub pena XL librarum quod prefatus Thomas nullam materiam contra Iohannem Blake attemptaret in aliqua forinseca

[1] The page is torn at this point. [2] A quarter of beer contained many gallons; see *N.E.D.* But perhaps it means quarters of malt.

curia sed solum coram cancellario Uniuersitatis Oxonie eiusve commissario.

Aug. 30, 1466. Penultimo die Augusti coram nobis T. Stephyn commissario generali Iohannes Colby de comitatu Bokyngham in villa de Birton commorans promisit super librum adducere Ricardo Leke de Oxonia pandoxatori [1] ante festum Omnium Sanctorum proximo futurum triginta quarteria brasii pro centum solidis; item Ricardus Leke prefato Iohanni fide media promisit se soluturum pro predictis triginta quarteriis brasii L solidos ante festum Omnium Sanctorum & alios L solidos per quindenam ante festum Natiuitatis dominice proximo sequent'.[2]

Aug. 31, 1466. Ultimo die Augusti Willelmus Hee de Cowlegh [se astrinxit] [3] firma fide & sub pena C marcarum ad comparendum personaliter coram nobis responsurus Iohanni Grawnt de & super legittime sibi imponendis die Iouis proximo post festum Natiuitatis beate Marie virginis.

Item T. Smyth, Willelmus Wutton & Ricardus Medcalue fideiusserunt pro Iohanne Mason ad inducendum eundem Iohannem ad commissarium generalem domini cancellarii Oxonie quocumque die legittime citetur.[4]

Sept. 2, 1466. Memorandum quod secundo die Septembris Thomas Forde sargant, Willelmus Laly jayler Bocardo fideiusserunt pro Iohanne Dove de pace seruanda versus Iohannem Clement sub pena C solidorum.

Sept. 2, 1466. Item eodem die Iohannes Grawnt constituit coram nobis magistrum Umfridum Hawardyn in suum legittimum procuratorem in omnibus causis pro uel contra eum motis uel mouendis cum omnibus aliis iuxta stilum curie necessario requisitis.

Sept. 2, 1466. Secundo die Septembris commisimus *magistris* W. Walsche & Iohanni Fermer collectoribus reddituum Uniuersitatis auctoritatem reparandi cameram aule Nigre & murum capitalem inter ortum illius aule & aule Ceruine; etiam murum lateralem inter ortum illius aule & duo tenementa in vico Mureligorum.

Sept. 3, 1466. Hec est conuencio facta tercio die Septembris coram nobis com-

[1] pandoxatore, MS.
[2] In the margin 'precium quarterii IIIs. IIIId.'
[3] Not in MS., but such words are required.
[4] In the margin 'dimissi sunt fideiussores quia nullus contra eum agebat'.

missario generali inter Iohannem Page magistri Rogeri Keys procuratorem & Willelmum Osburne scriptorem quod predictus Willelmus scribet continue deinceps prefato magistro Rogero Keys & nulli alii litteras, obligaciones, uel modicum tale aliquid sub pena C solidorum sepedicto magistro soluendorum; ita quod prefatus Iohannes Page soluet seu solui faciet Willelmo Osburne pro scriptura cuiuscumque quaterni IIIs. IIIId. infra octo dies post deliberationem cuiuslibet singuli quaterni sub pena C solidorum.

Sept. 4, 1466. Quarto die Septembris comparuit coram nobis Iohannes Frysdon scolaris ut asseruit & constituit magistros Lodwicum Ihon & Raginaldum Ston legittimos procuratores, defensores, ac iniuriarum actores & petitores cum clausula substituendi, agendi & defendendi in accionibus iniuriarum, necnon ad iurandum de calumpnia, transigendi & alia faciendi, excercendi & experiendi, si que fuerint in hac parte, licet mandatum magis exigant speciale, promittentes sub ipotheca omnium bonorum suorum se ratum & gratum habiturum quicquid ipsi procuratores sui uel aliquis eorum fecerit in hac parte.

Sept. 4, 1466. Eodem die coram nobis Iohannes Dove ad sancta dei euangelia iuratus peciit securitatem pacis a Thoma[1] Clement, qui fideiussores Thomam Hauyl & Willelmum Plumpton exhibuit sub pena C solidorum Uniuersitati soluendorum de seruanda pace.

Sept. 8, 1466. Magister Willelmus Pouter exposuit caucionem pro aula vulgariter nuncupata Couentre Hall nomine proprio, octauo die Septembris.

Sept. 9, 1466. Item IX die Septembris[2] coram nobis magistro Thoma Stephyn sacre theologie professore ac commissario generali Uniuersitatis Oxonie comparuerunt Frysden scolaris de aula Latarum Portarum in parochia Omnium Sanctorum & Thomas Becham de Enysham & predictus Iohannes debita iuris forma iuratus peciit a Thoma predicto caucionem de pacis securitate, peciitque idem Iohannes a Thoma predicto XX marcas racione iniurie a prefato Thoma corporaliter sibi illate; eciam idem Iohannes peciit a predicto Thoma caucionem de non trahendo adextra aliquas materias sive causas versus eum coram nobis terminabiles. Habita tamen coram nobis inter eosdem communicacione super predictis placuit eisdem Iohanni & Thome ex unanimi consensu de & super omnibus predictis litig*andis* in IIII viros scilicet Iohannem Law & Iohannem

[1] Thome, MS. [2] Decembris, MS., evidently a mistake.

Ketel de Oxonia & magistrum Willelmum Kem*er* & Thomam de Enysham compromittere, dando eisdem arbitris omnia litigia & omnes materias inter prefatos Iohannem & Thomam a principio mundi pendentia usque in hunc diem plenam potestatem examinandi ac sentencialiter terminandi usque ad festum sancti Michaelis proximo futurum inclusive. Ac Iohannes Hichecok de Oxonia draper se sub pena XL marcarum parti obedienti applicandarum pro predicto Thoma Becham obligauit quod idem Thomas staret & cum effectu pareret laudo & arbitrio dictorum arbitratorum; et si dicti arbitri laudum ante festum predictum non dederint tunc predictus I. Hychecok die proximo dictum festum sequente hora prima prefatum Thomam Becham personaliter coram nobis in iudicio sistet | in[1] eadem condicione seu facilitate conueniendi qua nunc est tempore accepti compromissi, iusto impedimento cessante. Ad quod vero perimplendum predictus I. Hychcok se obligauit sub pena superius limitata. Eciam idem Iohannes se sub pena antedicta astrinxit quod predictus Thomas prefatum I. Frysden citra predictum festum in aliquibus curiis temporalibus uel spiritualibus non prosequetur seu quomodolibet molestabit extra Uniuersitatem Oxonie in aliquibus causis coram nobis terminabilibus. Insuper predictus I. Hychecok fideiussit sub pena superius expressa quod prefatus Thomas Becham nullum dampnum uel iniuriam corporalem per se nec per alium causabit aliquo modo irrogari sepefato I. Frysden nec fieri sinet in quantum ipse impedire potuerit. Eciam eodem die prefatus Iohannes Frysden comparens coram nobis per magistrum Lodwicum Jhon & Riginaldum Stone procuratores suos coram nobis apud acta legitime constitutos promisit ac sub pena XL marcarum se astrinxit quod staret ac cum effectu pareret laudo, arbitrio seu sentencie per predictos arbitros infra terminum predictum ferendis & promulgandis. Preterea idem I. Frysden per eosdem procuratores suos antedictos habentes ad hoc sufficiens & speciale mandatum promisit atque obligauit se quod citra festum Michaelis archangeli supradictum seu alias quamdiu pendeat prefatum compromissum non molestabit predictum Thomam nec procurabit quomodolibet molestari infra Uniuersitatem Oxonie predicte uel extra coram quocumque iudice ecclesiastico aut seculari seu alias quouismodo sub pena XL marcarum. Insuper Iohannes Wysdon de parochia Omnium Sanctorum Oxonie baker pro sepedicto Iohanne Frysden fideiussor fideiussorio nomine se obligauit sub pena 40 marcarum

fol.233v= cclxxxx-iiiv.

[1] At the head of the page is written 'I. Hychcok intervenit fideiussor pro Thoma Beachym de Eynysham pro X solidis soluendis magistro Scheffeld si posset probare Thomam predictum summam predictam sibi (suo MS.) debere'.

personaliter coram nobis quod predictus Iohannes Frysden premissa & quelibet premissorum fideliter perimplebit, tenebit & obseruabit. Et quod sepefatus Thomas nullum dampnum corporale irrogabit per se uel alium seu alios nec procurabit aliquo modo inferri nec irrogari permittet, quatinus ipse quominus inferatur valeat obstaculum perhibere.[1]

Sept. 9, 1466. Magister Ricardus Wylsforde principalis aule Albe in venella cathenarum IX die Septembris exposuit caucionem, & fideiussores Ricardum Stacy & Radulphum Byschyp exibuit, atque eosdem fideiussores pro aula Alba iuxta menia nomine magistri I. Rowd' presentauit.

Willelmus Myll' barbour & Iohannes Wolsam myller interuenerunt fideiussores pro V solidis soluendis Rogero Elmebrygg scolari si prenominatus Thomas[2] prefati Rogeri caput non perfecte sanauerit.

Sept. 9, 1466. Septembris IX die magister Ricardus Croke nomine proprio pro aula Trabina caucionem exhibuit & fideiussores inuenit Iohannem Mylyon' & Willelmum Thorne.

Sept. 10, 1466. In crastino Natiuitatis beate Marie magister Ferm*er* principalis aule Ceruine coram nobis fideiussores pro predicte aule redditu inuenit Nicholaum Schaft & Ricardum Harvyst, eosdemque fideiussores nomine magistri I. Arundel pro aula Nigra annexa prefecit.

Sept. 11, 1466. X^mo^ die Septembris[3] coram nobis magistro T. Stephyn commissario generali appreciate erant quinque galee per Iohannem More & Iohannem Mathew upholder hibernic*um* pro VIS. VIII*d*. quas recepit Iohannes Baker a Ricardo Furbur in partem solucionis armorum precii XXXS., ut asseruit Iohannes predictus.

Inuentarium bonorum magistri Willelmi Alyard in fine libri.[4]

Sept. 11, 1466. Comparuerunt XI die Septembris[5] coram nobis Willelmus Hee de Cherche Cowlee & I. Grawnte scolaris. Hii vero tactis sacro-

[1] The whole entry has been crossed out.
[2] The scribe has forgotten to give the name.
[3] Decembris was written first; cp. p. 200.
[4] This entry is squeezed into a half line that had been left blank. The inventory is on 240r. Apparently the *liber* in the hands of the commissary ended with fol. 241v which concludes a gathering. As a matter of fact he continued commissary so long that he had to begin another gathering.
[5] Corrected from *Decembris*.

sanctis euangeliis hinc inde iurauerunt eciam sub pena XL librarum Uniuersitati soluendarum quod nullus eorum alterum extra hanc Uniuersitatem prosequetur per se uel alium nomine suo pro aliqua materia inter eosdem exorta.

Ricardus Lau3ton coriarius eodem die tactis euangeliis [iurauit][1] se non alienaturum I. Cotysmore sibi ad nunc seruientem sub pena XX librarum nec per se uel per alium, si possit illam alienacionem impedire sub pena predicta.

XII die Septembris[2] coram nobis magistro T. Stephyn commissario generali Thomas Peryn mason exhibuit fideiussores I. West fuller & Ricardum Haruest de iudicio sisti erga Iohannem Harr*is* omni die usque ad festum Natiuitatis dominice legitime quo vocetur. Sept. 12, 1466.

Eodem die magister I. Nilyan fide prestita Uniuersitati iurauit magistrum Bokeler doctorem iuris canonici sibi indebitatum XXVIS. VIII*d*., & quia predictus doctor in fata discessit concessimus antedicto magistro Iohanni quendam habitum de scarleto doctori prefato aliquando pertinentem arestari in manibus [*blank*] usque ad satisfaccionem magistri Iohannis predicti. Concessimus insuper eodem die ad peticionem magistri I. Karter super sancta dei euangelia iurati decretum ne predictus habitus liberetur priusquam illi satisfiat de una marca indebita per magistrum doctorem prefatum, si ad tantum habitus predictus valeat extendi. Sept. 12, 1466.

XV die Septembris Lodwicus Wal extraneus conuictus de percussione cum godardo[3] usque sanguinis effusionem incarceratus est; qui post diutinam incarcerationem soluit XS.; partes procuratorum & Uniuersitatis habet procurator australis cum armis. Sept. 15, 1466.

Eodem die conuictus Iohannes Ruschebury de verbis minatoriis; post incarceracionem soluit XII*d*.[4]

XVI die Septembris Iacobus Wall' conuictus de extraccione armorum; magister Lodwicus Ihon' fideiussit pro summa debita & soluit.[5] Sept. 16, 1466.

XVII die Septembris coram nobis commissario generali Iohannes Sept. 17, 1466.

[1] Not in MS.
[2] Corrected from *Decembris*.
[3] A short spear or javelin.
[4] In the margin 'XII*d*.; procurator australis habet duas partes'.
[5] In the margin 'IIIIS.; procurator habet duas partes'.

Skydmore constituit[1] magistrum Iohannem Walyngforde cum omnibus clausulis curie.

Eodem Agnes Stremer constituit Humfridum Hawardyn in suum legittimum cum clausula substituendi &c.

Isabella Hampton ex propria confessione condempnata fuit coram nobis in xx solidis soluendis Isabelle Raffe alias [*blank*] infra octo dies secundum tenorem cuiusdam dice[2] nobis exhibite & allegate.

Sept. 20, 1466. xx die Septembris T. Whyte conuictus de percussione cum paruo cultello post protractam incarceracionem soluit vs.; pauperior Codro.[3]

Radulphus Mylen[4] conuictus est de extraccione gladii; post incarcerationem[5] promisit satisfacere.

Eodem die I. Ruschebury & I. Myȝhel fide media promiserunt coram I. Harris bidello, ad fideiussores recipiendum in hac causa specialiter a nobis transmisso, ad saluandum Thomam Tayler indempnem penes magistrum I. Iulyan pro xiiis. iiiid., in quibus antea predictus [T.] prefato magistro pro Iacobo Career fideiussor interuenerat. Promiserunt insuper Iohannes & Iohannes supradicti quod vis. viiid. soluerent ad festum sancti Michaelis proximo futuro in partem solucionis antedicte sub pena dupli; alios vero vis. viiid. in festo Natiuitatis dominice eciam proximo nunc futuro.

fol.234r= cclxxxxiv r.

Anno domini MCCCCLXVIto, T. Stephyn.

Willelmus Nycol fyschmonger conuictus de extraccione armicudii post incarceracionem soluit iiiis.; procurator australis habet duas partes.

Sept. 23, 1466. xxiii die Septembris contrauersia inter dominum Iohannem Fermeter capellanum & Willelmum Nichol in hunc modum pacis finem suscepit, scilicet quod neuter de altero verba scandalosa seu inhonesta quouismodo pro anteactis recitaret, nec quicquam quod alterutri molestiam inferre posset procuraret sub pena xl solidorum, quorum dimidia pars ecclesie sancti Aldati, altera vero parti non delinquenti sine contradiccione soluetur, hiis testibus Iohanne Sleeman[6] aldermanno, magistro Iohanne Iulyan, magistro Ricardo[7] Byrt & Ricardo Warmowth.

[1] Supply *in suum procuratorem*.
[2] A deed.
[3] 'Nil habuit Codrus', Juv. iii. 208.
[4] Or Mylne.
[5] incarceratus, MS.
[6] *Seman* is meant.
[7] *Edwardo* is written above *Ricardo*.

T. Becham de Enysham coram nobis magistro Thoma Stephyn commissario generali xxiiii die Septembris magistrum Iohannem Walyngforde in suum verum & legittimum procuratorem instituit cum potestate substituendi, defendendi, tractandi, transigendi, iudicatum soluendi, exposita caucione, cum ceteris omnibus in hac parte iuxta stilum curie requisitis, in omnibus causis contra eum motis uel mouendis de iure uel de facto. Sept. 24, 1466.

xxvito die Septembris coram nobis Willelmus Robyn carnifex fatebatur se obnoxium fore Willelmo Yve de domo sancti Iohannis[1] in xxiiis. iiid., qui ex consensu partis diem solucionis habuit usque dominicam proximam post festum Omnium Sanctorum proximo futurum. Sept. 26, 1466.

Eodem die I. Rylep constituit magistrum I. Walyngforde suum verum & legittimum procuratorem cum ceteris condicionibus ad stilum curie requisitis.

xxviiio die Septembris coram nobis I. Mydelmar' procuratorem legittimum Umfridum Hawardyn cum omnibus condicionibus in hac parte requisitis instituit. Sept. 28, 1466.

Iohannes Palmer conuictus de percussione cum pugno post incarceracionem soluit iiiis.[2]

Eodem die magister I. Walyngforde procurator generalis monasterii sancte Frediswide cum assistencia subprioris & alterius canonici nomine Walop ex parte prioris supradicti & tocius conuentus in scriptis allegauerunt & plane declarauerunt magistrum Stephanum Tyler titulum quem habuit ad aulam Trabinam siue Boemie in parochia sancti Iohannis Baptiste iuste satis perdidisse, pro eo quod quasdam condiciones cuiusdam[3] indenture inter prefatos priorem & conuentum & magistrum Stephanum edite ac sufficienter nobis exhibite minime obseruauit. Quo facto prior antedictus penultimo die Septembris in realem possessionem in predictam aulam intrauit; ac magistrum Ricardum Croke in verum tenentem eiusdem aule admisit cum fideiussoribus sufficientibus & legittime priori antefato productis.

Primo die Octobris uxor Hugonis Tayler convicta de verbis minatoriis post incarceracionem [*blank*].[4] Oct. 1, 1466.

2° die Octobris coram nobis Thoma Stephyn commissario Oct. 2, 1466.

[1] This means Magdalen College. The Hospital of St. John had ceased to exist in 1458.
[2] In the margin 'iiiis., procurator senior habet duas partes'.
[3] cuidam, MS.
[4] In the margin 'xiid.'

generali tactis sacrosanctis Thomas Beachym de Enysham [iuratus][1] quod Iohannem Frysden & Robertum Pratt [&][1] uxorem eiusdem de lesura corporali timeret pacis securitatem ab eorum quolibet & complicibus instantissime peciit.

Eodem die conuictus est Owynus[2] de lacione armorum; post incarceracionem soluit IIs., fideque media promisit in festo Omnium Sanctorum XII*d*. & in festo sancte Katerine XII*d*.[3]

Item Iohannes Dauy famulus procuratoris conuictus est de adulterio.

Item Iohannes Dauy de hospicio Burnelli conuictus est sollempniter de lacione & extensione archus.

T. [. . . . .][4] & Robertus Danyel interuenerunt fideiussores pro Thoma Nele pro pace seruanda versus Owynum ap Ion sub pena 40 solidorum.

Secundo eciam die Octobris coram nobis Thoma Stephyn commissario generali Thomas Beachym de Eynysham & Robertus Pratt de Oxonia pacis fideiussionem quam coram nobis & maiore ville secundum iuris exigenciam prius postulauerunt uterutri[5] remiserunt ac prorsus relaxauerunt.

Oct. 3, 1466. 3° die Octobris coram nobis magistro T. Stephyn commissario generali dominus Philippus Morgan magistrum Lodwicum Jhon & Riginaldum Stone in suos veros & legittimos procuratores coniunctim & diuisim constituit, ita quod non sit melior condicio occupantis cum potestate substituendi, defendendi, appellandi, tractandi, transigendi, recipiendi, ceteraque faciendi que predictus Philippus in presentia sua personaliter faceret.

Eodem die Willelmus Lyon quia alias[6] pro Thoma Weston de Wodestoke diuersis vicibus ad summam fere & expensas viginti librarum fideiussor desideratus extiterat, summam predictam uel eiusdem securitatem ante egressum prefati Thome de carcere instantissime postulauit.

Oct. 4, 1466. 4 die Octobris I. Moraley securitatem pacis peciit de Iohanne Pert in carcere existente.

Eodem die confessus est coram nobis Ricardus Seuer se obnoxium fore Willelmo Chawndeler in IIII solidis; unde iusticia exigente mandamus antedicto Ricardo soluere prefato Willelmo seu Iohanni Gelys de Nouo Collegio eius legittimo procuratori 4s. infra VIII dies sub pena carceris.

[1] Not in the MS.
[2] 'Wallicus' is written above this word.
[3] In the margin 'IIIIs.'
[4] Illegible; the entry has been crossed out. In the margin is 'Vacat quia Nele rursus incarceratus fuerat'.
[5] uteritri, MS.
[6] alia, MS.

Item eodem die Dauid Keys [soluit][1] nobis magistro Thome Stephyn commissario generali nomine Lucie Sutton alias Glouer XX solidos in partem cuiusdam solucionis predicte Lucie debite.

Sexto die Octobris T. Neele coriarius de extraccione armorum conuictus post incarceracionem soluit XX*d*. & Galfridus Ihon interuenit fideiussor pro IIs. 4*d*. quorum dimidia pars in festo sancti Nicholai persoluetur. Oct. 6, 1466.

Eodem die comparuit coram nobis T. Stephyn commissario generali magister Ricardus Beg arcium magister per nuncium & litteras suas ad infrascripta destinatas & constituit procuratorem suum magistrum Thomam Cornyshe sacre theologie bacularium ad agendum, defendendum, cauciones extrahendum uel renouandum, bona alia in Uniuersitate leuanda, cum potestate substituendi. Et Thomas antedictus pro magistro Begg [*blank*] procuratores in omnibus causis constituit pro eo uel contra eum mouendis.

Item eodem die coram nobis magister T. Cornysche sacre theologie baccalarius constituit[2] in suos legittimos procuratores magistrum Lawles & dominum Robertum Cowaur[3] coniunctim & diuisim, ita quod non sit melior condicio occupantis, cum clausula substituendi, agendi, defendendi, cauciones extrahendi uel renouandi, necnon ad iurandum de calumpnia uel de veritate dicenda, transigendi, appellandi, debita leuandi, ceteraque faciendi, qui predictus Thomas faceret si personaliter apud nos esset.

Eodem eciam die magistro Thome Matyn principali aule Henxine in absencia domini fundi dedimus licenciam & autoritatem reparandi ipsa que digna reparacione egent in eadem.

Anno domini 1466 magister T. Stephyn.

fol.234v = cclxxxxxivv.

Comparuit eciam Willelmus Lodyngton bruer qui coram nobis fideiussor pro Agnete Stremer interveniens penes Iohannem Skydmore pro IX solidis, fide media se promisit IIIIs. VI*d*. in festo Omnium Sanctorum soluturum, alios vero IIIIs. VI*d*. in festo sancti Thome apostoli proximo sequentibus[4]; iniunximusque eidem Willelmo ut premittitur id facturum sub pena dupli iuxta limitatos terminos.

7mo die Octobris Iohannes Borow & Alicia uxor eiusdem coram Oct. 7, 1466.

[1] Not in MS.
[2] et constituit, MS.
[3] Perhaps the scribe meant Gowaur.
[4] sequentia, MS.

nobis commissario generali magistrum Vowel & Thomam Matyn in suos veros & legittimos procuratores instituerunt, defensores ac iniuriarum actores, petitores, cum clausula substituendi, necnon de calumpnia iurandi, exposita caucione, cum ceteris omnibus iuxta stilum curie necessario requisitis.

Oct. 7, 1466. Eodem die coram nobis pro tribunali sedente [*sic*] confessus est plane Thomas Weston de Wodestoke se emisse & recepisse a domino Philippo Morgan rectore de Wodestoke fructus eidem beneficio pertinentes ad valorem septem marcarum IIIs. & IIIId.; unde exigente iusticia prefatum Thomam pro taliter condempnato haberi decreuimus quoad usque in toto uel in parte predictam summam se soluisse legittime edocuerit.

Comparuit eciam coram nobis Willelmus Browne per testes sufficientes & constituit magistrum [*blank*] Appylby procuratorem Uniuersitatis & magistrum [*blank*] Bell in eius veros & legittimos procuratores pro omni accione iniuriarum uel detencionis bonorum quam intendit mouere contra Thomam Weston de Wodestoke, ita quod non sit melior condicio procuratoris occupantis cum potestate substituendi ceterisque clausulis stilo curie nostre consuetis.

Item eodem die coram nobis in suum verum & legittimum procuratorem Iohannes Het prope Wotton magistrum Appelby cum potestate substituendi et[1]

Item Edwardus Howȝton constituit magistrum Appylby in suum procuratorum legittimum cum potestate substituendi aliisque clausulis in hac parte necessario requisitis.

Oct. 7, 1466. Item eodem die I. Het prope Wutton coram nobis commissario generali pure sponte & absolute absque omni fraude cessit XXXVIs. magistro [*blank*] Appylby Uniuersitatis Oxonie procuratori.

Item Alicia Enam alias Mason coram nobis in iudicio vocata confessus est se copulatam fuisse in facie ecclesie Ricardo Medcalve, qui cum per nos repiriri non poterat coram testibus subsequentibus se uxorem habere superstitem recognouit. Alii eciam tres viri de illa parochia ubi modo uxor predicti Ricardi superest id idem fide media iurauerunt. Quamobrem prefate Alicie precepimus ne amplius predicto Ricardo associetur in loco suspecto sub pena XL solidorum tociens quociens; iniunximusque prefate Alicie pro suo crimine publicam penitenciam. Testes in causa antedicta magister T. Lee sacre theologie bacularius, magister [*blank*] Peny vicarius ecclesie sancti Petri, magister Mede, Philippo Hede & Richardo [*sic*] Howse.

[1] The entry ends abruptly: '36 solid.' is written above the line. The next entry but one shows that John Het changed his mind, and instead of appointing a proctor, he ceded the debt to Mr. Appylby.

Oct. 7, 1466. Septimo die Octobris anno domini supradicto hora nouena ante nonam coram nobis magistro Thoma Stephyn commissario generali &c. in capella situata infra collegium Dunelmie comparuit Thomas Weston de [Wodestoke][1] vocatus ad instanciam Iohannis Borow & Alicie uxoris sue de Oxonia quondam uxoris Iohannis Marschal de Wodestoke predicta & executricis eiusdem. Idem eciam Thomas tunc coram nobis in iudicio pro tribunali sedentibus sponte & ex certa sciencia confessus est se recepisse & habuisse de bonis de Iohanne Marschal predicto unum lectum de plumis, magnam ollam eneam, I cacabum eneum & patellam vocatam a gosepan[2]; fatebatur et idem Thomas omnes res prefatas pertinuisse quondam iure dominii ad prefatum I. Marschal & Aliciam predictam. Quare nos iudex antedictus videntes intentionem partis actricis sufficienter probatam in hac parte, eidem Thome precepimus quod, nisi legitime probauerit in termino per nos sibi assignando se emisse & recepisse omnes predictas res, omnes & singulas, a prefato Iohanne Marschal dum vixerat atque precium earundem rerum eidem plenarie exsoluisse, infra octo dies a tempore lapsus dicti termini probatorii continue numerandos omnes res predictas & quamlibet illarum prefato Iohanni Borow & Alicie predicte plene restitueret sub pena incumbenti, si infra tempus predictum non restituat prefatis Iohanni & Alicie. Quo eciam die hora prima post nonam comparuit coram nobis in loco antedicto I. Walyngford pro sepedicto Thoma procurator admissus, peciitque instancius decretum reuocacionis omnium predictorum pro eo quod huiusmodi decretum & omnia predicta attemptata fuerunt pendente quadam dilacione data ad proponendum libellum in forma iuris in causa predicta, concessa per venerabilem virum magistrum Thomam Chawndeler, usque ad crastinum sancti Dionisii anno domini supradicto. Et quia pars aduersa negauit talem dilacionem fuisse concessam, ideo nos iudex antedictus assignauimus parti predicti Thome terminum, quem eciam ipse recepit scilicet diem Veneris extunc proximo & immediate sequentem hora prima post nonam ad probandum per acta iudicii uel testes aliquove alio probacionis genere dictam dilacionem sibi fuisse sub modo & forma premissis concessam. Quia uero dicto die Veneris adueniente & hora predicta, nemo pro parte dicti Thome coram nobis comparuit, ipsum diu expectatum non comparentem nec satisfacientem termino reputauimus merito contumacem. In cuius penam superius confirmauimus decretum nostrum seu preceptum & omnia coram nobis attemptata, precludentes ei viam ulterius contra decretum seu preceptum nostrum

[1] Not in MS. [2] Goosepan, a large stewing pan (N.E.D.).

opponendi seu aliquid coram nobis sic attemptatum. Decreuimus eciam ad ulteriora secundum quod iustum fuerit procedendum, iusticia hoc poscente.

XI die Octobris magister Ricardus Croke principalis aule Trabine ut asseruit resignauit totum ius quod habet seu quouismodo habuit ad aulam Trabinam siue Boemie in parochia sancti Iohannis Baptiste. Et statim post magister Iohannes Bulcom posuit caucionem pro eadem aula quam tunc admisimus, saluo iure cuiuscumque. Exhibuit fideiussores Iohannem Mylen & Willelmum Lyon.

Robertus Holte alias Alexander de Couentry famulus magistri Pauly Gayton sufficienter probatus constituit iamdictum magistrum in suum verum & legittimum procuratorem cum potestate substituendi, defendendi, agendi, de calumpnia iurandi, transigendi, appellandi, coram quibuscumque iudicibus ordinariis, delegatis, subdelegatis uel aliis in omnibus causis contra eum motis uel mouendis de iure uel de facto &c.

Eodem eciam die Robertus Harecort in senescallum assumptus recepit iuramentum in congregacione sollenni ut supra.

Item I. Dyer & Robertus Iuner de Catstret[1] constituerunt magistrum Humfridum Hawardyn suum legittimum procuratorem generalem cum potestate substituendi, appellandi, prosequendi, de calumpnia iurandi & de veritate dicenda compromittendi, defectus & crimina obiiciendi coram quibuscumque iudicibus ordinariis, delegatis uel subdelegatis in omnibus causis res & personas eorum tangentibus contra quascumque personas seu corpora sub ypotheca omnium bonorum, scilicet per caucionem iudicio sisti & iudicatum solui, personam eiusdem ac substitutorum uel substituendorum ab eodem confirmantes.

Oct. 13, 1466. XIII° die mensis Octobris coram nobis magistro Thoma Chaundeler &c. magister Iohannes Coke in legibus doctor conduxit sibi in seruientem pro anno Thomam Hauylde brewer pro salario competenti iuxta statuta Uniuersitatis Oxonie & idem Thomas promisit se sibi fideliter seruiendum.

fol.235r = cclxxxxv r.

T. Chaundeler.

Oct. 13, 1466. Anno domini MCCCCLXVI^to^, XIII° die mensis Octobris [*blank*] Ydeley armiger & T. Wode gentylman firmiter & in solidum pro-

[1] Castret, MS.

miserunt coram nobis magistro Thoma Chaundeler &c. se sisturos Robertum Absolon de Cholsay husbanman iudicialiter sub pena viginti librarum Roberto Wryht armigero & bidello applicandarum ad respondendum dicto Roberto in omnibus accionibus, querelis, motis seu mouendis una cum caucione rati & iudicatum solui sub pena predicta.

XVI^to^ die mensis Octobris coram nobis magistro Thoma Chaun- Oct. 16, deler &c. comparuerunt [*blank*] Ydysley armiger & Thomas Woode 1466. gentylman, qui quidem [*blank*] Ydysley & Thomas Woode induxerunt Robertum Absolon de Cholsay ad respondendum Roberto Wryght armigero & bidello in omnibus accionibus, querelis seu transgressionibus motis seu mouendis per predictum Robertum Wryhgt; & ibi predicti [*blank*] Ydysley & T. Wode dimissi sunt.

Item eodem die coram nobis magistro Thoma Chaundeler &c. comparuerunt Robertus Wryght armiger bidellus & Robertus Absolon de Cholshey, qui quidam Robertus Wryght & Robertus Absolon compromiserunt in omnibus causis & accionibus tam realibus quam personalibus, transgressionibus & delictis a principio mundi in hunc diem in Thomam Polynton, Iohannem Webbe seniorem, Iohannem Browne, Iohannem Absolon, Iohannem Barefote & Thomam Byrchire ac promiserunt sub pena viginti librarum stare laudo dictorum Thome, Iohannis, Iohannis, Iohannis, Iohannis & Thome in alto & in basso, si quod ipsi tulerint seu maior pars eorum tulerit citra festum Natiuitatis domini proximo futurum. Promiserunt insuper partes predicte quod si dicti sex arbitri seu arbitratores citra dictum diem Natiuitatis domini laudum seu arbitrium minime tulerint, ut supradictum est, stare laudo & arbitrio Willelmi Marmyon imparis ab eisdem partibus unanimiter electi, si quod ipse tulerit citra festum Purificacionis beate Marie proximo tunc futurum. Preterea Robertus Absolon predictus promisit dicto Roberto Wryght coram nobis sub pena viginti librarum quod non trahetur aliqua causa in curia nostra terminabilis extra curiam eandem & quod hic respondebit dicto Roberto Wryght. Promisit causiones [*sic*] rati & iudicatum solui.

Item eodem die Nicholaus Coke prestitit fidem pro pace Oct. 16, seruanda per eum erga Willelmum Lyon, ac eciam promisit se 1466. seruare pacem erga dictum Willemum sub pena decem librarum, quarum dimidia pars Uniuersitati est applicanda, altera vero parti lese.

Ricardus Laughtone conuictus de perturbacione pacis, incarceratus soluit IIs.[1]

Oct. 19, 1466. XIX° die mensis Octobris coram nobis magistro Thoma Chaundeler &c. Ricardus Laughtone prestitit fidem pro pace seruanda per eum erga Nicholaum Seman ac eciam promisit seruare pacem erga dictum Nicholaum sub pena viginti librarum quarum dimidia pars Uniuersitati est applicanda, altera vero parti lese.

Willelmus Robyns bocher de Oxonia constituit magistrum Georgium de collegio Animarum in suum verum & legitimum procuratorem cum potestate substituendi &c.

Iohannes Conyng lathamus, Willelmus Qwyn aurifaber, Iohannes Gerard aurifaber manuceperunt pro Matilde Tyler nuper de Whatle sub pena sex librarum quod dicta Matildis non manebit in villa Oxonie nec infra spacium quinque miliarium eandem villam undique circumiacencium, sed quod remouebitur hoc ipso die nunquam in eandem villam aut spacium idem reuersura sub pena predicta.

T. Chaundeler.

fol.235v= cclxxxxvv. Nov. 1, 1466. Prima [*sic*] die Nouembris coram nobis magistro Thoma Chaundeler sacre theologie professore ac huius alme Uniuersitatis Oxonie commissario generali comparuerunt Karolus Kyrkby & Iohannes Mylleyn compromittentes in magistrum Willelmum Steuyns & magistrum Iohannem Mounteyne tanquam in arbitros ad cognoscendum & diffiniendum in omnibus causis & accionibus tam realibus quam personalibus, transgressionibus & delictis a principio mundi in hunc diem motis inter dictum Karolum Kyrkby & dictum Iohannem Mylleyne; & quod laudum dictorum magistrorum non esset vacuum Iohannes Ketyll & Robertus Pratte promiserunt sub pena viginti librarum quod dictus Karolus stabit laudo dictorum magistrorum viz. magistri Willelmi Steuyns & magistri Iohannis Mounteyne in alto & in basso, si quod ipsi tulerint citra festum sancti Martini proximo futurum; & dictus Iohannes Milleyn promisit se stare laudo dictorum magistrorum sub pena viginti librarum in alto & in basso, si quod ipsi tulerint citra festum antedictum. Insuper dictus Karolus Kyrkby prestitit fidem ad seruandum pacem in Uniuersitate predicta.

Nov. 7, 1466. VII° die Nouembris. Thes byne the grements and poyntments made bytwene Mayster Thomas Peny vicare of seynt Petyre in y^e

[1] In the margin 'IIs. in manibus T. C.'

este in Oxonforde on*e* that one party and Thomas Drapere of Woxbrygge of y^t othyr party as folowyth,

Fyrste y^t the seyde Thomas Draper schal make to hys whyfe a joyntere in hys lyuelode to the summe of v marke yerely terme of her' lyfe and the dedes thereof to be made by the avise and counseyle of Mayster Thomas Peny aforeseyde; and if it so be y^t there be any person or persones enfeffed in y^e same lyuelode that thanne y^e sayde Thomas Draper to labour unto them for a refeffment & effectually gete by hys costys suche state as they have in the seyde lyuelode and there dede and relesse to be browhgt unto y^e foresayde Master Thomas, that he by hys avise and counselle such as he wolle calle unto hym may undyrstonde & knowe that the sayde lyuelode stonde clere [undyr y^e payn off XL*li.*].[1]

Also the sayde Mayster Thomas hathe payed to y^e seyde Thomas Draper for the sayde joynter XIIII*li.* VIs. VIII*d.* in party of payment of XX*li.*; also the foresayde Thomas Draper schal delyuer to y^e seyde Mayster Thomas Peny afore y^e feste of Michelmas nexte comyng a obligacion of XX*li.* made bytwyxt Thomas Charylton sumtyme knyght,[2] & the saide Maister Thomas schal pay or make to pay to y^e seyde Thomas Draper y^e residue of y^e foresaide XX*li.* that ys to sey VIII marke VIs. & VIII*d.* or ells not.

Also y^e saide Thomas Draper schall delyuer to y^e saide maister Thomas Peny by y^e XII day of January next comyng a[3] other oblygacion of X*li.* in whyche y^e saide Maister Thomas & Nicholas Molle be bounde to y^e foresaide Thomas Draper. Also y^e foresaide Thomas schal inhabite hym & dwelle with in y^e towne of Oxonforde or suburbis of y^e same at Mihelmas nexte comyng.

Also y^e foresaide Thomas Draper ys sworne a pon a boke y^t he nother none in hys name schal neuer sewe y^e foresaide Maister Thomas withowte y^e Uniuersite of Oxonforde in no cause y^t ys termynabyl withyn y^e foresaide Uniuersite under y^e payne of XL*li.* wereof halfe schal be payed to y^e Uniuersite foreseyde & halfe to y^e parte y hurte.

IX° die Nouembris Petrus Leche constituit magistrum Humfridum Hawardyn procuratorem suum generalem cum potestate substituendi, appellandi & de calumpnia iurandi coram quibuscumque iudicibus. Nov. 9, 1466.

[1] These words are added in another hand.

[2] Probably the meaning is that Thomas Peny would pay the residue of the £20 previously mentioned in return for the obligation of Sir Thomas Charylton; otherwise not.

[3] Not *an* as in Anstey.

fol.236r= cclxxxxvir.

Anno domini MCCCCLXVIto T. Chaundeler.

Nov. 6, 1466. Sexto die Nouembris, rector Thore conuictus est de extraccione armorum; incarceratus est & soluit IIIIs.

Nov. 13, 1466. Anno domini supradicto XIIIo die Nouembris Iohannes Morley scolaris aule Latarum Portarum in parochia sancti Aldati Oxonie iurauit ad sancta dei euangelia coram nobis Thoma Chaundeler commissario generali Uniuersitatis Oxonie, quod seruabit pacem erga Iohannem Perte.

Eodem XIIIo die mensis predicti supradictus Iohannes Perte iurauit ad sancta dei euangelia quod nunquam prosequetur, vexabit, inquietabit in aliquo seu grauabit supradictum Iohannem Moreley occasione alicuius cause, materie seu querele inter eos habite a principio mundi usque in presentem diem sub pena decem librarum; quod insuper non trahet eum ad aliquod iudicium foraneum in causa aliqua terminabili coram Cancellario Oxonie sub pena predicta.

Item Iohannes Ady hostyler, Richardus Frere brewer, Thomas Forde seriaunt, fideiusserunt ac manuceperunt pro dicto Iohanne Perte sub pena decem librarum & quilibet eorum per se pro toto & in solidum quod idem Iohannes Perte seruabit pacem erga dictum Iohannem Moreley scolarem secundum omnem exigenciam iuris regii & legum huius regni.

Nov. 14, 1466. XIIIIo die mensis Nouembris Iohannes Egylle constituit Philippum Morgan procuratorem suum generalem cum potestate substituendi, appellandi, prosequendi & de calumpnia iurandi coram quibuscumque iudicibus &c.

Nov. 14, 1466. Eodem die Iohannes Lenborow laborator peciit a Iohanna Wylmot incarcerata XVIs. VIIId.

Nov. 14, 1466. XIIII die mensis Nouembris Iacabus [*sic*] Nott constituit magistrum Georgium Warde procuratorem suum generalem cum potestate substituendi, appellandi, litem prosequendi, et de calumpnia iurandi ac omnia alia excercendi, que ad officium procuratoris pertinent coram quibuscumque iudicibus &c.

Magister Robertus Passlew conduxit in seruum suum Iohannem Harrys, harpemaker, pro toga uel precio VIs. VIIId. & idem Iohannes iuratus est ad priuilegiorum Uniuersitatis obseruanciam &c.

Dec. 6, 1466. Sexto die mensis Decembris Iohannes Clerke aldyrman constituit magistrum Lodowicum Iohn' procuratorem suum generalem cum potestate substituendi, appellandi & de calumpnia iurandi coram quibuscumque iudicibus &c.

Coram nobis magistro T. Stephyn &c. Edmundus Godeway post fidem legitime factam de metu mortis & membrorum mutilacione securitatem pacis de Ricardo Sumner instantissime peciit.

I. Gode & fayre[1] conuictus est.

Nov. 10, 1466. Decimo die Nouembris magister Iohannes Bulcombe resignauit ius principalitatis aule Trabine ad usum magistri Walteri Knyghtley, qui magister Walterus caucionem pro eadem aula exposuit & admissus est ad principalitatem eandem. Idem etiam magister Walterus promisit se soluturum integram pensionem aule pro termino inter festum sancti Michaelis & festum Natalis domini.

Dec. 24, 1466. In vigilia Natalis domini magister Walterus Knyghtley resignauit omne ius titulum seu clameum quod habuit unquam ad principalitatem aule Trabine vocate Beemhal in manus nostras magistri Thome Chaundeler commissarii generalis Uniuersitatis Oxonie ad usum magistri I. Bulkombe, quem admisimus tunc ad eandem principalitatem, et inuenit pro pensione aule a termino Natalis domini fideiussores I. Mylen vyntener & Willelmum Lyon de Oxonia.

fol.236v= cclxxxxvirv.

Anno domini 1466, T. Stephyn.

Coram nobis magistro Thoma Stephyn venerabilis in Cristo patris & domini, domini Georgii Neuel Eboracensis archiepiscopi commissario generali magister Andreas Andrew arcium magister conduxit sibi in seruientem pro anno Henricum Graffton pro salario competenti & idem Henricus promisit se sibi fideliter durante tempore predicto seruiturum.

Nov. 17, 1466. Nouembris 17 die Thomas Bone de Habyndon in suos legittimos procuratores constituit magistrum Georgium Ward & [*blank*] coniunctim & diuisim cum omnibus stilo curie condicionibus pertinentibus.

Nov. 17, 1466. Item magister Andreas Andre eodem die tutor Henrico Graffton deputatus magistrum Humfridum Hawardyn sibi & prefato puero procuratorem legittimum instituit generalem cum potestate substituendi, appellandi, prosequendi, de calumpnia iurandi coram quibuscumque iudicibus &c.

[1] Apparently a proper name 'Gode and fayr'.

Eodem eciam die coram nobis magistro Thoma Stephyn &c. Rawlyn Stephynson & Robertus Brymmer tactis sacrosanctis firmiter promiserunt & uterque eorum in solidum promisit se sisturum Henricum Graffton sub pena x librarum secundum discrecionem cancellarii seu eius commissarii applicandarum ad respondendum cuicumque sibi obijcere [*sic*] volenti in quadam causa mahemii siue quibuscumque aliis accioni[1] eandem causam tangentibus coram nobis uel sufficienter per nos deputato una cum caucione rati & iudicatum solui sub pena predicta. Et incontinenti prefatus Radulphus[2] per iuramentum promisit seruare antedictum Robertum indempnem pro hac causa sub pena antedicta.[3]

Item eodem die Iohannes Frysden constituit magistrum Vowel in suum verum & legittimum procuratorem cum potestate substituendi, de calumpnia iurandi & de veritate dicenda, appellandi, prosequendi, transigendi, ceteraque faciendi que prefatus Iohannes si personaliter compareret facere posset cum potestate eciam transigendi seu compromittendi & omnia faciendi &c. in omnibus causis motis uel mouendis.

Item eodem die Petrus Cirurgicus constituit magistrum Georgium Ward eius procuratorem in omnibus causis motis uel mouendis cum ceteris clausulis.

Item die eodem doctor Coke admisit coram nobis Thomam Dalton in sibi seruientem secundum formam statuti.

Nov. 18, 1466. 18 die Nouembris Sibilla Gregor' constituit in legittimum suum procuratorem magistrum Lodwicum Ihon & magistrum I. Walyngford cum omnibus clausulis curie.

Nov. 20, 1466. Item 20 die Nouembris Thomas More tayler & Thomas Ienkyn coram nobis fideiusserunt pro Morgano ap Phylyp capellano de iudicio sisti & iudicato solui in quadam causa mota per David Smyth sub pena x librarum.

Eodem eciam die Iohannes Plummer manucepit quod Petrus Cirurgicus haberet bona in domo sua 27 die Nouembris ad valorem c solidorum, deducto redditu domus, ad satisfaciendum magistro Willelmo Dauid, si predictum Petrum prefato magistro in causa iam coram nobis ventilata condempnari euenerit.[4]

[1] There is something wrong here.
[2] Apparently the Rawlyn mentioned above.
[3] The entry is crossed out; in the margin is 'Isti fideiussores sunt igitur disonerati quia actor se causam non prosequturum promisit principal*is*'.
[4] The entry is crossed out. In the margin is: 'Hec fideiussio expirauit quia partes facte sunt concordes'.

22 die Nouembris Morganus ap- Phylyp capellanus constituit magistrum Lodwicum Jhon in suum legittimum procuratorem in omnibus causis pro eo uel contra eum motis uel mouendis &c. **Nov. 22, 1466.**

Item eodem die coram nobis magister Vowel conuenit cum Thoma Hereford ut sibi de cetero fidele prestet seruicium & iurauerunt quod non in alicuius fraudem factum est.

Item Iohannes Stephyns constituit dominum Lodwicum Ihon' eius legittimum procuratorem cum omnibus condicionibus stilo curie pertinentibus.

26 die Nouembris coram nobis [*blank*] Marmyan constituit magistrum Walyngford in eius procuratorem ad leuandum de Willelmo Belryng certa debita cum aliis clausulis in hac curia usitatis. **Nov. 26, 1466.**

Eodem eciam die comparuerunt coram nobis magister & socii magne aule seu collegii Uniuersitatis & Robertus Wryghte armiger bidellus, compromiseruntque concorditer partes predicte de & super omnibus accionibus tam realibus quam personalibus querelis & transgressionibus dictos magistrum & socios collegiatos tangentibus ex una parte ac eciam personam, res & bona dicti Roberti contingentibus ex alia parte in Humfridum Hawardyn & Thomam Hutton iuris ciuilis baccalar*ios*, arbitratores & amicabiles compositores a partibus predictis concorditer electos, dantes eisdem potestatem plenariam & arbitrium liberum arbitrandi, laudandi, & sentenciandi de & super omnibus predictis prout eis videbitur. Promiserunt insuper predicti magister & socii nomine suo & collegii sub pena xx librarum, & idem Robertus sub eadem pena parere & obseruare cum effectu sentenciam & laudum, si quod fieri contigerit per predictos electos in alto & basso sub pena predicta parti parenti per partem non parentem effectualiter soluenda. Et si nullum latum fuerit per predictos electos infra tempus predictum[1] tunc partes predicte concorditer elegerunt magistrum Thomam Stephyn sacre theologie doctorem, dantes eidem potestatem liberam laudandi &c. sub pena in superiori compromisso expressa. Promiserunt insuper partes predicte concorditer se obseruaturos laudum si quod ipsum ferre contigerit, partibus presentibus uel absentibus, a dicto 4 Nonas Decembris usque quintum Idus eiusdem mensis tunc proximo sequentis inclusiue sub predicta [pena][2] parti parenti per partem non parentem effectualiter persoluenda. Et si nullum laudum uel arbitrium per predictos arbitros seu per imparem predictum ferri contigerit, tunc ad satis-

[1] The scribe must have omitted after 'predictos electos' in the previous sentence some such words as 'ante quartum Non. Decembris'.
[2] Not in MS.

faciendum termino[1] de libelli oblacione predicte partes compareant proximo die iuridico post 5^{um} Idus Decembris.[2]

Nov. 27, 1466. Comparuit coram nobis 27 die Nouembris[3] Thomas Bone de Habyngdon [promisitque][4] fide media se sex marcas soluturum domino abbati & conuentui de Oseney pro debito cuiusdam Ricardi Bagge sub forma que sequitur, scilicet in festo Annunciacionis beate Marie proximo post datam presencium XIIIs. IIIId., & in festo sancti Iohannis Baptiste extunc proximo sequente XIIIs. IIIId. &c. de termino ad terminum usque ad plenam & perfectam solucionem sex marcarum, ad quas omnes & singulas soluciones prout supra recitatur penes acta coram nobis se & suum tenementum immediate situatum iuxta collegium Animarum[5] in Oxonia ex parte orientali se firmiter obligauit.

Recepi a Gilberto Beke Xs.; pro IId. *debet* Goway.

Hibernica vulgariter nuncupata Capper ys wyfe coram nobis publice iurauit se exituram villam quam cito commode poterit, nec amplius huc nisi ut extranea venturam.

Memorandum quod Ketyl & Geffr' m*ichi*[6] obligat*i* ad inducendum Dauid Smyth sub pena XX librarum ad commissarium in crastino Hillarii. Non induxerunt; ergo &c.

fol.237^{r}= cclxxxxvii^{r}.

Annus domini 1466. T. Stephyn.

Coram nobis &c. I. Hychecok draper fatebatur se fore obnoxium magistro [*blank*] Sheffeld in X solidis, quorum IIIs. IIIId. soluet magistro predicto in vigilia Natiuitatis dominice & totidem infra quindenam post festum Epiphanie, et IIIs. IIIId. in festo Purificationis sub pena dupli.

Dec. 10, 1466. Decimo die Decembris magister Thomas Stephyn sacre theologie professor amicabilis compositor & impar communiter assumptus concorditer electus inter magistrum & socios magne aule seu collegii Uniuersitatis ac Robertum Wryghte armigerum utriusque iuris generosum bedellum de & super omnibus accionibus tam realibus quam personalibus, querelis & transgressionibus a principio mundi usque in diem confeccionis presencium, ut in com-

[1] Not *legitime* as in Anstey.
[2] Septembris, MS.
[3] Decembris, MS., but the sequence of entries suggests that Novembris is meant.
[4] Not in MS.
[5] It was acquired by All Souls about 1540. It lay to the west of the Warden's house.
[6] The word is added above the line and is doubtful; it might be read '*magistri*'.

promissorio supra inde confecto plenius continetur, visis igitur ac diligenter rimatis allegacionibus & peticionibus utriusque partis, sollemnique per nos prehabita deliberacione, sub forma que sequitur arbitramur ac pronunciantes laudamus, quod antedictus Robertus soluet seu solui faciet prefato magistro & sociis quinque marcas sterlingorum infra duos annos immediate sequentes festum Natiuitatis dominice proximum secundum hunc modum; in primis predictus Robertus soluet prefato magistro &c. VIs. VIIId. in festo Natiuitatis dominice proximo futuro, deinde XXXs. in festo Natiuitatis domini que erit anno domini MCCCCLXVII^{mo}, alios vero XXXs. in festo Natiuitatis domini que erit anno domini MCCCCLXVIII. Ad quas omnes soluciones & singulas predictum Robertum Wry3te decernimus fore obligatum sub pena dupli magistro supradicto ac consociis uel eorum successoribus efficaciter persoluendi.

XI° die Decembris, Dauid Smyth & uxor eius Iohanna constituerunt dominum Umfridum Hawardyn[1] in eorundem legittimum procuratorem in omnibus causis quas mouere proponit aduersus Philippum Morgan capellanum cum potestate substituendi &c. **Dec. 11, 1466.**

Eodem eciam die Iohannes My3el & I. Ruschebery constituerunt dominum I. Walyngford in eorum legittimum procuratorem cum potestate substituendi, agendi & defendendi ac de calumpnia iurandi cum ceteris clausulis curie nostre congruis.

XIII° die Decembris Edmundus Godewey & Ricardus Su*m*ner compromiserunt in Iohannem Ketyl & Thomam Brown usque ad festum Natiuitatis omnem accionem tam realem quam personalem, & quod predicti Edmundus & Ricardus stabunt decreto & arbitrio prefatorum Iohannis & Thome sub pena XL solidorum Uniuersitati soluendorum, si quod ante festum prefatum illos ferre contigerit. **Dec. 13, 1466.**

XX^{mo} die Decembris dominus Nicholaus Dowdale caucionem exposuit pro aula Colselina, quam admisimus saluo iure &c. **Dec. 20, 1466.**

Item dominus I. Ianyn constituit magistrum Willelmum Stephyn in suum legittimum procuratorem cum potestate substituendi de calumpnia iurandi &c.

Item Willelmus Robyn constituit magistrum I. Walyngford in suum legittimum procuratorem cum potestate substituendi in omnibus causis pro uel contra eum mouendis &c.

Eodem eciam die dominus Iohannes Ianyn & Thomas Amor' unanimi assensu compromiserunt de & super omnibus accionibus, querelis, litibus & contrauersiis verbo uel facto inter eosdem motis

[1] Umfridum Humfridum, MS.

a principio mundi usque in hunc diem in magistrum Willelmum Stephyn & [*blank*] ac magistrum Humfridum Haywardyn & [*blank*]; ceterumque antedictus dominus Iohannes & Thomas promiserunt & quilibet eorum promisit sub pena viginti librarum stare decreto & arbitrio siue laudo predictorum arbitrorum, si quod tulerint ante crastinum sancti Hillarii; sin autem, predicte partes eodem [die][1] comparebunt in iudicio in collegio Dunelmie hora tertia post nonam sub pena excommunicacionis. Acta sunt hec coram nobis die & anno supradictis.

Item I. Ruschebery & [*blank*] constituerunt I. Walyngford in suum procuratorem cum potestate substituendi, & debet IIII*d.*[2]

Item I. Frysden condempnatus est in quinque solidis soluendis uxori maioris[3] infra VIII dies sub pena iuris.

Dec. 21, 1466. Item XXI° die Decembris conuictus est I. Cory de lacione armorum, ablatorum tamen, per quem nescit. Post incarceracionem soluit IIS.

Item I. Coke de eadem aula eodem modo conuictus & incarceratus soluit IIS.

Item I. Nyby pauperculus eiusdem aule pari modo conuictus soluit IIS.[4]

Magister Ricardus Wilsforde principalis aule Albe[5] interuenit fideiussor pro istis sex solidis soluendis in die Conuersionis sancti Pauli proximo.

Dec. 22, 1466. 22° die Decembris coram nobis Iohannes Weste fuller interuenit fideiussor pro Gilberto Carpenter de parochia sancti Thome ad soluendum Edmundo Godeway XS. proxima dominica ante Purificacionem proximo futuram sub pena dupli.

Jan. 5, 1466/7. Mem. quod quinto die Ianuarii Dauid Keys soluit XX*s.* Lucie Glouer in partem solucionis cuiusdam summe in qua prius condempnatus fuerat.

Item I. Bloxam de parochia sancti Thome incarceratus pro verbis perturbacionis pacis; XII*d.*; magister Broke fideiussit.

Item Blac Io*n* incarceratus pro verbis; XII*d.*; magister Lewys fideiussor.

Jan. 20, 1466/7. XX° die mensis Ianuarii coram nobis magistro Thoma Chaundeler sacre theologie professore ac alme Uniuersitatis Oxonie com-

[1] Not in MS.
[2] The last three words are an addition.
[3] William Dagvyll was mayor at this time.
[4] This entry has been crossed out; in the margin is 'Non est inuentus'.
[5] White Hall in Cheyny Lane.

missario generali doctor Iohannes Mulcastere, visa concordia inter registrum[1] conventus quod sic habet, scilicet liber secundo folio 'ruit arida', & librum quem habuit in possessione sua, motus est consciencia restituere librum eundem abbati dicti monasterii.[2]

Jan. 21, 1466/7. XXI die mensis Ianuarii Ricardus Walter peciit securitatem pro pace seruanda per Iohannem Lewys de parochia sancti Thome.

Jan. 22, 1466/7. XXII die mensis Ianuarii coram nobis magistro Thoma Chaundeler sacre theologie professore ac alme Uniuersitatis Oxonie commissario generali & altero procuratorum comparuit Petrus Boole alias Champean' de Rumsey qui sponte, pure & absolute, fraude & dolo cessantibus iuxta formam statutorum dicte Uniuersitatis cessit magistro Iohanni Lonyere omnia debita & acciones que uel quas habuit uel habet dictus Petrus aduersus Iohannem Barbor' de Redyng in commodum & utilitatem dicti magistri Iohannis Lonyere conuertenda & conuertendas.[3]

fol.237v = cclxxxxvii v.

T. Stephyn; annus Cristi 1466.

Coram nobis magistro Thoma Stephyn sacre theologie professore ac huius alme Uniuersitatis commissario generali comparuit Henricus Bathe; in eius leggitimum procuratorem substituit I. Lydforde cum potestate alios uel alium in eius loco ponendi, ad agendum uel defendendum in omnibus causis &c.; qui ad tunc substituit Humfridum Haywardyn & Georgium Warde &c.

Jan. 26, 1466/7. XXVI^to^ die Ianuarii magister [*blank*] prepositus collegii Regalis in Oxonia [constituit][4] in suos legittimos procuratores m*agistros* I. Walyngford & Humfridum Hawardyn coniunctim & diuisim, ita quod non sit melior condicio occupantis cum ceteris clausulis curie.

Jan. 28, 1466/7. XX8 [*sic*] die Ianuarii Henricus Bathe[5] coram nobis confessus est se recepisse a magistro I. Nycol unum fardellum sigillatum ad deliberandum priori Westmonasterii circiter festum Pentecostes.

Jan. 30, 1466/7. Ultimo die Ianuarii coram nobis magistro Thoma Stephyn & altero procuratorum [comparuit][6] I. Hallyng de Appylforde, qui sponte, pure, absolute sine fraude uel dolo secundum formam statutorum nostrorum cessit omnia debita in rebus uel pecuniis

[1] In the sense of 'Library Catalogue'.
[2] Either Rewley or Oseney.
[3] The entries for Jan. 20, 21, 22 are in the hand of Thomas Chaundeler: then until Feb. 5 they are in the hand of T. Stephyn.
[4] Not in MS.
[5] Henry Bathe was a carrier.
[6] Not in MS.

Thome Hallyng, que habuit uel habet antedictus Iohannes versus Thomam Smyth de Baldon a principio mundi usque hunc diem non soluta.

Memorandum quod habito diligenti scrutinio atque cum expeditis viris matura communicacione super approbatis huius alme Uniuersitatis consuetudinibus non parum continuato, decreuimus saluo meliori iudicio affirmacionem Iohannis Harry bedelli ratam, dicentis se ex mandato nostro certos recepisse fideiussores scilicet Iohannem Ruschebery & [*blank*] pro Iacobo Caryer, prefatis tamen fideiussoribus plane contradicentibus.[1]

Feb. 5, 1466/7. Quinto die mensis Februarii coram nobis magistro Thoma Hylle sacre theologie professore ac huius alme Uniuersitatis commissario Iohannes Ryley constituit Georgium Ward et Iohannem Walyngford in suos veros & legittimos procuratores cum potestate substituendi, appellandi, prosequendi ac de calumpnia iurandi cum ceteris clausulis curie nostre congruis &c. in omnibus causis pro vel contra eum mouendis.

Feb. 8, 1466/7. 8 die Februarii comparuit coram nobis T. Hylle sacre theologie professore ac huius alme Uniuersitatis commissario generali Robertus Glover et fideiussit ad producendum in iudicium Willelmum Holy in causa concernente Iohannem Lenburth & uxorem suam &c. in die statuendo per dominum Cancellarium.

Feb. 8, 1466/7. Eodem die comparuit coram nobis &c. Agnes Coluyl incarcerata et probabiliter suspecta de meretricio & abiurauit Uniuersitatem & procinctum eiusdem scilicet per spacium decem miliarium &c.

Feb. 11, 1466/7. Undecimo die Februarii coram nobis magistro Thoma Hylle sacre theologie professore ac huius alme Uniuersitatis commissario generali comparuit [*blank*] Dagfeld maior ville Oxonie cum quatuor aldermannis & aliis vicinis suis faciens fidem super librum quod timuit Iohannem Danett gentilman, ne per se uel per alios adherentes sibi inferret sibi corporalem lesionem; qua de causa instanter requisiuit de predicto Iohanne Danett securitatem pacis; pro qua obseruanda quantum concernit predictum [*blank*] Dagfeld & predictum Iohannem Danett obligarunt se magister T. Danett frater eiusdem Iohannis et magister Matoke[2], socii aule Mertonis, et duo alii.

[1] See the last entry on 233v; apparently the sureties did not deny the fact that they had taken an oath, but denied that they were bound by an oath taken before a bedel.

[2] John Martoke is meant.

Feb. 13, 1466/7. 13° die Februarii coram nobis magistro Thoma Hylle &c. Thomas Berton sissor constituit Lodowicum Iohannis[1] in legittimum procuratorem suum &c. in omnibus causis pro uel contra eum mouendis.

Feb. 15, 1466/7. 15 die Februarii coram nobis magistro Thoma Hylle &c. Robertus Pratt constituit Lodowicum Iohannis[2] in suum legitimum procuratorem cum potestate substituendi, appellandi &c. cum ceteris clausulis curie nostre congruis.

fol.238r = cclxxxxviiir.

T. Hylle, anno 1466.

Feb. 17, 1466/7. XVII die Februarii Iohannes Samuel de Cotisford in comitatu Oxonie comparuit coram nobis magistro T. Hylle sacre theologie professore commissario generali Uniuersitatis Oxonie, et quandam materiam iniuriarum motam per dominum Iacobum B[. . . .][3] contra eum posuit sub tractatu in manus magistri Thome Lee & magistri Danett arbitrorum electorum, ita quod ipsi[4] finirent infra festum Annunciacionis beate Marie vel in eodem festo proximo futuro; et si quatenus non concordent tunc doctor Walton est arbiter electus, ita ut ipse finiat infra diem dominicam proximam post festum Pasche, uel in ipso die. Et si arbitri vel arbitrator finiant in temporibus prenotatis predictus I. Samuel stabit laudo eorum sub pena decem marcarum; et quod staret eorum arbitrio et laudo promisit[5] prestita[6] media fide coram commissario predicto. Promisit ultra per fidem adhibitam coram commissario & aliis prestita [fide][7] in manus Roberti Birt, quod si neque arbitri neque arbitrator finirent infra predicta tempora quod ipse compareret coram prefato commissario vel alio eius vicem gerente in eodem statu, quo modo comparuit, in crastinum Ascencionis domini proximo future post datam presencium. Ceterum ultra sub eadem fide promisit quod non vexabit predictum dominum Iacobum patrem aut fratrem eius extra Uniuersitatem occasione huius accionis hic mote vel alterius terminabilis adintra.

Feb. 17, 1466/7. XVII die Februarii comparuit coram nobis magistro T. Hylle sacre theologie professore vicecancellario quidam Iohannes Samuel de Cotisford in comitatu Oxonie gentilman ad instanciam Iohannis Cornewall generosi seruientis reuerendi domini abbatis de Oseney; qui quidem Iohannes Samuel se per suum promissum et fidem in

[1] *Ioh' West* was written first, then *Ioh' Lewys*.

[2] *Ioh' Lewys* was written first.

[3] Illegible; perhaps Bennett.

[4] ipse, MS.

[5] promissit, MS.

[6] This word is added above the line.

[7] Not in MS.

manibus nostris scilicet vicecancellarii antedicti artauit et obligauit ad personaliter comparendum coram nobis vicecancellario antedicto seu alio quocumque officium vicecancellariatus occupante in crastinum Ascensionis dominice proximo sequentis, responsurum prefato Iohanni Cornewal in placito debiti & in accione iniuriarum ac aliis multis & variis accionibus in euentu plenius declarandis. Et si dictus Iohannes Samuel aliquo impedimento legittimo prepeditus in predicto termino videlicet in crastino Ascensionis dominice venire nequiuerit, quod tunc dictus Iohannes Samuel, per suum fidelem nuncium de dicto impedimento sufficienter instructum, nos vicecancellarium antedictum seu alium quemcumque predictum, ut supra, officium occupantem legitime certificabit de certo seu cerciore die sue compariciones, dum tamen dies illius compariciones sit ante festum Pentecostes proximo sequens. Insuper dictus Iohannes Samuel nullam causam, accionem, seu litem adextra contra prefatum Iohannem[1] Cornewal pendente predicta dilacione seu dilacionibus predictis nec eciam post predictas dilaciones finitas, quousque dictus Iohannes Samuel suam personalem compariciones prestiterit et fecerit sub eisdem modis & formis, quibus idem Iohannes Samuel tempore predicti promissi et fidei interposite apud officium vicecancellariatus predicti comparuit, mouebit seu alio modo moueri procurabit. Ad que omnia et singula premissa bene et fideliter peradimplenda & obseruanda dictus Iohannes Samuel nobis & saltem officio nostro vicecancellariatus antedicti & prefato Iohanni Cornewalle per suum promissum et fidem ut supra, ac sub pena ut supra artauit & obligauit &c.

Feb. 24, 1466/7. 24 die mensis Februarii coram nobis magistro Thoma Hylle &c. magister Phyppys constituit Humfridum Hawardyn in legittimum procuratorem suum cum potestate substituendi, appellandi, &c. cum ceteris clausulis curie nostre congruis.

Feb. 25, 1466/7. 25 die mensis Februarii comparuit coram nobis magistro T. Hylle &c. Iohannes Sowdey de parochia sancti Thome; constituit Georgium Ward in suum procuratorem legittimum in omnibus causis.

Feb. 25, 1466/7. 25 die mensis Februarii coram nobis magistro Thoma Hylle &c. Iohannes Smyȝth skynner optulit huiusmodi libellum continens [*sic*] subscripta:—'In coral dim. uncia, 1 quarterium & dim. quarterium, summa XVII*d.* *ob.*; in broke syluer 1 uncia, 1 quarterium,

[1] Iohannes, MS.

summa IIS. XI*d.*; item pro registracione in libro cancellarii IIII*d.*; summa omnium istorum IIIIS. VIII*d.* *ob.*: appreciatores harum rerum Iohannes Low, Thomas Gascoyne bedil & Iohannes More y^e^ stacioner'.

XIII die mensis Marcii coram nobis magistro Thoma Chaundeler &c. doctor Willelmus Goodeyer & uxor eius constituerunt magistrum Humfridum Hawardyn procuratorem suum generalem ad agendum & defendendum cum potestate substituendi & appellandi in omnibus causis ciuilibus seu criminalibus &c. **Mar. 13, 1466/7.**

238^v^ = cclxxxx-viii^v^.

T. Chaundeler.

XIX° die mensis Marcii anno domini MCCCCLXVI° coram nobis magistro Thoma Chaundeler sacre theologie professore ac reuerendissimi in Cristo patris & domini, domini Georgii Neuyl Eboracensis archiepiscopi ac alme Uniuersitatis Oxonie cancellarii in eadem Uniuersitate commissario generali comparuerunt Robertus Eynsham & Iohannes Harrys de Bladon husbonmen, qui fideiubentes promiserunt fide media quod Thomas Weston de Wodestoke liberabit seu liberari faciet citra dominicam primam post octabas Pasche proximo future magistro Philippo Morgan rectori de Bladon quandam obligacionem in manibus abbatis de Oseney existentem, eidem abbati per dictum magistrum Philippum & alios sibi coniunctos factam, sub pena in dicta obligacione contenta. **Mar. 19, 1466/7.**

Insuper eodem die, mense & anno coram commissario antedicto dictus Thomas Weston prestitit iuramentum ad sancta dei euangelia per ipsum corporaliter tacta & inspecta quod nunquam supradictum magistrum Philippum Morgan, Rogenaldum [*sic*] Gaye nec aliquem alium eis uel eorum alteri adherentem vexabit, turbabit, inquietabit in aliquo seu grauabit per se uel per alium quemcumque extra procinctum Uniuersitatis Oxonie pro aliqua materia seu causa coram cancellario eiusdem Uniuersitatis terminabili, occasione alicuius litis seu contrauersie inter predictos magistrum Philippum & Thomam ab inicio mundi usque in hanc horam mote.

Insuper XX° die mensis Marcii anno supradicto coram nobis commissario antedicto Thomas Westone de Wodestoke, Iohannes Ady de parochia sancte Marie Magdalene in suburbio Oxonie & Ricardus Leke de Oxonia obligarunt se & eorum quilibet per se [&][1] in solidum obligauit in summa viginti librarum parti inquietate seu grauate applicandarum quod dictus Thomas Westone **Mar. 20, 1466/7.**

[1] Not in MS.

nunquam in posterum magistrum Willelmum Appylby, magistrum Willelmum Browne nec aliquem eorum seu alterius eorum seruientem vexabit, turbabit in aliquo seu grauabit per se uel per alium quemcumque extra procinctum Uniuersitatis Oxonie pro aliqua materia seu causa coram cancellario eiusdem Uniuersitatis terminabili, occasione alicuius litis seu controuersie aut cause inter eos ab inicio mundi usque in hanc horam mote inposterumve movende.

Insuper eodem die & anno coram nobis commissario antedicto Thomas Forde & Willelmus Bayly fideiusserunt pro Thoma Westone de iudicio sisti & iudicato soluendo magistro Willelmo Appylby et Edwardo Hoggeston sub pena LXs. dicto magistro Willelmo Appylby applicandorum.

Insuper eodem die & anno dictus Thomas Westone liberauit nobis commissario antedicto quandam obligacionem hunc tenorem continentem; 'Nouerint uniuersi per presentes me Thomam Westone de Noua Wodestoke in comitatu Oxonie clerke teneri & per presentes firmiter obligari cancellario Uniuersitatis Oxonie & officio eiusdem in centum libris sterlingorum soluendorum eidem cancellario & officio predicto in festo Natalis domini proximo futuro post datam presentium; ad quam quidem solucionem bene & fideliter faciendam obligo me, heredes & executores meos ac omnia bona & catalla mea ubicumque fuerint inuenta per presentes. In cuius rei testimonium sigillum meum apposui. Dat' vicesimo die Marcii anno regni regis Edwardi quarti post conquestum septimo.

Condicio istius obligacionis est quod si dictus Thomas nunquam vexet, turbet seu inquietet extra Uniuersitatem Oxonie aliquem scolarem aut seruientem scolaris aut alium quemcumque sub priuilegiis dicte Uniuersitatis pro tempore existentem pro aliqua materia uel causa terminabili coram cancellario eiusdem Uniuersitatis Oxonia tunc eadem obligacio pro nulla habeatur; cuius contrarium si in aliqua parte fecerit tunc stet dicta obligacio in suo robore & effectu.'

Mar. 20, 1466/7. Eodem die commissa est administracio omnium bonorum Willelmi Barker nuper scolaris & baccularii arcium modo defuncti magistro Willelmo Coort, iuramento exacto de fideliter administrando; acquietatus est eciam de ulteriori compoto reddendo.

Coram nobis magistro Thoma Chaundeler &c. Nicholaus Plumme constituit magistrum Humfridum Hawardyn procuratorem suum generalem ad agendum, defendendum, transigendum,

appellandum, ac omnia alia faciendum que requirunt speciale mandatum cum potestate substituendi.

fol.239r = cclxxxxixr.

Insuper XXI° die mensis & anno supradicto coram nobis magistro Thoma Chaundeler sacre theologie professore Iohannes Borow & Thomas Westone promiserunt sub pena centum solidorum stare laudo & arbitrio magistrorum Iohannis Vowell & Roberti Byrte in omnibus causis & querelis inter predictos Iohannem & Thomam ab inicio mundi usque in presentem diem motis, & pro predicto Iohanne fideiusserunt Galfridus Iohn' & Ricardus Vele quod ipse stabit laudo sub forma subscripta, & pro predicto Thoma fideiusserunt Thomas Forde & Willelmus Bayly quod ipse stabit eidem laudo sub eadem pena, ita quod dictum laudum feratur ante festum Pentecostes proximo futurum, & si contingat dictos arbitros laudum seu arbitrium ante dictum festum non ferre, tunc magister Iohannes More impar electus dictas causas & querelas diffiniat citra festum sancti Iohannis Baptiste extunc proximo futurum; & si contingat dictum imparem dictas causas seu querelas citra dictum festum non dirimere, tunc Thomas Forde & Willelmus Bayly fideiusserunt reducere dictum Thomam in iudicium coram nobis commissario antedicto in crastino sancti Iohannis Baptiste predicti, uel si iuridicus non fuerit tunc proximo die iuridico extunc sequente ad respondendum dicto Iohanni & uxori eius in causis predictis per se uel per procuratorem ydoneum sub pena centum solidorum; & si contingat dictum Thomam condempnari in aliquo predicto Iohanni uel uxori eius, promiserunt iidem fideiussores iudicatum solui. Mar. 21, 1466/7.

Insuper eodem die Willelmus Overe & Ricardus Leke obligarunt se in summa decem librarum parti lese applicandarum quod dictus Thomas Westone nunquam in posterum dictum Iohannem Borow vexabit, turbabit seu inquietabit per se uel per alium quemcumque extra procinctum Uniuersitatis Oxonie pro aliqua materia uel causa quacumque coram cancellario eiusdem Uniuersitatis terminabili occasione alicuius litis seu controuersie inter eos ab inicio mundi usque in hunc diem mote seu in posterum mouende; & hoc idem promisit prefatus Thomas prestito corporali iuramento.

Eodem die Iohannes Ienyns constituit magistrum Robertum Byrte procuratorem suum generalem ad agendum, defendendum, transigendum ac omnia alia faciendum que exigunt speciale mandatum cum clausula substituendi quandocumque contingat eum adesse uel abesse. Mar. 21, 1466/7.

Mar. 20, 1466/7. XX° die mensis Marcii coram nobis magistro Thoma Chaundeler &c. Iohannes Ienyns peciit securitatem pro pace seruanda per Iohannem Blodewylle, prestito iuramento corporaliter per dictum Iohannem Ienyns de iusto timore. Eciam dictus Iohannes Blodewylle conuictus est de extraccione armorum & percucione cum lapide. Post diuturnam incarceracionem soluit xs.

Mar. 20, 1466/7. Eodem die Willelmus Lodyngtone brewer de Oxonia condemnatus fuit ad soluendum magistro Willelmo Godeyere doctori & eius uxori LXVIs. VIIId. infra octo dies sub pena suspensionis.

Mar. 20, 1466/7. Eodem die & anno coram commissario antedicto Iohannes Mylene vyntener de Oxonia & Robertus Neyre de Garsyngton husbondman promiserunt sub pena centum solidorum stare laudo & arbitrio Thome Browne & Thome Carter de Oxonia tayler in omnibus causis & querelis inter predictum Iohannem & Robertum ab inicio mundi motis, ita quod dictum laudum siue arbitrium feratur ante crastinum octauarum Pasche proximo future. Quod si contingat dictos arbitros laudum seu arbitrium ante dictum diem non ferre, tunc antedictus Thomas Browne fideiussit reducere predictum Robertum Neyre ad carceres de Bocardo ad respondendum prefato Iohanni Mylene.

Mar. 20, 1466/7. Eodem die coram nobis commissario antedicto Iohannes Smyth de Whateley & Willelmus Torner de Oxonia ex una parte & Iohannes Gararde goldsmyth de Oxonia ex altera parte promiserunt sub pena centum solidorum stare laudo & arbitrio Iohannis Freyne & Rogeri Belte de Whateley in omnibus causis & querelis inter predictos Iohannem Smyth, Willelmum Torner & Iohannem Garrarde ab inicio mundi usque in hanc horam motis fide media.

Mar. 20, 1466/7. Eodem die & anno coram nobis commissario antedicto magister Ricardus Barnarde exposuit caucionem pro aula Nigra vendicans sibi principalitatem eiusdem per solucionem redditus decem annorum immediate succedencium; quem redditum recepit magister Iohannes Fermer collector redditus Uniuersitatis Oxonie, & sic admisimus caucionem pro aula predicta saluo iure cuiuscumque & non aliter.

fol.239v= cclxxxxix v. In dei nomine, Amen. Anno domini millesimo CCCCLXVI^to ego magister Willelmus Corfe compos mentis & sane memorie condo testamentum meum in hunc modum. In primis lego animam meam deo omnipotenti, beate Marie virgini & omnibus sanctis,

corpusque meum sacre sepulture ad sepeliendum in ecclesia sancti Michaelis iuxta portam borialem Oxonie. Item lego ecclesie mee de Corfecastell ad fabricam campanilis decem marcas. Item lego egenis & pauperioribus eiusdem parochie pro exequiis & missa solempniter ibidem celebrandis XIIII^cem marcas distribuendas per manus executorum meorum uel eorum alicuius. Item lego sorori mee Margarete Grene quinque marcas & Iohanne Brewle nepti mee quinque marcas. Item lego Iohanni Dyere famulo meo quinque marcas & nouam togam. Item lego Roberto Benett octo solidos & quatuor denarios cum noua toga. Item lego magistro Iohanni Ielyan XIIIIs. IIIId.; item lego magistro Willelmo Walker alterum portiforiorum meorum minoris precii cum Sexto Libro Decretalium. Item volo, ordino & constituo in executores meos magistros Thomam Wyche, Iohannem Phylyppe et Willelmum Brewe, ut ipsi residuum bonorum meorum non legatorum disponant pro salute anime mee modo meliori quo sciuerint. Dat' anno supradicto.

Probatum est presens testamentum vicesimo secundo die mensis Marcii anno domini millesimo CCCCLXVI^to coram nobis magistro Thoma Chaundeler sacre theologie professore, reuerendissimi in Cristo patris & domini domini Georgii Neuyll miseracione diuina Eboracensis archiepiscopi, ac alme Uniuersitatis Oxonie cancellarii in eadem Uniuersitate commissario generali, & per nos approbatum, insinuatum & legittime pronunciatum pro eadem, commissaque est administracio omnium bonorum idem testamentum concernencium executoribus suprascriptis in forma iuris iuratis, quos ab ulteriori compoto nobis aut officio nostro faciendo dimittimus & acquietamus saluo iure cuiuscumque. In cuius rei testamentum sigillum officii cancellariatus Uniuersitatis Oxonie presentibus apposuimus. Mar. 22, 1466/7.

XXIII° die mensis Marcii coram nobis commissario antedicto Iohannes Blodewylle iurauit ad sancta dei euangelia per ipsum corporaliter tacta & inspecta quod seruabit pacem versus Iohannem Ienyns & quemlibet sibi seruientem; & si cognouerit aliquem volentem ipsum Iohannem Ienyns aliquo modo ledere, quantum in eo est impediet iuxta suum posse cum effectu; promisit ultra quod nulli alii predictum Iohannem Ienyns corporaliter lederent. Quo iuramento prestito remisit Iohannes Ienyns securitatem pacis quantum ad fideiussores coram cancellario. Mar. 23, 1466/7.

Eodem die dicti Iohannes Ienyns & Iohannes Blodewylle compromiserunt & promiserunt sub pena centum solidorum stare laudo & arbitrio magistrorum Humfridi Hawardyn & Dauid

Ogone in quadam iniuria pretensa per predictum Iohannem Blodewylle Iohanni Ienyns & seruientibus suis, si contingat magistros predictos ferre laudum seu arbitrium citra dominicam secundam post festum Pasce proximo future post datam presencium; et si contingat predictos arbitros citra dictum tempus non ferre laudum tunc magister Thomas Proctor impar electus diffiniat citra festum Ascencionis uel eodem die, & pro dicto Iohanne Ienyns promisit magister Robertus Byrte quod stabit laudo sub forma predicta, & pro I. Blodewylle promisit dominus I. Meredyth quod stabit laudo sub forma predicta.

Mar. 23, 1466/7. Eodem die coram nobis commissario antedicto & altero procuratorum[1] Iohannes Awstyn de Noua Wodestoke sponte, pure & absolute, fraude & dolo cessantibus iuxta formam statutorum Uniuersitatis Oxonie cessit magistro Ricardo Gunne viginti duas libras & decem solidos a Willelmo Petham de Oxonia leuandas & soluendas ad commodum & utilitatem predicti magistri Ricardi Gunne conuertendas.

fol.240r = cccr. Mar. 24, 1466/7. XXIIII° die mensis Marcii coram nobis magistro Thoma Chaundeler &c. [*blank*] Seymer de London' fyschmonger constituit magistrum Iohannem Lonyer procuratorem suum generalem ad agendum, defendendum, transigendum ac omnia alia facienda que exigunt speciale mandatum cum potestate substituendi.

Mar. 26, 1466/7. XXVI° die mensis Marcii coram nobis magistro Thoma Chaundeler sacre theologie professore ac alme Uniuersitatis Oxonie commissario generali Dauyd Smyth de Oxonia prestitit iuramentum ad sancta dei euangelia per ipsum corporaliter tacta & inspecta quod nunquam magistrum Willelmum Ionys in decretis doctorem vexabit, turbabit, inquietabit in aliquo seu grauabit per se uel per alium quemcumque extra procinctum Uniuersitatis Oxonie pro aliqua materia seu causa coram cancellario eiusdem Uniuersitatis terminabili, occasione alicuius litis seu controuersie inter predictos magistrum Willelmum & Dauyd ab inicio mundi usque in hanc horam mote.

Insuper eodem die coram nobis commissario antedicto Iohannes Ketyll, Iohannes Meleyn, Galfridus Iohn' & Willelmus Coplonde obligarunt se in summa quadraginta librarum de producendo Dauyd Smyth alias ap-Philyppe ap-Maddokke primo die mensis Marcii[2] proximo futuro & quolibet die citra si necesse fuerit ad respondendum Uniuersitati Oxonie in quacumque causa sibi per dictam Uniuersitatem interim sibi mouenda uel hactenus mota.

[1] Above the line is written 'magister T. Proktor.'

[2] The scribe must mean *Aprilis* or *Maii*.

Insuper eodem die coram nobis commissario antedicto Iohannes Ketyll, Iohannes Meleyn, Galfridus Iohn' & Willelmus Coplonde obligarunt se & eorum quemlibet in summa quadraginta librarum magistro Willelmo Ionys in decretis doctori quod predictum Dauyd Smyth producent in iudicium coram nobis commissario antedicto seu officio citra primum diem mensis Maii proximo futuri ad inueniendum securitatem predicto magistro Willelmo sub pena carceris de non trahendo aliquam materiam adextra per se uel per aliquem de consilio, auxilio, consensu uel ratificacione ex parte eiusdem Dauyd Smyth fiend*am*. Item predicti fideiussores Iohannes Ketyll, Iohannes Meleyn, Galfridus Iohn & Willelmus Coplonde obligarunt se & eorum quemlibet sub pena quadraginta librarum quod idem Dauyd per se uel per alium seu alios de suo consilio, auxilio, assensu, consensu uel ratificatione non vexabit, turbabit nec inquietabit interim predictum magistrum Willelmum Ionys in persona, familia, uel bonis suis extra Uniuersitatem predictam.

T. Hylle.

Septimo die Aprilis coram nobis magsitro Thoma Hylle sacre theologie professore ac huius alme Uniuersitatis commissario generali Ricardus Dier et Iohannes Dier filius eiusdem constituerunt magistrum Robertum Byrt procuratorem suum generalem & specialem in quadam causa testamentaria, mota siue mouenda inter ipsos Ricardum & Iohannem predictos et executores magistri Willelmi Colyng quondam rectoris de Corffe,[1] ulteriusque dando eidem potestatem specialem transigendi ac omnia alia faciendi que exigunt mandatum speciale. Ap. 7, 1467.

IX° die Aprilis coram nobis magistro Thoma Hylle commissario generali &c. Robertus Birt conuenit cum Iohanne Sly alias Clynke hosyer, quod esset sibi seruiens et ministrans et quod annuatim perciperet pro seruicio suo VIS. VIII*d*. vel aliter togam tanti valoris; et idem Iohannes promisit sibi fideliter seruire. Ap. 9, 1467.

XII die Aprilis coram nobis magistro Thoma Hylle huius alme Uniuersitatis commissario generali &c. Willelmus Robyns constituit Humfridum Hawardyn in suum legittimum procuratorem generalem ad agendum, defendendum, transigendum, appellandum, ac omnia facienda que requirunt speciale mandatum &c, cum potestate substituendi. Ap. 12, 1467.

[1] See fol. 239v.

Ap. 22, 1467. XXII° die mensis Aprilis anno domini supradicto commissa est administracio bonorum magistri Roberti Mathew nuper decedentis magistro Simoni Roo & Iohanni Nolton[1] in forma iuris &c.[2]

fo. 240v = cccv. Aug. 8, 1466. Inuentarium omnium bonorum magistri Willelmi Ayle3arde decretorum doctoris nuper decedentis, in camera sua repertorum, presentibus magistro Willelmo Pouter, magistro I. Nycol, magistro Nycholao Lancastre, Willelmo Rozyndale, ac Willelmo Constantyne anno domini MCCCC sexagesimo sexto mensis Augusti die octauo; que quidem bona die sequenti erant appreciata auctoritate domini cancellarii per Iohannem More stacionarium & I. Mathew ad hoc electos & specialiter iuratos.

In primis una capa scolastica de scarleto	IIII marc.
Item una toga coccinea cum capicio sericato	XXs.
Item toga blodia cum capicio penulato	XIIIIs.
Item liber Clementinarum cum glossa	XXs.
Item tabula iuris canonici et ciuilis	XXs.
Item toga subrubei coloris cum capicio	VIIIs.
Item clamis rubei coloris	IIIs. IIIId.
Item armilausa nigra	Vs.
Item toga de russeto talaris	VIs. VIIId.
Item textus Sexti libri & Clementinarum	VIs. VIIId.
Item liber decretalium	Xs.
Item liber Codicis	IIIs. IIIId.
Item paruum uolumen	VIs. VIIId.
Item liber Constitutionum Iohannis pape	VIIId.
Item portiforium	IIIIs.
Item noua rethorica Tullii	XVId.
Item quaterni notabilium Libri Sexti secundum Docum	VIIId.
Item VI quaterni abbatis de Cecilia	IIIIs.
Item alii quaterni de caractere	[*blank*]
Item quaterni Iohannis de Emula	Xs.
Item Digestum vetus	IIs.
Item ceruical cum II puluinaribus	XIId.
Item oportorium lectis [*sic*] cum ramis blodeis & rubeis	IIIs. VIIId.
Item oportorium viridis coloris	XXd.
Item oportorium blodium de say	XVId.
Item I tester & syler	Vs.
Item cortine	VIs.
Item duo paria linthiaminum	IIs.
Item culcitra punctata	IIIs.

[1] The last three letters are indistinct.

[2] This is in the hand of Thomas Chaundeler.

Item cretinellum[1]	VId.
Item lineatura	XVId.
Item pro pari cirothecarum	VId.
Item Lynwode super constitutiones	V marc'.
Item a byturns[2] claw	IIId.
Item I camisia	VIIId.
Item due mappe	XVId.
Item pendile pro aula	IIIs.
Item duo candelabra	IIId.
Item in pecunia numerata	XXs. IXd. ob.

Hec sunt debita doctoris suprascripti

In primis debet auunculo suo Londoniis	VIlib. XIIIs. IIIId.
Item magistro Lodowico Subden	XLs.
Item magistro Thome Byschop	XXXs.
Item Iohanni Clerke	XXs.
Item Iohanni Seeman	VIIIs. IIIId.
Item Willelmo Rosyndale	IIs. VIId.
Item pro communis	VIIs. IId.
Item magistro Iohanni Nycol	Vd. ob.
Item doctori Husband	XIIIs. IIIId.

Summa debitorum XIIli. IId. ob., preter funeralia.

Sept. 21, 1466. Hoc suprascriptum inuentarium approbatum est & insinuatum per nos magistrum Thomam Stephyn commissarium generalem XXI die mensis Septembris anno domini MCCCCLXVI^to et commissa est huius inuentarii administracio magistris Willelmo Pouter & Iohanni Nichol in forma iuris iuratis, quos ab ulterioris compoti reddicione saluo iure cuiuscumque absoluimus & absolutos dimittimus. In cuius rei testimonium litteras nostras sigillo officii cancellariatus munitas antefatis dedimus viris anno & die suprascriptis.

Ap. 30. 1467. Mem. quod ultimo die Aprilis anno domini 1467 commissa est administracio bonorum decani Wellensis[3] magistro Simoni Roe ac ceteris executoribus suis repertorum infra Uniuersitatem Oxonie, qui nomine sociorum eius in forma iuris promisit, soluitque 3s. 4d.

fol.241r = ccci^r. Aug. 10, 1465. Inuentarium omnium bonorum Thome Hokyns existencium in domo Iohannis More in vico chathenarum, appreciatorum per I.

[1] 'canvas' is written above this word.

[2] bittern's.

[3] Nicholas Carent, who according to Le Neve died May 3, 1467.

Mathew[1] & [*blank*] Came bidell*um* anno domini MCCCCLXV° decimo die Augusti.

In primis I huke[2] de musterdeuylis lynyd	VI*d.*
Item I pecia de say & alia de Rede	I*d.*
Item I frende[3] pro medio dorsi	II*d.*
Item I par caligarum	I*d.*
Item I furrer[4] cuniculorum	II*d.*
Item I coopertorium cum volucribus blodii coloris	II*d.*
Item tres antique bankers	VIII*d.*
Item I mantel albi coloris	XII*d.*
Item I lodax [*sic*] stragulat' albi coloris	VIII*d.*
Item alia antiqua albi coloris	II*d.*
Item I pann*us* pict*us*	IIII*d.*
Item I linthiamen cum tribus peciis antiquis	III*d.*
Item tria [*sic*] pec' panni albi viz. blankets	II*d.*
Item XX olde clowts	I*d.*
Item I lib. de filis lineis	II*d.*
Item I rolle pro capicio	I*d.*
Item I pann*us* pict*us* cum rubiis coloribus	VIII*d.*
Item I quischoune viridis coloris	I*d.*
Item quatuor trestels	IIII*d.*
Item II boxis cum paucis bonis intus	III*d.*
Item I quarte & pynte de vas*ibus* stagn*eis* cum salar*io* cooperto	I*d. ob.* libra
Item I lucerna	I*d.*
Item III platers III saucers & VII disci de stagno, precii libra	I*d. ob.*
Item I sconse	II*d.*
Item IIII scabella	I*d. ob.*
Item I rot*a* de torne[5] cum scabell*o* pertinente	IIII*d.*
Item I parva patella cum handell'	IIII*d.*
Item I parv' box	I*d.*
Item I forset cum rasura	III*d.*
Item X coclearia de stagno, prec' lib.	I*d. ob.*
Item II mappe, III linthiamina cum I tuel & II apronis	II*s.*
Item IIII cleus[6] fini linei	II*d.*
Item I parva cista	V*d.*
Item I par precarum de ligno	I*d.*
Item I scala & I planke	III*d.*

[1] At first was written 'I. More stacionarium'.
[2] A kind of cloak, N.E.D.
[3] We may guess this to mean a cushion, but it is not in N.E.D.
[4] i. e. furrure, a trimming of fur.
[5] turning lathe.
[6] balls.

Item I hacchere[1]	III*d.*
Item parva mensa, I manica & I below[2]	IIII*d.*
Item XXVI bordis parve	XX*d.*
Item IIII legges de meremio	II*d.*
Item setting bord' V & I beme	IIII*d.*
Item I pres pro arte sua	IIII*d.*
Item II milys [? nulys] cum VI discis & VII cissoria[3]	II*d.*
Item I axe, I keruyng knyfe & II gredyr'	IIII*d.*
Item I sarra,[4] I schauyng towle & I planyng yr'	III*d.*
Item I pynne de ferro	I*d.*
Item II planes & I wymmel[5]	II*d.*
Item I schere, I gladius & II[e] formule	V*d.*
Item I pincers & I parvum hachett sine manipulo	II*d. ob.*
Item I pincers pro arte sua, I hamer', I sexe, II cruys	IIII*d.*
Item I cope & I lectus	X*d.*
Item I antiqua patella	II*d.*
Item I peluis facta de latyn	II*d.*
Item I cheseuate[6] / Item I vitrum	I*d.*
Item II pynnes de ferro pro arte sua	I*d.*
Item I hamer, pyncers cum aliis rebus pertinentibus ad artem suam cum I fello,[7] precio	IIII*d.*

Memorandum quod anno domini 1467 duodecimo die Marcii erat coram nobis quedam obligacio sigillata legitime hunc continens tenorem allata:—Nouerint uniuersi per presentes nos Willelmum Ryaley de Hanborowghe in comitatu Oxonie, Iohannem Mathew de eisdem & Cristoforum Forde & I. Horne de Hordele teneri & firmiter obligari I. Ady, Ricardo Leke & Thome Forde de Oxonia & Willelmo Overe de Walton in viginti libris sterlingorum soluendorum eisdem I., Ricardo, Thome & Willelmo in festo Natalis domini proximo futuro post datam presencium; ad quam quidem solucionem bene & fideliter faciendam obligamus nos & utrumque nostrum per se pro toto & in solidum, heredes & executores nostros. In cuius rei testimonium &c. sigilla nostra apposuimus. Dat' 12 die Marcii anno regni regis Edwardi IV[ti] post conquestum Anglie septimo.

Condicio huius obligacionis talis est quod si suprascripti I. Matthew, Willelmus Ryaley, Cristoforus & Iohannes &c. suprascriptos I. Ady, Ricardum, Thomam & Willelmum seruauerint

[1] chopper.
[2] The singular of bellows was used till the fifteenth century.
[3] scissors.
[4] saw.
[5] auger.
[6] cheesevat.
[7] rim of a wheel.

indempnes penes hoc quod ipsi uel aliquis eorum seipsum obligavit pro Thoma Weston de Wodestoke in quocumque casu, predicta obligacio pro nulla[1] habeatur; sin autem in suo robore permaneat & vigore. Hanc condicionem in obligacione non scriptam fatebatur Cristoforus Forde.

241v= ccciv. Ap. 25, 1467. Coram nobis magistro Thoma Stephyn commissario generali Oxonie 25 die Aprilis Georgius Alyn Robertum Wry3t bidellum in suum legittimum procuratorem constituit cum potestate substituendi & caucione rati ceterisque clausulis in hac parte necessariis.

Ap. 27, 1467. 27 eciam die eiusdem mensis Iohannes Wytheg Georgium Ward in procuratorem constituit ut supra.

Ap. 28, 1467. Item 28 die coram nobis commissario antedicto magister Thomas Wyche, I. Phylyp & W. Brew Thomam Matyn in eorum procuratorem constituerunt cum potestate substituendi, qui substituit in sua absencia Vowel cum caucione habendi ratum & gratum quicquid prefati procuratores uel aliquis eorum fecerit cum ceteris clausulis &c.

Item magister Walyngford constitutus est procurator artis scissor*ie* cum omnibus clausulis curie.

Coram nobis magistro Thoma Stephyn commissario generali Oxonie comparuit Iohannes Ketell de Oxonia vocatus ad instanciam Richardi Semar in causa victualium pro summa xi librarum, et confessus est coram nobis idem Iohannes se debere eidem Richardo summam antedictam et constituit se soluturum in parte solucionis nomine predicti Richardi magistro Thome Stephyn uel magistro Lonyer iii libras in die Sabati proximo post festum Ascensionis domini et iiii marcas die Sabati proximo post festum Pentacostes anno domini mcccclxvii. Residuum vero predicte summe constituit se soluturum predictus Iohannes ad limitacionem eiusdem Richardi uel in eius absentia ad limitacionem magistri Iohannis Lonyere.

May 30, 1467. Penultimo die Maii est magister Thomas Peny conuictus de percussione cum lapide & baculo; post incarceracionem soluit vis. viii*d*.

May 1, 1467. Primo die mensis Maii anno domini mcccclxvii^mo Thomas Tremour & uxor eiusdem constituerunt magistrum Humfridum Hawardyn procuratorem suum generalem cum potestate substi-

[1] nullo, MS.

tuendi coniunctim & diuisim cum omnibus clausulis specialiter requisitis coram nobis & quibuscumque aliis iudicibus ordinariis & delegatis & subdelegatis cum potestate iurandi & crimina & defectus obiciendi.

May 1, 1467. Eodem die conuictus est de percussione cum pugno Alanus Thornecroft; post longam incarceracionem soluit iiiis.; canonicus Lecestre[1] fideiussit ad soluendum pro eo.

Item Symon Marschal de propria confessione convictus [de] laicione armorum reddidit; qui post incarceracionem soluit [*blank*], reddens pro armis iii*d*.

May 2, 1467. Secundo die Maii comparuit coram nobis commissario generali & altero procuratorum Robertus Saxton armiger per litteras suas & famulos ad hoc specialiter missos & iuratos; sponte, pure & absolute, fraude & dolo cessantibus, iuxta formam statutorum Oxonie cessit magistro Thome Proctor xi *lib.* & xs. a Willelmo Robyn bocher de Oxonia soluendos & leuandos, ad utilitatem predicti magistri Thome conuertendos.

May, 2, 1467. Eodem die Alanus Thornecroft coram nobis magistro Thoma Stephyn sacre theologie professore, reuerendissimi in Cristo patris & domini, domini Georgii Neuylle Eboracensis archiepiscopi ac huius alme Uniuersitatis cancellarii commissario generali, sponte iurauit ad sancta dei euangelia per ipsum corporaliter tacta se pacem obseruaturum erga dominum [*blank*] Came nunc priorem studencium canonicorum & confratres eiusdem loci ac omnes ibi commorantes ac eciam versus omnes Uniuersitatem inhabitantes, quod villam Oxonie tanquam bannitus die confeccionis presencium exibit, amplius uti scolaris non reuersurus ad Uniuersitatem quousque placeat cancellario secum dispensare. Eciam idem Alanus ad predicta obseruanda seipsum sponte obligauit sub hoc tenore verborum:—'Nouerint uniuersi per presentes me Alanum Thornecroft clericum teneri & firmiter obligari cancellario Uniuersitatis Oxonie & officio eiusdem in decem libris sterlingorum soluendis eidem cancellario & officio predicto in festo Natiuitatis sancti Iohannis Baptiste proximo futuro post datam presencium, ad quam quidem solucionem bene & fideliter faciendam obligo me, heredes, executores ac omnia bona mea mobilia & immobilia, ubicumque fuerint inuenta per presentes. In cuius rei testimonium hoc presens scriptum registro cancellarii inserendum affectaui.'

[1] Richard Leicester, canon of Oseney, once prior of St. Mary's College.

May 2, 1467. Item eodem die Margerie Trym propter enorme quoddam factum in domo sua scilicet homicidium saltem suspectum iniunximus sub pena XL solidorum ne usquam seruisiam alicui scolari vendere presumat quocumque colore infra Uniuersitatem nisi aliter secum per cancellarium uel eius vices gerentem dispensatum fuerit.

May, 4, 1467. Quarto die Maii uxor Iohannis Mylene constituit magistrum Morton eius procuratorem legitimum in omnibus causis cum potestate substituendi, de calumpnia iurandi & cum aliis condicionibus.

May 3, 1467. Tercio die Maii coram nobis commissario generali dominus Iohannes Perkyn scolaris Robertum Bromeyard alias Furber in sibi seruientem suscepit & hoc fraude, dolo & omni malo ingenio cessantibus, sicut utraque pars coram nobis iurauit.

fol. 242r = cccliiir. May 14, 1467. 14 die Maii coram nobis [*blank*] constituit I. Walyngford in procuratorem suum in causa vendicionis uel empcionis cuiusdam crater*is* argentei ad agendum, defendendum eciam cum potestate substituendi.

Eodem die I. Bak*er* conuictus de extraccione cultelli post incarceracionem soluit IIIIS.

Thomas Chaundeler.

May 23, 1467. XXIII° die mensis Maii coram nobis magistro Thoma Chaundeler, sacre theologie professore, ac alme Uniuersitatis Oxonie commissario generali, Iohannes Baker & Willelmus Bayly promiserunt ac fideiusserunt sub pena viginti librarum quod Robertus Barrey seruabit pacem erga Iohannem Faukener alias Garret & eius uxorem & erga alium quemcumque in Uniuersitate predicta. Insuper dictus Robertus tactis sacrosanctis euangeliis iurauit se seruaturum dictam pacem.

May 26, 1467. XXVI^to die mensis Maii coram nobis magistro Thoma Chaundeler &c. magister Iohannes Matt' constituit magistros Nicholaum Lancaster & Dauid Wyllyams procuratores suos generales ad agendum, defendendum, de iur*is* calumpn*ia* iurandum & omnia que exigunt speciale mandatum faciendum acci[1] dictus magister Iohannes presens fuerit in persona sua propria.

May 26, 1467. Eodem die mensis Maii coram nobis commissario antedicto

[1] i. e. ac si.

Bryanus Dysslyng constituit magistrum Humfridum Hawardyn procuratorem suum generalem ad agendum, defendendum &c. cum potestate substituendi. Insuper dicti magister Humfridus & Brianus exibuerunt coram nobis commissario antedicto quoddam instrumentum sigillatum sub sigillo officii maioratus Oxonie & alio priuato sigillo continens hunc tenorem sequentem:—'Omnibus Cristi fidelibus ad quos presens scriptum peruenerit Iohanna Skarlett de Oxonia vidua salutem in domino. Noueritis me predictam Iohannam dedisse, concessisse & hoc presenti scripto meo confirmasse Briano Distlyng de Oxonia predicta barbor omnia bona mea & catalla mobilia & immobilia tam viua quam mortua cuiuscumque generis fuerint seu speciei in quorumcumque manibus seu in quibuscumque rebus uel locis existant, habenda & tenenda predicta bona & catalla prefato Briano et assignatis suis imperpetuum; ita videlicet quod nec ego predicta Iohanna, heredes nec assignati mei nec aliquis alius per nos seu nomine nostro aliquid iuris uel clamei in predictis bonis & catallis nec in aliqua inde parcella de cetero exigere, clamare seu vendicare poterimus nec debemus in futurum, set ab omni accione iuris & clamei inde simus exclusi imperpetuum per presentes sigillo meo sigillatas[1]; et quia sigillum meum pluribus est incognitum sigillum officii maioratus Oxonie huic presenti scripto meo apponi procuraui. Dat' Oxonie decimo die Maii anno regni regis Edwardi quarti post conquestum septimo.'

May 27, 1467. XXVII° die mensis Maii coram nobis magistro Thoma Chaundeler &c. magister Willelmus Tybbarde constituit magistrum Lodowicum Iohn' procuratorem suum generalem ad agendum, defendendum & omnia alia faciendum que requirunt speciale mandatum cum potestate substituendi.

May 27, 1467. XXVII° die mensis Maii coram nobis magistro Thoma Chaundeler &c. magister Thomas Sterr' exposuit caucionem pro aula sancti Iohannis Baptiste, quam admisimus saluo iure cuiuscumque, & inuenit fideiussores pro pencione aule predicte Iohannem Ferrer' & Ricardum Hethe.

May 25, 1467. XXV° die mensis Maii coram nobis magistro Thoma Chaundelere &c. Iohannes Ketyll' condempnatus est ad soluendum Ricardo Seym*er* seu magistro Lonyer eius procuratori infra octo dies octo libras sub pena suspencionis.

242v = ccciiiv. May 29, 1467. XXIX° die mensis Maii coram nobis magistro Thoma Chaundeler

[1] sigillato, MS.

&c. pars magistri Thome Bemysley peciit de Iohanna Rowsam de parochia Marie Magdalene in Oxonia XIIs. ex causa empcionis & vendicionis cuiusdam lecti de plumis & le gardevyans,[1] & dicta Iohanna confessa est se emisse & recepisse predicta ac eciam soluisse dictos XIIs. pro eisdem; & ad probandum dictam solucionem terminum in se assumpsit cum ad hoc legittime erit vocata.

May 29, 1467. Eodem die coram nobis commissario antedicto Willelmus Doddys constituit magistrum Humfridum Hawardyn procuratorem suum generalem ad agendum, defendendum & omnia alia faciendum secundum stilum curie.

May 29, 1467. Eodem die coram nobis magistro Thoma Chaundeler sacre theologie professore ac alme Uniuersitatis Oxonie commissario generali Robertus Rowsham, Willelmus Osborne & Patricius Taylere fideiusserunt pro Iohanna Rowsham sub pena quadraginta solidorum & quilibet in solidum quod dicta Iohanna nunquam in posterum hospitabit seu hospitari faciet nec aliquo tempore diei uel noctis in domum suam intrare uel ibi permanere permittet magistrum [*blank*] Phyppys, sed in quantum in se est sibi domus sue introitum interdicet & prohibebit. Insuper dicti fideiussores, Robertus, Willelmus & Patricius promiserunt sub pena predicta quod dicta Iohanna in posterum non permittet aliquem scolarem Uniuersitatis predicte in domo sua pernoctare, ac eciam promiserunt quod dicta Iohanna in persona sua propria & omnes seruientes eius erunt boni regiminis & honeste vite & quod dicta Iohanna non supportabit aliquo modo aliquem seruientem in adulterio seu fornicacione sub pena predicta.

May 31, 1467. Ultimo die mensis Maii coram nobis magistro Thoma Chaundelere &c. Robertus Royes prestito iuramento de iusto metu peciit securitatem pro pace seruanda per Iohannem Havelle bocher &c.

June 1, 1467. Primo die mensis Iunii coram nobis commissario antedicto Iohannes Sewer, Robertus Fysschere & Willelmus Elmesley fideiusserunt pro Iohanne Havelle bocher sub pena quadraginta librarum & quilibet in solidum quod dictus Iohannes Havelle seruabit pacem erga Robertum Royes & quod non prouocabit aliquem ad perturbandum pacem erga dictum Robertum Royes sub pena predicta. Insuper dictus Iohannes Havelle peciit securitatem pro pace seruanda per dictum Robertum Royes & eius adherentes prestito iuramento de iusto metu.

[1] Chest; perhaps here *appurtenances* (see N.E.D.)

June 1, 1467. Eodem die Ricardus Lawghtone constituit magistros Iohannem Walyngforde & Georgium Warde procuratores suos generales ad agendum, defendendum & omnia alia faciendum que requirunt speciale mandatum.

June 2, 1467. Secundo die mensis Iunii coram nobis magistro Thoma Chaundelere commissario antedicto & altero procuratorum Thomas Schereman' sponte, pure & absolute, dolo & fraude cessantibus, cessit magistro Iohanni Broke sex cocliaria argentea, a domino Roberto presbitero sancte Trinitatis[1] in Oxonia leuanda & soluenda, ad commodum & utilitatem dicti magistri Iohannis Broke conuertenda. Insuper dictus Thomas Schereman' cessit dicto magistro Iohanni unam patellam eneam continentem XXIIII lagenas & ultra a Iohanne Mortemere leuandam ad commodum & utilitatem dicti magistri Iohannis Broke conuertendam.

fol. 243r = ccciv r. June 2, 1467. Secundo die mensis Iunii anno domini MCCCCLXVII de consensu parcium omnium acta concernencia securitates & obligaciones pro Edmundo Martyn & Willelmo Vowelle de iudicio cisti & de stando laudo & arbitrio arbitratorum seu imparis relaxata sunt, cassata, & annullata & fideiussores dimissi sunt.

Deinde Thomas Pekke & Iohannes Norton ex una parte ac Willelmus Vowelle & Edmundus Martyn ex alia parte compromiserunt sub pena quadraginta librarum stare laudo & arbitrio magistri Thome Chaundelere sacre theologie professoris in omnibus causis, querelis, grauaminibus inter eos ab inicio mundi usque in hunc presentem diem.

June 3, 1467. Tercio die Iunii anno suprascripto nos Thomas Chaundeler arbiter & amicabilis compositor inter partes predictas concorditer electus laudum & arbitrium tulimus in hunc modum:—

Omnibus Cristi fidelibus presens scriptum visuris uel audituris notum sit quod nos Thomas Chaundelere sacre theologie professor, reuerendissimi in Cristo patris & domini, domini Georgii Neuylle, permissione diuina Eboracensis archiepiscopi ac alme Uniuersitatis Oxonie cancellarii in eadem Uniuersitate commissarius generalis, inter magistrum Willelmum Suttone, Thomam Pekke & Iohannem Norton cum suis adherentibus partem actricem & querelantem ex una parte et Willelmum Vowelle ac Edmundum Martyn cum suis adherentibus partem ream & querelatam ex altera parte in arbitratorem & amicabilem compositorem per partes antedictas concorditer electus pariterque assumptus de &

[1] The 'priest of Holy Trinity' meant the priest who was in charge of the chapel of Holy Trinity at East Gate.

super omnibus ac singulis causis, querelis, transgressionibus, forisfaccionibus & criminibus quibuscumque motis uel mouendis ab origine mundi usque in diem confeccionis presencium sub pena quadraginta librarum parti parenti per partem non parentem applicandarum infra terminum nobis a dictis partibus concorditer indultum, visis & intellectis ac summa deliberacione pensatis peticionibus utriusque partis ac defensionibus coram nobis ostensis & propositis seu quas proponere voluerunt, pro bono pacis & concordie inter predictas partes perpetuo seruande laudamus, arbitramur ac pronunciamus diffinitiue quod dicti Willelmus Vowelle & Edmundus Martyn humiliter & cum vera cordis affeccione ilico petant coram nobis indulgenciam ac remissionem a dicto magistro Willelmo Suttone, Thoma Pekke & Iohanne Nortone omnium & singularum querelarum, criminum & transgressionum predictarum que pretenduntur intulisse eisdem; & insuper ex aduerso laudamus & arbitramur quod dicti magister Willelmus Suttone, Thomas Pekke & Iohannes Nortone & eorum unusquisque per se ex vera cordis affeccione eisdem Willelmo Vowelle & Edmundo Martyn cum eorum adherentibus omnia crimina, iniurias, transgressiones & forisfacciones antedictas pro perpetuo remittant & pro remissis simpliciter habeant ac manus adinuicem applicent, de cetero super hiis litem aliquam in iudicio uel extra iudicium minime moturi. Ac insuper nos arbitrator antedictus laudamus, arbitramur & condempnamus dictos Willelmum Vowelle & Edmundum Martyn ad soluendum statim antedicto Thome Pekke nomine emende pro grauaminibus suis & lesuris xx*s.* ultra & preter summam medico suo pro medicamentis & laboribus suis debitam; ac eciam condempnamus dictos Willelmum Vowelle & Edmundum Martyn ad soluendum supradicto Iohanni Nortone pro medicamentis & laboribus medici sui ac pro grauaminibus & lesuris suis xxxiii*s.* iiii*d.*; volumus insuper, laudamus & diffinitiue arbitramur omnia predicta cum plene soluta fuerint cedere in plenariam satisfaccionem omnium & singulorum grauaminum prescriptorum. Postremo laudamus & arbitramur ut tam supradicti Thomas Pek & Iohannes Nortone[1] ac Willelmus Vowelle & Edmundus Martyn deum pre oculis habentes iurent coram nobis ad sancta dei euangelia quod pacem hinc inde veraciter & firmiter obseruabunt & quod pacem huius Uniuersitatis non perturbabunt nec occasione alicuius facti ante hanc presentem horam quemquam molestabunt in aliquo seu grauabunt. Acta sunt hec tercio die mensis Iunii anno domini mcccclxvii in presencia procuratorum Uniuersitatis Oxonie magistri Ricardi Bernarde & magistri Willelmi Suttone.

[1] Not Martyn as in Anstey.

Insuper tercio die mensis Iunii coram nobis magistro Thoma Chaundelere sacre theologie professore ac alme Uniuersitatis Oxonie commissario generali Thomas Pek tactis sacrosanctis euangeliis iurauit ad seruandum pacem in Uniuersitate predicta versus quemcumque, & ad hoc sponte obligauit se sub pena decem librarum. fol.243v = cccivv. June 3, 1467.

Item eodem die coram nobis commissario antedicto Iohannes Nortone iurauit ad sancta dei euangelia per ipsum corporaliter tacta & inspecta quod non perturbabit pacem infra precinctum Uniuersitatis Oxonie, & ad hoc obligauit se sub pena decem librarum.

Item eodem die coram nobis commissario antedicto Willelmus Vowelle iurauit ad sancta dei euangelia per ipsum corporaliter tacta & inspecta ad seruandum pacem infra precinctum Uniuersitatis Oxonie, & ad hoc obligauit se sub pena decem librarum.

Item eodem die coram nobis commissario antedicto Edmundus Martyn iurauit ad sancta dei euangelia per ipsum corporaliter tacta & inspecta ad seruandum pacem infra precinctum Uniuersitatis Oxonie & ad hoc obligauit se sub pena decem librarum.

T. Stephyn.

Quarto die Iunii I. Perkyn constituit in suum procuratorem Lodwicum Ionys ad agendum, iurandum cum aliis curie nostre pertinentibus. June 4, 1467.

Eodem eciam die coram nobis commissario antedicto Iohannes Mylen, T. Tayler wallicus & [*blank*] fideiusserunt pro Roberto Roys quod ipse seruabit pacem erga Iohannem Hauel & quod non prouocabit aliquem ad perturbandum pacem erga prefatum Iohannem[1] sub pena predicta. Insuper dictus Robertus iurauit ad sancta dei euangelia antedictos suos fideiussores seruare indempnes.

Quinto die Iunii coram nobis &c. I. Mylyn [*blank*] Lonyer procuratorem constituit cum potestate substituendi & aliis condicionibus stilo huius curie communiter pertinentibus. June 5, 1467.

Eodem eciam die I. Ruschebery Georgium Ward procuratorem suum constituit ad agendum & defendendum cum aliis &c.

Item eodem die I. Rogg' & Willelmus Dod promiserunt sub pena xl solidorum stare laudo & arbitrio I. Smythe baker & Willelmi Sprygge ex parte dicti Willelmi Dod & Thome Browne tayler & Roberti Furber ex parte dicti I. Rog' in omnibus causis & querelis inter predictos Iohannem & Willelmum motis ab inicio mundi, ita

[1] Robertum, MS.

quod dictum laudum siue arbitrium feratur ante dominicam reliquiarum proximo futuram; quod si dicti arbitratores ante hoc tempus laudum non tulerint, tunc Iohannes Crek bruer fideiussit inducere eum cancellario ad iudicium in crastino reliquiarum sub pena centum solidorum.

June 8, 1467. Octauo die Iunii I. Ketyl vynter constituit Iohannem Walyngford suum legittimum procuratorem [in omnibus causis][1] pro eo uel contra eum motis uel mouendis cum potestate substituendi, de calumpnia iurandi, ceteraque omnia faciendi que stilo huius curie quouis pacto conueniunt.

June 9, 1467. Coram nobis magistro T. Stephyn sacre theologie professore ac huius alme Uniuersitatis vicecancellario IX die Iunii[2] Stephanus Notyl fide facta legitime de metu mortis ac mutilacionis membrorum securitatem pacis peciit de Willelmo Lambert.

Item eodem die idem Stephanus coram nobis commissario antedicto peciit caucionem a prefato Willelmo de non trahendo aliquam materiam versus antedictum Stephanum adextra dummodo ista materia fuerit ante cancellarium terminabilis.

June 11, 1467. XI° die Iunii dominus Robertus presbiter sancte Trinitatis habere de bonis Thome Schereman VI coclearia & unam patellam coram nobis plane confessus est.

Eodem eciam die coram nobis commissario antedicto Iohannes Law, tayler, fideiussit pro domino Roberto capellano sancte Trinitatis de iudicio sisti & iudicato soluendo magistro I. Broke sub pena XLs., iamdicto magistro applicandorum.

Coram nobis commissario &c. Ricardus Symon constituit Lodwicum Ihon procuratorem ad agendum & defendendum cum aliis condicionibus curie omnibus.

June 14, 1467. 14 die Iunii coram nobis magistro Thoma Stephyn &c. Willelmus Edward, Robertus More, I. Palmer [fideiusserunt][3] ad sistendum coram nobis in iudicio Iohannam Holeway quandocumque eam nobis vocare placebit sub pena XXI solidorum.

June 11, 1467. XI^mo die Iunii, presentibus procuratoribus Ricardi Seymer de London' fyschmonger & I. Ketyl de Oxonia, nos commissarius

[1] Not in MS.
[2] Maii, MS.; but evidently in error. In the previous entry the scribe at first wrote Maii and then altered it.
[3] Not in MS.

antedictus pro tribunali agentes hanc diffinitiuam tulimus sentenciam condempnando videlicet quod prefatus I. Ketyl soluet seu solui faciet iamdicto commissario VIII libras legalis monete Anglie infra octo dies immediate sequentes sub incarceracionis pena ad commodum & utilitatem Ricardi Seymer fyschmonger prefati.

Anno domini 1467.

244^r = cccv^r.

June 15, 1467. XV° die Iunii coram magistro Thoma Stephyn commissario &c. Ricardus Amysdone obligacionem quandam fecisse ac sigillasse seipsum continentem summam quinque marcarum sex solidorum & octo denariorum domino Waltero Pye capellano iudicialiter confessus est.

Coram nobis &c. Avys Lambert magistrum Nicholaum Lancaster procuratorem legitimum constituit in omnibus causis pro ea uel contra eam motis uel mouendis de iure uel de facto cum potestate substituendi ac ceteris omnibus necessariis iuxta stilum curie.

Eodem eciam die coram magistro Thoma Stephyn &c. magister Robertus Byrt exposuit caucionem pro aula Uniuersitatis in alto vico, quam admisimus saluo iure cuiuscumque, & exhibuit fideiussores pro pensione aule predicte Iohannem Potter & Iohannem Mede.

June 16, 1467. XVI° die Iunii coram nobis I. Edward constituit magistrum Lodwicum Ihon eius legittimum procuratorem cum potestate substituendi & omnibus aliis condicionibus in hac curia communiter usitatis.

Item eodem die Robertus Hutton constituit magistrum Thomam Hutton eius procuratorem cum potestate substituendi & condicionibus stilo curie necessariis.

Bona Willelmi Robyns appreciata per Iohannem More stacionarium, presentibus Caam bidello, Willelmo Cateryke & Iohanne Sadeler; equus precii VIIIs.; item tece[1] n*ullius* valoris nec appreciate; item zona viridis coloris cum bokel & pendente & septem barrys precii IIIIs.; item liber racionum artis pandoxatorie non appreciatus; item cella & frenum precii IIIs. VI*d.* cum paytrel[2] & cropyu*er*.[3]

[1] boxes. Above the word is written 'storys' to explain what was the use of the boxes.
[2] Usually spelt 'peitrel', i. e. pectoral.
[3] The word might be read 'cropyne', but no such word is known. The word *cropper* was sometimes spelt *cropyard*. A peitrel and cropper were parts of some medieval saddles. In the margin opposite this entry is written 'Pro Willelmo Belle'.

June 20, 1467. XX die Iunii coram nobis [*blank*] Heynys de Henxy personaliter constitutus magistrum [*blank*] Byrt in eius verum & legittimum procuratorem constituit in omnibus causis de iure uel de facto pro eo uel contra eum motis uel mouendis cum potestate substituendi, agendi, defendendi, de calumpnia iurandi, transigendi eciam eas que mandatum magis speciale requirunt, habens ratum & gratum quicquid prefatus procurator egerit in premissis sub ypoteca omnium bonorum.[1]

June 20, 1467. Eodem die coram nobis T. Brown tayler, I. Creke et I. Skyrmott bruer promiserunt fideiubentes sub pena XL librarum & quilibet in solidum fideiussit pro I. Creke quod idem Iohannes seruabit pacem versus Iohannem Heynys.

Eodem eciam die comparuit coram nobis Willelmus Coullow capellanus Exoniensis diocesis & fatebatur se teneri Michaeli Colay rectori ecclesie parochialis de Lesnewyth' in decem libris sterlingorum soluendis sibi in festis Michaelis & Pasche proximo futuris per equales porciones sub pena iuris & ad hoc iuramentum prestitit corporale.

Item eodem die [coram nobis T. Stephyn cancellario nato Uniuersitatis][2] Ricardus Wode apothecarius fideiussit de sisti iudicio coram nobis III die Iulii proximo futuro I. Grene sub pena XLs. ad respondendum Isabelle Rafe in quadam contractus causa.

June 21, 1467. XXI° die Iunii coram nobis I. Page fideiussit ad sistendum in iudicio Willelmum Lewys ad respondendum Iohanni Fayrer in forma iuris sub pena 40 solidorum.

June 25, 1467. 25 die Iunii coram nobis magistro I. Stephyn &c. Robertus Rumpton arcium baccalarius ex una parte, T. Dauet & Robertus Dauet ex altera parte promiserunt sub pena decem librarum stare laudo & arbitrio magistri T. Sterre & magistri Roberti Hutton in omnibus causis, querelis & transgressionibus inter predictos Robertum Rumpton & Thomam ac Robertum Dauet motis ab inicio mundi usque in presentem diem, ita quod dictum laudum siue arbitrium citra tercium diem Iulii feratur; quid si predictum laudum ante prefatum diem non feratur tunc partes prefate coram cancellario eiusve vicem gerente in iudicio proximo die iuridico comparebunt sub pena predicta. Pro Roberto prefato magister Dauet est obligatus.

June 25, 1467. XXV^to die Iunii coram nobis &c. comparuerunt Robertus abbas

[1] This entry has been crossed out. In the margin is written 'partes hinc inde sunt concordate'.

[2] The words in brackets are added in the margin.

de Nethe[1] & Willelmus Osburne scriptor promittentes se sub pena X marcarum stare laudo & arbitrio magistri Lodwici Ihon & Reginaldi Stone in omnibus transgressionibus, querelis quacumque occasione inter eosdem exortis a principio mundi usque modo, ita quod dictum arbitrium ante festum inclusiue reliquiarum plenius decidatur; quod si non fiat utraque pars supradicta iuramento publico promisit in crastino coram domino cancellario eiusve commissario.[2]

June 28, 1467. XXVIII° die Iunii iniunximus Agneti Porter & Stephano Notyl sub pena VIS. VIII*d.* quod adinuicem amplius non habeant verba minatoria, scurilia uel obprobriosa publice; quorum VIS. & VIII*d.* dimidia pars Uniuersitati per[3] modum conuiccionis soluetur, altera vero medietas parti iniuriam sustinenti ab offendente parte.

June 29, 1467. Penultimo die Iunii coram nobis &c. venerandus vir magister T. Smythe sacre theologie professor[4] constituens magistrum I. Mawre eius legittimum procuratorem cum potestate substituendi, transigendi, appellandi, leuandi in causis quas mouere intendit versus I. Leche in artibus inceptorem, promittens se ratum & gratum habiturum quicquid prefatus procurator egerit sub ypotheca omnium bonorum suorum.

Eodem eciam die coram nobis I. Fyscher de Eneston constituit dominum Ricardum Brownfelde in suum leggitimum procuratorem in omnibus causis pro eo uel contra eum mouendis cum potestate substituendi, transigendi, pecunias leuandi & condicionibus curie.

Eodem eciam die concessimus magistro Willelmo Brew principali aule Laurencii licenciam atque potestatem reparandi unam magnam cameram aule predicte annexam, que communiter vocatur le dorter, quia procuratorem domini fundi invenire non potuit.

Item eodem die dedimus licenciam eidem magistro Willelmo nomine principalis aule communiter vocate Plummerhall ad exhibendum reparaciones circa principalem cameram illius aule & aliis si indigeatur, quia dominus sepius premonitus illud facere renuit.

T. Stephyn, annus Cristi 1467.

fol. 244^v = CCCV^v.

Coram nobis magistro T. Stephyn &c. Ihon Mardo constituit Humfridum Hawardyn procuratorem cum potestate substituendi & omnibus aliis condicionibus.

[1] Neath, a Cistercian abbey in Glamorganshire.

[2] *quod comparebunt* is understood.

[3] pro, MS.

[4] *comparuit* must be supplied.

June 26, 1467. XXVI die Iunii auctoritate nostra I. More, I. Morely, T. Gaskyn bidellus appreciati sunt de bonis cuiusdam capparii quondam in parochia beate virginis commorantis XIII caleptras unius secte & melioris scilicet murrey ad VIS. VIII*d.*, item XV caleptras alterius secte ad VIS.; item tres pessime secte ad XII*d.*; item an olde coverlette of whyte sett with rede lylyys VI*d.*; item tria candelabra ad VII*d.*; item unum lintheamen II*d.*; ista predicta tradita sunt in manus bursarii collegii regalis.[1]

July 1, 1467. Primo die Iulii coram nobis &c. Ricardus Amysden de Oxonia constituit se debitorem ac soluturum Waltero Pye clerico sexdecim solidos & VIII*d.* legalis monete XII° die mensis predicti proximo extunc sequenti, ac insuper constituit dictus Ricardus se soluturum prefato Waltero alios sexdecim solidos & octo denarios die octauo proximo extunc sequenti sub pena XL solidorum.

July 2, 1467. Secundo die Iulii coram nobis Oliuerus Urry constituit se soluturum magistro Ricardo Salt*er* creditori Roberti Gryme duos solidos [*blank*] die eiusdem mensis & quolibet die Sabbati post hoc VIII denarios usque ad completam solucionem XVS. & VIII*d.*; preterea in absentia predicti Ricardi VIII denarios prefatos soluet magistro Umfrido Hawardyn ut premittitur.

July 3, 1467. Tercio die Iulii Iohannes Love constituit magistrum Hawardyn in eius legittimum procuratorem cum potestate substituendi, agendi, defendendi, transigendi cum omnibus aliis condicionibus stilo huius curie requisitis.

Eodem eciam die Willelmus Wodelonde promisit se seruiturum Georgio Sadeler usque ad festum Natalis domini proximo sequens & idem Georgius prefatum Willelmum in sibi seruientem coram nobis admisit.

June 6, 1467. Item sexto die Iunii Hugo Tayler Lodwicum Ihon in suum legittimum procuratorem substituit cum potestate agendi &c.

Eodem die Galfridus Tayler Lodwicum Iohannem [*sic*] in eius procuratorem substituit cum potestate agendi, defendendi &c.

Die eodem Willelmus Purser Lodwicum Ihon in eius procuratorem substituit cum potestate agendi, defendendi &c.

June 10, 1467. Memorandum quod decimo die Iunii venerabilis in Cristo pater & dominus, dominus Lincolniensis episcopus in loco mansionis sue apud fratres predicatores in Oxonia, coram nobis commissario

[1] Probably he resided in one of the Oriel tenements in the parish of St. Mary's.

antedicto, dompno Roberto Ebchester sacre theologie baculario & dompno Willelmo Udale, monachis Dunelmensibus, in diocesi Lincolniensi ad predicandum liberam concessit licenciam.

June 8, 1467. Octauo die Iunii coram nobis pro tribunali agente Thomas Gurdeler confessus est se obligatum sub pena centum solidorum ad inducendum Iohannem Gurdeler coram officio nostro, seu alias ipse Thomas satisfaciet Galfrido Tayler, sicut Iohannes antedictus faceret si presens esset; qui Iohannes prefatum Galfridum grauiter vulnerauit.

July 11, 1467. XI die Iulii Willelmus Robyns coram nobis confessus est se obnoxium fore uxori Iohannis Mylene vyntener in octo marcis; ad quarum[1] solucionem ipsum condempnauimus sub pena iuris; item idem Willelmus se a prefata muliere confessus est recepisse craterem argenteum & alium ciphum vocatum a noote,[2] quos ad restituendum iniunximus sub pena carceris infra octo dies.

Item Iohannes Dauet conuictus [de][3] percussione daggarii post incarceracionem soluit X solidos; magister T. Dauet manucepit pro armis utriusque.[4]

Item frater eiusdem Iohannis de lacione armorum convictus post incarceracionem soluit IIIIS.

Item [*blank*] Rumpton convictus de extraccione cultelli ad percutiendum post incarceracionem soluit [*blank*].

June 16, 1467. Coram nobis magistro Thoma Chawndeler comparuit Iohannes Ketyll anno domini MCCCCLXVII^mo mensis Iunii XVI^mo die et constituit se soluturum magistro Iohanni Lonyer XXIIII die mensis Iulii instantis IIII libras ad comodum et usum Richardi Semour de London' fyschmonger, et primo die mensis Augusti proximo sequentis alias IIII libras ad usum et comodum eiusdem Richardi, et ad istas soluciones bene et fideliter faciendas iurauit coram nobis ad sacrosancta dei euangelia per eum corporaliter visa et tacta; insuper ad idem obseruandum obligauit se in XL solidis nomine pene supradicto magistro Iohanni Lonyer sine contradictione soluendis.

Iohn' Ketyll.[5]

Coram nobis magistro Thoma Chandeler sacre theologie professore & vicecancellario fideiussit Thomas Ienkyns scissor de Oxonia ad soluendum Iohanni Burton bacallario arcium XVS. &

[1] quorum, MS. [2] i. e. a nut. [3] Not in MS. [4] This clause is an addition. [5] This entry seems to be in the hand of John Ketyll, to judge from the signature.

vi*d.* infra quindecim dies presens scriptum proximo sequentes, recepta tamen aquietacione legitima, facta nomine patris dicti Iohannis Burton & eciam ipsius Iohannis, aceciam restitutis integre pignoribus dicto fideiussori secundum tenorem cuiusdam [carte][1] dicto domino commissario porrecte per dominum Guillelmum.[2]

fol. 245r = cccxr. Spring 1447– Spring 1448.

Ordinacio[3] Uniuersitatis de prouidendo debita media pro constructione nouarum scolarum complenda, edita in congregacione regencium et non regencium cum unanimi consensu omnium facultatum, existentibus cancellario Uniuersitatis magistro Gilberto Kymere doctore in medicina et procuratoribus magistris Iohanne Gigur et Waltero Bate.

Cum reuerendus in Cristo pater et dominus, dominus Iohannes, miseracione diuina sacrosancte Romane ecclesie tituli sancte Balbine presbiter cardinalis, nobilis et prepotens dominus Edmundus marchio Dosetie et alii electi et eximie circumspectionis viri simul cum eis, executores testamenti recolende semper memorie reverendissimi in Cristo patris et domini, domini Henrici nuper sacrosancte Romane ecclesie tituli sancti Eusebii presbiteri cardinalis, nuper nuncupati de Anglia, Wintoniensis episcopi, per bonam mediacionem preclari et honorabilis viri magistri Gilberti Kymere, alme Uniuersitatis matris nostre cancellarii, quingentas marcas eidem Uniuersitati pro scolis edificandis, de bonis dicti domini Henrici graciose contulerunt sub condicione quod certe persone digne et honorabiles dicte Uniuersitatis ad dictam pecuniarum summam prefatis executoribus restituendam ante eiusdem summe liberacionem obligentur, si huiusmodi scole ante finem quinque annorum proximo sequentium primum diem Marcii, anno regni regis Henrici sexti vicesimo sexto contingentem, complete non fuerint edificate, qualiter omnes pene valentes Uniuersitatis persone, quanquam ad hoc intimius rogate, obligari recusarunt, quia quam necessaria ac expediens premissarum scolarum edificio dicta summa existit, prefatus Gilbertus Kymer et magister Elias Holcote, aule sive collegii Mertonis Oxonie, attencius perpendentes, promisso Uniuersitatis de ipsos et eorum utrumque in ea parte saluando indemnes specialiter confidentes, ad dictam pecuniarum summam sub condicione premissa, ut prefertur, soluendam per suum scriptum obligatorium astrinxerunt, facta eis ad premissum usum integra prefate summe liberatione. Pro quo dicta Uniuersitas, senciens se eis plurimum teneri, nolensque eos, ut decet, propter suam gratitudinem sibi monstratam quomodolibet molestari, quinimo ut eis, ad ipsos suum iuxta promissum saluandos[1] indemnes, per sufficientis pecunie et aliorum mediorum ad completionem antedictarum scolarum necessariorum prouisionem ab instante regencium et non regencium congregatione sufficiens exhibeatur securitas, statuit et decreuit quod duodecem doctores et magistri, viri in edificando prouidi et circumspecti, deputentur per venerabilem congregationem regencium et non regencium, qui omnes aut eorum octo, nomine et auctoritate totius Uniuersitatis, congrua media tam pro constructione premisse scole, ut prefertur, consummanda, quam pro sufficienti securitate de dictas personas, ut prefertur, indemnes saluando, inueniendi et ordinandi plenam habeant potestatem, quorum ordinaciones in ea parte faciende vim et robur obtineant statutorum. Ad quos effectus celeriter expediendos videlicet tam ad inueniendum quam ordinandum congrua media pro fabrica dicte scole citra finem quinquennii predicti complenda, quam media congrua ad inueniendum et ordinandum pro sufficienti securitate ad saluandum, ut premittitur, dictas personas obligatas indemnes erga executores predictos, prefata congregacio regencium et non regencium deputauit hos duodecim doctores et magistros, cancellarium, duos procuratores, Gascoyng, Beauchamp, Sugur, Beek, Sampson, Evelyn, Billesdon, Cowper et Hert, eosdem et eorum quemlibet onerando quod in fide prestita Uniuersitati suam predictam potestatem bene et fideliter exercerent. Unde prefati doctores et magistri sic, ut prefertur, deputati et insimul congregati pro efficaci dicti statuti execucione, unanimi eorum consensu has subscriptas statuerunt ordinaciones.

Imprimis quia verisimile eis videbatur quod nonnulli prefatorum doctorum et magistrorum, ut premittitur, deputatorum, durante dictarum scolarum constructione, propter propria gerenda negocia multociens adeo erunt impediti, quod quociens necesse fuerit aut opus ad communicandum pro dictis mediis inveniendis et ordinandis, cum vocentur convenire et attendere non valebunt, ordinaverunt quod alii doctores et magistri loco prefatorum doctorum et magistrorum in edificando providi et experti ad suplendum vices eorum, cum illos contingerit impediri, ut premittitur, deputentur, qui equalem quoad execucionem prefati statuti ab Uniuersitate editi cum eis, quorum loco deputantur, necnon alios eorum vices ad gerendum in premissis subrogandi, habeant potestatem; et hoc tociens fiat de doctoribus et magistris subdeputandis vice aliorum quociens necessitas postulat et

[1] Not in MS.

[2] The entry has been crossed out. In the margin is written 'soluit coram nobis'.

[3] Fols. 245–250 deal with events between 1447 and 1460, but they seem to be in their original position.

[1] saluando, MS.

requirit. Super quo prememorati duodecim doctores et magistri, ad suplendum vices eorum absencium aut presencium vocatorum non comparencium deputarunt hos doctores et magistros, videlicet Wilnale, priorem Predicatorum, Chalk, Mason, Bulkley, Martyn, Temmys, Gygur, Lambarte, Bate, Wiltshyre, Witney et Leyly; obseruato semper quod quocienscumque aliquis predictorum ut prefertur deputatorum vel subdeputatorum ad monicionem cancellarii vel eius commissarii ad communicandum pro utilitate edificii dictarum scolarum vocetur, loco et tempore assignatis compareat, sua votum et consilium ibidem dicturus.

Item iidem dicti duodecim doctores et magistri, ut predicitur, congregati statuerunt & ordinauerunt quod duo magistri arcium in edificando prouidi et experti, fideles et diligentes, quorum unus australis et alter borealis, in superuisores dictarum scolarum deputentur, qui prudenter et discrete de omnibus et singulis materialibus necessariis ad earundem prouideant constructionem, et artifices ac laborarios plus sua estimacione expertos et utiles pro dictis scolis construendis leuiori precio quo poterint conducant; necnon eos in suis operibus frequenter et diligenter superuideant,
fol. 245v = cccxv. ut sua opera iuxta suas conuenciones debite compleant et perficiant, et quod de pecuniis ad premissa expedienda sibi administratis fideles faciant dispensacionem & compotum, nichil de huiusmodi pecuniis celando nec pluris quam de eis per ipsos iuste expenditur allocacionem petendo; et quod ad premissa, ut prefertur, integre et fideliter peragenda uterque ipsorum in dicti officii ingressu iuramentum prestet corporale; et quod ipsorum quilibet pro suo annali stipendio per annum, dummodo utrumque ipsorum per compotum suum clare constiterit suum debite executum esse officium, quatuor marcas habeat et recipiat; proviso semper, quod quocienscumque videatur octo magistris dictorum duodecim doctorum et magistrorum aut eorum deputatis vel subdeputatis seu subdeputandis expediens ut aliquis dictorum superuisorum a suo amouendus sit officio et alius suo loco subrogandus, auctoritate eorum amoueatur, et alius ad eius vices gerendas substituatur, hoc addito quod si videatur octo personis supradictis quod unica persona ad dictum officium exercendum absque socio sufficiat, tunc unica persona habilis et idonea sub condicionibus predictis ab ea obseruandis & iurandis ad dictum officium deputetur occupandum, eandem summam pro suo annali obsequio receptura sicut alter predictorum superuisorum sub condicionibus prelimitatis reciperet.

Unde dicti duodecim doctores et magistri auctoritate Uniuersitatis qua in hac parte fungebantur deputabant magistros Iohannem Evelyn et Willelmum Leyly, et tandem dicto Willelmo Leyly mortuo, vice eius magistrum Robertum Cowper in superuisores fabrice dictarum scolarum, prestito per eos iuramento de premissa ordinatione integre obseruanda.

Item dicti duodecim doctores et magistri statuerunt et ordinaverunt quod, quamvis dicta summa quingentarum marcarum dictis Gilberto Kymere & Elie Holcote per executores predictos ad intencionem premissam liberata, et seruanda et administranda sit supervisoribus predictarum scolarum, prout opus et necessarium fuerit, secundum quod voluntas dictorum executorum fuerat, tamen quecunque alia summa per Uniuersitatem via gracie, aut aliter, fabrice sepedictarum scolarum concessa aut alio modo ad eandem donata, tantum per custodes ciste quinque clavium recipiatur, et in ea sub tuta reponatur custodia; de qua, iuxta quod opus et necessarium fuerit, fiat dictis supervisoribus per dictos custodes sub scripto indentato inter eosdem de liberatis et receptis deliberacio; proviso semper quod nichil talium summarum taliter concessarum aut donatarum ad manus veniat procuratorum Uniuersitatis, sed quod illi contenti sint prout per iuramentum suum sunt astricti, solummodo ad summas specificatas recipiendas in statutis editis tempore magistri Ricardi Courtenay cancellarii[1] anno domini MCCCCXI^mo, mensis Marcii die XII^mo, et tempore magistri Thome Chace cancellarii[2] anno domini MCCCCXXVI^mo, mensis Ianuarii die XXI^mo, sub pena duplandi recepti in statutis premissis posita; ita quod toto tempore quo dicte scole in construendo fuerint, quatuor magistri in artibus predictorum octo magistrorum in custodes ciste quinque clavium eligantur, qui cum cancellario, qui pro tempore fuerit, custodiam eiusdem ciste habeant, compotum per eos receptorum secundum exigenciam statuti dicte ciste annuatim reddituri.

Item ordinatum est per dictos duodecim doctores et magistros quod custodes ciste quinque clauium, qui pro tempore constructionis dictarum scolarum fuerint, non deliberent de dicta cista prefatis earundem scolarum supervisoribus, nec cuiquam eorum, aliquam pecunie summam, nisi prius deliberetur per octo magistros dictorum duodecim esse pro dicta fabrica necessario faciendum, et hoc sub indentura per quam poterint in suo compoto exonerari de summa taliter liberata.

Item per eosdem duodecim doctores et magistros videntes potissimum medium perficiendi fabricam dictarum scolarum esse pecuniam que per Uniuersitatem saltem a seipsa ad hoc sufficiens sine graciis haberi non poterit, ordinaverunt et statuerunt quod

[1] *Munim. Acad.* i. 259. [2] Ib., i. 281.

gracie alique racionabiles pro bonis et honestis personis, per quas alique pecunie possent provenire ad fabricam dictarum scolarum in congregacione regencium vicissim peti debent et concedi, quousque summa pecunie ad completionem prefatarum scolarum sufficiens habeatur; ubi si impetrari nequeant, in congregatione magna per cancellarium et procuratores fienda huiusmodi gracie expediantur, ita quod toto tempore predicto instante ad hoc quod huiusmodi gracie in congregatione magna tractentur sufficiat quod prius articulus graciosus una et tales gracie in congregatione artistarum per unum procuratorem proponantur in magna congregacione tractandi, absque aliqua deliberatione inde inter eos durante dicto tempore quoquo modo habenda.[1]

fol. 246r = cccxir. Item dicti duodecim doctores et magistri ordinauerunt quod mittantur littere ab Uniuersitate ad regiam celsitudinem pro meremio et aliis materialibus ad constructionem predictam necessariis obtinendis, necnon quod alie littere dominis ecclesiasticis tam secularibus quam religiosis, necnon aliis quibuscumque potentibus presertim illis, qui sunt graduati aut filii Uniuersitatis, dirigantur ad certas pecuniarum summas ad dictum opus secundum sui beneplacitum erogandas.

Item iidem duodecim doctores et magistri ordinauerunt quod a sanctissimo patre et domino, domino summo pontifice, archiepiscopis et episcopis per Uniuersitatem certe impetrarentur indulgencie omnibus pecuniam aut aliquod aliud bonum fabrice dictarum scolarum conferentibus.

Item predicti duodecim doctores et magistri statuerunt quod Uniuersitas in magna congregacione ordinet quod quilibet qui doctoralem vel magistralem apicem in hac Uniuersitate adepti sunt et extra Uniuersitatem moram faciunt singulis annis quibus morantur extra Uniuersitatem octo denarios Uniuersitati solvere teneantur; qui vero gradum bacallariatus in aliqua facultate sumpserunt in eadem et consimiliter extra Uniuersitatem moram trahunt, pro annis singulis quibus ab Uniuersitate taliter se absentant, Uniuersitati quatuor denarios soluere astringantur.

Item iidem duodecim doctores et magistri ordinauerunt quod fiat instantia per venerabiles personas Uniuersitatis aut per ipsam Uniuersitatem executoribus testamentorum diuitum et ministratoribus bonorum potentium personarum defunctarum, aut viue[2] vocis oraculo aut per litteras, ad bona in disposicione eorum relicta largienda fabrice dictarum scolarum, quociens octo magistris dictorum duodecim aut eorum deputatis vel subdeputatis videbitur expedire.

[1] This sentence is evidently corrupt. [2] vice, MS.

Item iidem duodecim doctores et magistri statuerunt quod omnes et singulas penas pecuniarias contentas in statutis aut registro Cancellarii commissas et debitas Uniuersitati per actionem procuratorum eiusdem iudicialiter pro commissis coram cancellario probatis,[1] idem cancellarius leuet aut leuari faciat cum effectu, que in usum fabrice nouarum scolarum conuertantur.

Item cum alias erat oblatum per viros religiosos possessionatos de dando Uniuersitati centum libras ad fabricam nouarum scolarum dummodo dicta Uniuersitas formam quam possint[2] complere sine gracia pro gradu bacallariatus in iure canonico sumendo, necnon quod octo anni in philosophia et sex anni in theologia possint eis sufficere ad effectum quod possint admitti ad lecturam libri sentenciarum statueret et ordinaret, prefati duodecim doctores et magistri statuerunt quod primitus facta securitate sufficiente per dictos religiosos de premissa summa Uniuersitati fideliter soluenda, Uniuersitas ordinet formam quam possent complere pro dicto gradu recipiendo sine gracia et quod anni prefati sufficiant eis pro admissione ad lecturam libri Sentenciarum.

Item cum alias oblatum esset ex parte dictorum religiosorum Uniuersitati quod si Uniuersitas per ordinacionem dignaretur regenciam in artibus de forma licenciandi ad incipiendum in theologia auferre et delere tunc quilibet eorum de cetero licenciandus ad incipiendum in eadem tempore licenciationis sue quattuor marcas solueret Uniuersitati, quemadmodum religiosi non possessionati obtulerunt pro consimili ordinatione per Uniuersitatem edenda quadraginta solidos per ipsorum quemlibet ut prefertur in facultate predicta licenciandum tempore sue licenciacionis fideliter persoluendos, prefati duodecim doctores et magistri ordinauerunt quod Uniuersitas pro suo proprio commodo predesideratam faciat ordinationem.

Mem.[3] quod XXVII° die Ianuarii anno domini MCCCCLXVI^to ego magister Ioannes Veysy tradidi magistro Thome Steuyns pro tunc commissario de bonis Willelmi Robyns unam celaturam lineam absque tester cum duabus curtinis et tria paria lintheaminum cum uno panno veteri in quo cetera inuoluuntur, et recepi a predicto magistro Thoma pro predictis Xs. fol. 246v cccxiv. Jan. 27, 1466/7.

Quod[4] qui miseratur inopi, miserebitur & ei deus tempore con-

[1] probatas, MS.
[2] possit, MS.
[3] The top half of the page is blank. This entry is in the hand which has written some of the lists of halls and some of the proctors' accounts, John Veysy notary of the University.
[4] This sentence is the end of a letter of recommendation; see fol. 247r.

gruo & accepto; dat' Oxonie sub sigillo cancellariatus Uniuersitatis predicte anno domini MCCCCLXXVI^to octauo die Maii, solum uno anno duratur'.

In manus tuas domine commendo spiritum.

Dauid Lloyd habetur suspectus de lacione arcus in dominica reliquiarum; ideo inquiratur.[1]

Haroldus habetur suspectus de [*illegible*]; ideo inquiratur.[2]

Iohannes Penhal famulus Thome Tayler evocauit ab aula Edwardi scolares dicens 'Exite quia unus sociorum vestrorum occiditur in platea.'[3]

fol. 247^r = cccxii^r. May 26, 1457. Mem. quod XXVI° die Maii anno domini MCCCCLVII° cancellarius, procuratores una cum doctore Beke, magistro Iohanne Martyn, magistro Temmes, magistro Henrico Sampson, magistro Waltero Bate per potestatem sibi cum aliis traditam ad prouidendum pro expedicione edificii nouarum scolarum anno domini MCCCC [*sic*] deputarunt hos doctores & magistros ad suplendum eorum vices ipsis absentibus doctorem Bonefant, doctorem Sawnders, doctorem Mylwyn, magistrum Herloo, magistrum Ketell, magistrum Yonge, magistrum Martynum Ioyner, magistrum Abdy, magistrum Andream Mawnselle, magistrum Seymour, magistrum Collys, magistrum Moncaster.

July 5, 1460. Uniuersis sancte matris ecclesie filiis ad quos presentes littere peruenerint Thomas Chaundelere sacre theologie professor ac alme Uniuersitatis Oxonie cancellarius salutem in omnium saluatore. Nouerit uniuersitas vestra quod nos N. dicte Uniuersitatis scolarem pacificum & honestum laudabiliterque studentem vestris reuerenciis pleno pro suis meritis recommendamus affectu, rogantes attente quatinus cum per loca vestra, terras, castra, villas, fortalicia, dominia, iurisdicciones & passagia ipsum transire contigerit absque impedimento, molesto, aresto seu grauamine cum rebus & bonis suis pertransire aut in ipsis pro expedicionibus suis moram facere libere permittatis. Et si quid ei in persona, rebus aut bonis iniuriari contigerit id reformare dignemini, contemplacione predicte Uniuersitatis illum ut deceat pertractantes; insuper ipsum N. caritatiuis vestris auxiliariis fauoribus cum urgeat necessitas

[1] A line is drawn through this entry and in the margin is written 'purgatus est'.

[2] A line is drawn through this entry and in the margin is written 'convictus est'. Also in a smaller hand 'Dedi magistro Apelby XII*d*. nichil debens; uniuersitas debet XII*d*.' William Appelby was proctor in 1466. *Uniuersitas* is written *unitas*. Perhaps he means 'Uniuersitas debet recipere XII*d*.'

[3] In the margin is 'fugit'.

recommendatum acceptare & caritatis intuitu supportare, pie considerantes quod qui miseretur inopi miserebitur & ei deus tempore congruo & accepto; dat' Oxonie sub sigillo officii cancellariatus predicte Uniuersitatis quinto die mensis Iulii anno domini MCCCC sexagesimo.[1]

XVI° die mensis Decembris anno domini MCCCCLXV° coram nobis magistro Iohanne Caldebeke commissario generali comparuit magister Thomas Matyn & exhibuit caucionem pro aula Henxina, quam admisimus saluo iure cuiuscumque. Dec. 16, 1465.

Nomina predicancium in quadragesima aput ecclesiam sancti Petri in oriente anno domini MCCCCLI fol. 247^v = cccxii^v. 1451.

Dominica prima magister Iohannes Thamyse.
Item secunda monachus albus.
Dominica tercia [magister Thomas Bonyfaunt de collegio Regine][2] magister Rogerus Dyer.
Dominica quarta [magister Ricardus Ouenden de collegio Ballioli][2] magister Bonyfant.
Dominica quinta magister Ricardus Thringe.

Anno domini 1461. 1461.

In capite ieiunii doctor Mulcaster.
Dominica prima quadragesime magister Martinus Ioynour.
Dominica secunda magister Henricus Popy.
Dominica tercia monachus.
Dominica quarta magister [Henricus Popy, Symon Fosdike,][3] Calbekke.
Dominica in passione magister Ricardus Marchall.
Dominica Palmarum magister Thomas Smyth.
Dominica Pasche.

Nomina predicancium hoc anno[4] apud ecclesiam sancti Petri hoc anno &c. sunt hec videlicet.

[1] This formula has been altered in another hand, and made applicable to a number of scolars; *studentem* altered to *conuersantes*; *pleno* to *pio*; *fortalicia*, *dominia* to *domicilia*; *molesto aresto* to *molestia*; and subsequently the sentence runs 'iniuriari contigerit id reformare, insuper & ipsos caritativis vestris auxiliariis fauoribus cum urgeat necessitas, contemplacione dicte Uniuersitatis illos ut decet pertractantes, recommendatos acceptare & caritatis intuitu supportare dignemini recte considerantes quod qui &c'.

[2] The words in brackets are crossed out.

[3] Crossed through. This list is inserted in a blank space at the side of the page.

[4] The year is not stated. As it is in the same hand as the next list, it

Dominica prima vicarius sancte Marie Magdalene.
Dominica secunda magister Iohannes Borugh' de aula siue collegio Ballioli.
Dominica tercia magister W. Screvener de vicaria[1] sancte Marie Magdalene.
Dominica quarta magister Rogerus Dyer.
Dominica quinta monachus &c.
Dominica in Ramispalmarum magister Ricardus Trynge.
In dominica resurreccionis dominice scilicet die Pasche magister I. Themyse.

1452. Nomina predicancium apud ecclesiam sancti Petri in oriente anno domini MCCCCLII.
Dominica prima magister Egyescum.
Dominica secunda magister Lambert de collegio Ballioli.
Dominica tercia magister Bonefaunte.
Dominica quarta quidam de collegio Mertonis.
Dominica in passione magister [Iohannes Themysse][2] Gygure de collegio Mertonis.
Dominica in Ramispalmarum.
In dominica Pascali verbum dei seminabit prior studencium.

fol. 248r = cccxiiir. 1458. Stephanus Potherer manucepit de iudicio cisti & iudicato soluendo pro Willelmo Thaccom' ut respondeat magistro Edwardo Qwyford in materia cessionis sub pena XLs.

Item predictus magister Edwardus Qwyford manucepit de iudicio cisti & iudicato soluendo pro Iohanne Hug' in materia transgressionis & debiti sub pena XLs. Willelmo Thaccom'.

Willelmus Pawylle inuenit fideiussores ad respondendum Ricardo Barbor de parochia sancti Aldati Iohannem Clarke fysher sub pena decem librarum.

Mem. quod magister Iohannes Danueres XXIIIo die mensis Octobris anno supradicto[3] exposuit caucionem pro scolis iuris canonici.[4]

Copia testamenti.

Thomas Chaundeler sacre theologie professor alme Uniuersitatis Oxonie cancellarius salutem in autore salutis. Ad administrandum

may be of 1453. It appears to have been inserted in a blank space that was left.

[1] He was not vicar of St. Mary Magdalen's, but resided in the vicarage which at this time was inhabited like a hall; see Mar. 1, 1469.

[2] Crossed through.

[3] No year is mentioned. To judge from the handwriting the entries might be of 1460.

[4] Canonicis, MS. This occurs on p. 5.

omnia & singula bona que N. N. tempore mortis sue habuit & possedit infra Uniuersitatem predictam, quorum administracio ad cancellarium Oxonie de consuetudine laudabili hactenus usitata legittimeque prescripta dinoscitur notorie pertinere, ac res & bona que seruando seruari non possunt, immo alia quecumque distrahendi, vendendi & precium pro eisdem recipiendi, immo creditoribus quibuscumque ipsius defuncti secundum quantitatem earundem facta defalcacione cuilibet creditori propter ipsorum bonorum insufficienciam, si opus fuerit, satisfaciendi & soluendi vobis magistris N. N. clericis predicte Uniuersitatis Oxonie coram nobis personaliter comparentibus in forma iuris iuratis tenore presencium nostram committimus potestatem. In cuius rei testimonium sigillum officii nostri presentibus est affixum; dat' .

Copia suspencionis.

Auctoritate domini cancellarii mandamus vobis quatinus denuncietis N. N. suspensam ab ingressu ecclesie propter eius contumaciam in non comparendo coram nostro in hac parte legittime deputato; insuper citetis eandem N. quod compareat coram nobis aut dicto rite & legittime [in hac][1] parte deputato die Lune proximo sequente hora prima in collegio beate Marie in Wynton' in Oxonia [aut hospicio de Nevelle],[2] responsuram certis articulis ei ex officio nostro ministrandis sub pena excommunicacionis & bannicionis.

Uniuersis sancte matris ecclesie filiis ad quos presens scriptum peruenerit Thomas Chaundelere sacre theologie professor alme Uniuersitatis Oxonie cancellarius salutem & fidem indubiam presentibus adhibere. Quia vite & conuersacionis honeste litterarumque sciencie odorem suauissimum in hac alma Uniuersitate sitate [*sic*] Oxonie studencium ad Cristi fidelium noticiam ardenter cupimus ut debemus sub testimonio peruenire laudabili, uniuersitati vestre notum facimus per presentes vitam ac incontaminatam religionem dilecti nobis [Iohannis][3] canonici ordinis Premonstratensis suis id exigentibus meritis iuris canonici baccularii inter nos bene et laudabiliter continuasse conuersacionemque eius laudabilem sic undique moribus redimitam ut dignorum testimonio laudabili debeat commendari. Ne igitur calumpniancium inuidia aut hora insidiantium maliciose captata **May 30.**

[1] Not in MS.

[2] These words have been crossed out.

[3] The name has been crossed out. The surname is very indistinct; perhaps it is 'Combre'. A John Comber supplicated for B. C. L. in 1458: he might have taken B. Can. L. earlier.

status eius aut gradus alicui poterit in dubium annotari eidem N. super honesto statu suo & gradu laudabili, ut omnibus plenius innotescant, has litteras testimoniales fieri fecimus patentes sigillo officii nostri cancellariatus Oxonie, penultimo die Maii anno domini millesimo quadragintesimo [*sic*] quinquagesimo.[1]

fol. 248v =cccxiiiv. 1445. Notandum[2] est quod cancellarius Oxonie habet per priuilegia regum Anglie concessa sibi et in eius absencia commissario suo generali omnia amerciamenta panis, vini et seruicie et forisfacturam eorundem et ex totali ista summa soluit in anno integro centum solidos sacerdoti Uniuersitatis studii Oxoniensis per manus procuratoris senioris. Item soluit de predicta summa nobile priori sancte Frideswide pro tempore nundinarum pro exempcione ipsorum qui sunt de priuilegiis Uniuersitatis a curia prioris in tempore nundinarum post festum sancti Luce usque ad octauam diem. Item soluit VIs. VIIId. impositoribus uel assisoribus assise ceruisie pro ipsis et bedellis, et bedellus recipit illos VIs. VIIId. distribuendos predictis.[3]

1445. Anno domini 1445° in termino sancti Michaelis Iohannes Dollyng et Iohannes Mure sunt assisores nominati per cancellarium Oxonie magistrum Thomam Gascoigne sacre pagine doctorem, qui iurauerunt coram cancellario quod fideliter secundum eorum conscienciam quemlibet seruientem scolaris et scolarium parochie sancte Marie virginis taxarent secundum formam priuilegii Uniuersitatis pro dimidio quintadecime vel taxe domino regi concesse; et notandum quod ipsi assisores tenentur facere duas distinctas cedulas, in quibus singulis scribere tenentur assisores nomina collectorum taxe et summam quam quilibet seruiens scolarium in porcione duorum collectorum soluet, et assisores tradent unam cedulam talem cancellario et alteram cedulam collectoribus, ut cancellarius videre poterit quod collectores faciant iuste secundum cedulam cancellario traditam ab ipsis assisoribus, et cancellarius potest quemlibet talem seruientem scolarium taxare de nouo secundum rectam suam conscienciam in casu quod assisores maiorem[4] summam uel minorem quam fieri deberet alicui iniuste imposuerunt.[5]

Iohannes Telme & Petrus Barbur sunt assisores seruientum

[1] Chaundeler was not chancellor until July 6, 1457, and resigned May 15, 1461.

[2] This page is in Gascoigne's hand.

[3] After this entry occurs 'Iohannes Morley Xs. Vd. to ye Universite', scribbled in another hand. The rest of the page is in the hand of Gascoigne and no doubt is of the year 1445.

[4] minorem, MS.

[5] imposuit, MS.

scolaribus in parochis ecclesie sancti Petri in oriente et in parochia Halywel et in parochia sancti Clementis et iurauerunt cancellario de fideliter faciendo suum officium in imponendo summam taxe cuilibet seruienti scolarium in sua porcione.

fol. 249r. =cccxivr. Ap. 17, 1450/2.[1] Decimo septimo die Aprilis Iohannes More & Iohannes Fysshere deliberauerunt Iohanni Beeke sacre theologie professore commissario generali venerabilis viri magistri Gilberti Kymer cancellarii Uniuersitatis Oxonie VIIs. VId.
Item *respondent* de Karolo Wake aurifabro XXd.
Item *respondent* de Iohanne More & Iohanne Fychere XXIId.

Inde solu*tum* Iohanni Asshebury balliuo eodem die recepcionis IIIs.
Item eodem die Iohanni Asshebury & Iohanni Clyffe balliuis IIIIs. VId.
Item solu*tum* Elizabet Carpenter uxori Rogeri Carpenter IIIIs.
Item solu*tum* eidem Elizabet XII die Februarii IIIs. IIIId.

Cornelius Barbur de parochia sancti Aldati & Iacobus Spenser de parochiis Aldati, sancti Michaelis & Edwardi[2] deliberauerunt magistro Iohanni Beek commissario &c. in crastino sancti Andree IIIs. Vd.[3]

Mem. quod Iohannes Wymond, Thomas Tanner & Iohannes Dalton sunt fideiussores pro Iohanne Sowdon ad sistendum eum iudicio coram cancellario ad respondendum magistro Ricardo Granger IX° die Februarii proximo sequente sub pena quindecim librarum.

Eodem die Iohannes West comparuit coram nobis & fatebatur se esse debitorem abbati de Osseney in quinque marcis & habet diem ad soluendum in festo Purificacionis proximo futuro sub pena incarceracionis.[4]

Dec. 22. Iohannes Raynold suspensus vicesimo secundo die mensis Decembris; Iohannes Aston suspensus eodem die & suspendimus in hiis scriptis.

Magister Lodowicus Apoweyn & dominus Iohannes ApRice in

[1] Beke was commissary for Kymer in the years 1450–2. Asshebury and Cliff were bailiffs Mich. 1450 to Mich. 1451.

[2] These three parishes met at a point near the middle of Ch. Ch. front quadrangle, but it is not known that one tenement extended into the three parishes; it would certainly be unusual, and in any case a man in the Middle Ages could only belong to one parish. The word 'de parochiis . . . Edwardi' are added above the line.

[3] The whole entry has been crossed through.

[4] These two entries have been crossed through.

quadraginta libris Iohanni Bycum, rectori de Hatford, de pace seruanda erga eundem pro Iohanne ApRice &c.

fol. 249v = cccxivv.

∴ I.H.S. ∴ MARIA ∴ anno domini 1444°.

Memorandum[1] quod omnis forisfactura, correctio et amerciamenta panis, vini et ceruisie pertinent in solo et in solidum domino cancellario Oxonie vel in eius absencia commissario eius generali ex priuilegiis omnibus in materia illa concessis per diuersos reges scilicet Edwardum, Henricum, Ricardum, Henricum IIIItum et VItum, exceptis centum solidis quos de integra assisa ceruisie per totum annum cancellarius soluere tenetur pro annua pensione sacerdoti Uniuersitatis, et sacerdos ultra illos centum solidos recipiet VIs. et VIIId. de procuratoribus de bonis Uniuersitatis. Item ferrarii[2] siue taxatores assise habent a cancellario pro eorum prandio XLd. in termino post Pasca et XLd. in termino post festum Michaelis ante Natuitatem domini [et prior sancte Frideswide habebit nobile post *blank*][3]; et notandum quod bedellus superior facultatis sacre theologie quolibet anno habebit cedulam continentem summam colligendam per quemlibet inferiorem bedellum, secundum quam cedulam quilibet inferior bedellus soluet summam in illo rotulo contentam cancellario, et quilibet inferior bedellus habebit rotulam [*sic*] corespondentem summe taxate in rotulo suppremi bedelli facultatis sacre theologie.

[Item de predicta summa assise seruisie tocius anni solebat[4] soluere VIs. VIIId. priori sancte Frideswide post festum Michaelis pro tempore nundinarum][5]; et tamen Uniuersitas solueret illud nobile.

May 18, 1446. Forma precepti dandi balliuis per cancellarium pro assisa panis. Preceptum est balliuis ville Oxonie quod venire faciant coram domino cancellario siue eius commissario aput Gyhaldam ville predicte XVIII liberos et legales homines de villa antedicta et suburbiis eiusdem ad faciendum et inquirendum ea que eis ibidem ex parte domini regis iniungentur, et quod iidem balliui habeant nomina predictorum decem et octo liberorum hominum coram nobis apud Gyhaldam predictam hac instante die Lune proximo futura post datam presencium cum hoc precepto, dato XVIII° die Maii anno regni regis Henrici sexti post conquestum XXIIII°.

[1] This page is in Gascoigne's hand.
[2] The word usually means a 'shoeing smith'; but *ferrum* sometimes was used of a *pair of scales*, and ferrarius may have been a term, peculiar to Oxford, for those who weighed the loaves.
[3] These words were added in the margin and then crossed out.
[4] i. e. the chancellor.
[5] These words have been crossed out.

Et sigilletur super preceptum dimidium sigilli officii cancellariatus.[1]

Beatrix Notyl purgat se; Katerina La*ngam*, Alison Notyl, Agnes Stephyn, Alicia Bayly pars opposita.[2]

Nota quod assisa panis albi communis esset secundum precium medii grani.

Frumentum optimum v*d.* *ob.*[3]; melius v*d.*; bonum IIII*d.*; ordeum IIII*d.*; auena III*d.* *ob.*

Summa Iohannis Herres pro dimidio assise ceruisie collecte in yeme 34*s.*, de qua recepi in vigilia sancte Lucie 24*s.*; item dedit michi de integra summa predicta IX*s.* IIII*d.* et allocaui sibi VIII*d.* pro tribus viris qui iurauerunt nullam seruiciam in domo sua fuisse venditam, et sic soluit totum.

fol. 250r = cccxvir. c. 1445. Margareta[4] Gregori conuicta eo quod in domo sua recipit arma &c. in parochia Aldate vel parochia sancti Petri.[5]

Rectoris de Souncome[6] bona arestata in domo Iohannis Keyll' brasiatoris ad instansiam prensipalis aule iuxta[7] aulam Bouinam in placito debiti IIII solidorum &c.

Nos canselarius *Uniuersitatis* &c. Egedium Iuner citatum, preconisatum legitime, expectatum, nullo modo comparentem pronunciamus contumacem & in penam contumasie pronunciamus suspensum ab ingressu ecclesie.

Willelmus Bronfeld, Henricus mancipium alias Litilton de aula Taclayyis hyn.

Ricardus Rauale conqueritur de Iohanne seruiente monichi [*sic*] de colegio Glowcestrie vocati Amotissam'[8] de insulto facto predicto Ricardo, percuciente in porta boriali, & est predictus Ricardus seruiens Willelmi Lodyngton sutor &c.

Auctoritate domini cancellarii monemus secundo & tercio ac peremptorie citamus omnes & singulos qui ad hostium magne

[1] An early instance of the phrase "half seal of the Chancellor" often used by Wood.
[2] This is the only entry on this page which is not in the hand of Gascoigne.
[3] Altered to 'bonum IIII*d.* *ob.*'
[4] This is an odd leaf and of parchment. The first five entries are in the hand of Gascoigne.
[5] The parish of St. Aldate does not reach the parishes of St. Peter le Bailey or St. Peter in the East.
[6] Probably Swincombe, Oxon.
[7] Althestan Hall was on the west of Beef Hall and St. Michael Hall on the east.
[8] John of Amundesham, or Amersham, who wrote about 1440–50 an account of the doings of John Whethamstede, abbot of St. Alban's, is said by Bale to have been Prior of Glowcester college at Oxford (*Iohannis Amundesham Annales*, vol. ii, p. ix. Rolls Series).

aule Nigre verberauerunt ac valuam fregerunt in nocte diei Martis ultimo preterito ac omnes illos qui eis auxilium, consilium seu fauorem prebuerunt, quod veniant & quilibet eorum veniat ad dominum cancellarium siue eius commissarium penam condignam subeundo pro delicto commisso infra octo dies a prima monicione sub pena excommunicacionis in omnes contrauenientes non immerito fulminande.

Egidius Lumbard de aula Bouina est conuictus de percussione humerali.[1]

Skernys cum socio suo de eadem aula est conuictus de extraccione armorum.

Feb. 18. Magister Thomas Bemysle exposuit caucionem nomine suo proprio, inuenit fideiussores pro aula Hamptone viz. Hugonem Challey & Iohannem Ieffrey coram nobis magistro T. Saundres &c.; dat' XVIII° die Februarii anno domini supradicto.[2]

fol. 250v = cccxvi v. 1452/3. Cancellarius[3] Oxonie cuilibet deponenti secrete pro incepturo in aliqua facultate et pro presentato ad lecturam libri Sententiarum tenetur hec verba dicere deposituro uel iuraturo coram eo et procuratoribus ita occulte ut nullus audiat nisi cancellarius et procuratores et doctor vel magister depositurus vel iuraturus per fidem prestitam Uniuersitati:—Doctor (vel magister), fide prestita Uniuersitati vos dicetis an scitis vel creditis istum presentatum esse habilem in moribus et sciencia ad gradum ad quem presentatur, annon.

Si autem presentatus fuerit ad incipiendum in sacra theologia tunc dicet cancellarius cuilibet doctori in theologia deponenti:—Doctor, fide prestita Uniuersitati dicetis an scitis istum presentatum esse habilem moribus et sciencia ad gradum ad quem presentatur, annon.

Ex statuto enim et ex consuetudine Uniuersitatis nullus potest admitti ad incipiendum in sacra theologia nisi omnes doctores in theologia in presentacione presentes iurent de scire, et si unus sic non deponat, pro anno est reiectus a noua presentacione qui illa die presentatur.

Magister Thomas Reynold exposuit &c. pro aula Laurencii supra muros.

Treganson exposuit &c. pro aula Ceruina.

[1] This entry has been crossed out, and the last word is very uncertain.
[2] See vol. I, p. 314.
[3] This page is in the hand of Gascoigne.

Willelmus Bakster petit securitatem de pace seruanda de Agnete Ryys prestito primitus corporali sacramento secundum formam iuris.[1]

Forma banniendi.

Nos cancellarius Oxonie N. N. contumacem et nostris preceptis licitis et debitis rebellem bannimus in hiis scriptis ab hac Uniuersitate Oxonie et a locis vicinis infra procinctum eiusdem, monentes primo secundo et tercio peremptorie quod nemo predictum N. N. infra istam Uniuersitatem aut procinctum eiusdem scienter recipiat foueat aut defendat per diem aliquam aut noctem sub pena incarceracionis et sub pena excommunicacionis maioris in omnes contrauenientes merito fulminande.

Rex Henricus sextus dedit priuilegium cancellario Oxonie cuicumque et eius commissario generali ad banniendum rebelles officio cancellarii extra Oxoniam ita ut non maneant per diem infra XII millearia undique ville Oxonie adiacencia.

Dauid Smyth, T. Jekyn, Geffr' Ihon fideiusserunt sub pena 40 librarum ad magistrum I. Morton quinto Octobris ad cancellarium, eius commissarium uel Tayler.[2]

T. Stephyn. Annus Cristi 1467.

fol. 251r = cccxvii r, Sept. 15, 1467. 15 die Septembris coram nobis magistro Thoma Stephyn sacre theologie professore reuerendissimi in Cristo patris & domini, domini Georgii permissione diuina Eboracensis archiepiscopi ac alme Uniuersitatis Oxonie cancellarii & in eadem Uniuersitate commissario generali & altero procuratorum Margareta More pure, sponte & absolute cessit magistro I. Crosse IIIIs. [et][3] unam togam, a jaket, leuandos a [*blank*], ad commodum [et][3] utilitatem antedicti magistri Iohannis conuertendos.

Sept. 16, 1467. XVI° die mensis Septembris coram nobis commissario antedicto magister Iohannes Vowelle in legibus bacularius & ibidem de & super certis articulis perturbacionem pacis dicte Uniuersitatis concernentibus & presertim euasionem quorundam Willelmi Vowel fratris eiusdem Iohannis ac Thome Hallyng de carcere Bocardo vulgariter nuncupato nuper factam atque exitum dicti Willelmi ab ecclesia sancti Petri in Balliolo tangentibus examinatus & ob

[1] This and the two previous entries are not in Gascoigne's hand.
[2] Not in Gascoigne's hand; the last word is very doubtful.
[3] Not in MS.

hoc tanquam suspectus, ad nostrum tamen mandatum in castello Oxonie duobus diebus incarceratus, nobis nostrisque mandatis ac predicte Uniuersitatis statutis [et] consuetudinibus iuxta sui exigenciam iuramenti in omnibus obtemperauit & humiliter obediuit; unde nos commissarius antedictus prefatum magistrum Wowel [*sic*] de & super premissis singulis & eorum quolibet ab impeticione nostri officii antedicti de cetero quietum fore decernimus per presentes. Ac tum nostro decreto a nostri iudicii instantia dimissus & prorsus absolutus recessit.

Oct. 8, 1467. Octauo die Octobris dominus I. Dauid exposuit caucionem coram nobis pro aula communiter vocata Gerog' [*sic*] Hall quam admisimus saluo iure cuiuscumque, inuenitque fideiussores Iohannem Ienyn & Iohannem Potter.

Mem. quod Iohannes Borow cocus Burnell Yn petit a Iohanne Owyn xx*s.*; ideo mandamus eum incarceratum custodiri.

Item Iohannes Wytheeg, facta fide que requiritur, petit a predicta Owyn fideiussores pacis; quare &c.

Oct. 10, 1467. Mem. quod I. Well' de Garsyndon comparuit coram nobis in crastino sancti Dionysii vocatus ad instanciam Iohannis Laver*ans*; quo non agente contra Iohannem Well' predictum, ipse penitus a curia dimissus est.

Eodem die I. Ascot scolaris iurauit coram nobis se conduxisse pro seruiente sibi Iohannem Bone pro vi*s.* viii*d.*; qui[1] eciam Iohannes Bone iurauit &c. quod priuilegia & libertates Uniuersitatis quoad posse seruabit; eciam quod hoc non fecit animo aliquem defraudandi.

Oct. 10, 1467. x^mo^ die Octobris dominus Iohannes Fayr*en*ter coram nobis conduxit in seruientem Iohannem Bye de Abyndon usitato salario & ex statutis ordinato, & idem Iohannes iurauit se seruaturum priuilegia Uniuersitatis ipsum concernencia.

Oct. 15, 1467. 15 die Octobris comparuit coram nobis dominus Georgius Mychegode scolaris, qui tunc fide prestita promisit quod restitueret seu restitui faceret omnes libros unquam receptos per eum a magistro Waltero Paytewyn rectorem ecclesie sancte Elene[2] Wigorniensis diocesis, quos libros dictus Georgius habuit tempore istius promissionis seu postea habere quouismodo posset, & unam togam de scarleto & omnia alia bona de iure debita eidem magistro

[1] quod, MS.

[2] No doubt St. Helen's in the town of Worcester.

Waltero tunc obseruata per dictum Georgium uel quemlibet alterum nomine suo; ita quod librorum uel aliorum bonorum predictorum restitucio fideliter fieret predicta.

Eodem eciam die Willelmus Spenser de parochia sancti Michaelis in parte boriali de percussione cum pugno conuictus post incarceracionem soluit iiii*s.*

Ista bona que sequuntur sunt bona magistri Thome Bemysle nostra auctoritate apppreciata per Iohannem More stacionarium & Thomam Gaskyn bidellum, Stephanum Hauyl & Willelmum Hulet.

In primis ii bolstars		iiii*d.*
Item iii couerlets, price a pece		iii*d.*
Item a couerlet, whyte & ȝalow		xx*d.*
Item a payr' blankets		viii*d.*
Item a payr' schets		vi*d.*
Item a matress		xii*d.*
Item iiii pylowys		x*d.*
Item ii brass pannys, prec' lib. ii*d.*	ponderancia xxvi lib.; summa iiii*s.*	iiii*d.*
Item a brass possenet & a lytel pan, prec' lib. ii*d.*		
Item a dressyng knyfe		iiii*d.*
Item ii spyts, a tryuet, a grydyrn, ponderancia xiii lib.; prec. lib. *ob. qua.*;		ix*d. ob. qua.*
Item xvi pec' of pewter; item a lauer of pewter; ponderancia xliiii lib.; prec. lib. i*d. ob.*;		v*s.* vi*d.*
Item ii candylstyck'		iiii*d.*
Item ii cheyr'		vi*d.*
Item a tabel & ii tristell'		vi*d.*
Item a chest, lok & key		xvi*d.*
Item alia cista		xii*d.*
Item alia cista		viii*d.*
Item a standyng presse		vi*d.*
Item ii press bords		v*d.*
Item vi panys of glass		vi*d.*
Item nigra toga cum penula		x*d.*
Item a lytel carpet		i*d.*
Item a dressyng bord		ii*d.*
Item a meteborde		iiii*d.* fol.251^v^= cccxvii^v^.
Item iii stolys		iii*d.*
Item iiii formys		vi*d.*
Item ii alebarell'		vi*d.*

Summa xxv*s.* vii*d. ob. qua.*

Item appreciatoribus xii*d.*
Item pro registracione vi*d.*

Mem. quod ista bona prefata appreciata sunt ad requisicionem & utilitatem Willelmi Osburne, cui supradictus magister Thomas debuit prope xx*s.*

Oct. 20, 1467. 20 die Octobris probatum erat coram nobis testamentum Iohannis Petipas & commissa est administracio omnium bonorum idem testamentum concernencium Agneti uxori sue in forma iuris iurate, executrici Iohannis predicti, quam relaxamus ab omni ulteriori compoto saluo iure cuiuscumque.

Oct. 20, 1467. 20 die Octobris Iohannes Martyn & Iohanna filia eiusdem coniunctim & divisim constituerunt magistrum Lodwicum Jhon eorum legittimum procuratorem ad agendum contra Iohannam Simonis.

Thomas Chaundeler

Oct. 20, 1467. xx° die mensis Octobris coram nobis magistro Thoma Chaundeler sacre theologie professore ac alme Uniuersitatis Oxonie commissario generali magister Iohannes Bussche ex una parte & magister Philippus Kynge ex altera parte compromiserunt in omnibus causis & accionibus tam realibus quam personalibus, transgressionibus & delictis a principio mundi usque in hunc diem inter partes predictas motis in magistrum Humfridum Hawardyne & magistrum Willelmum Sylke ac eciam promiserunt sub pena centum solidorum stare laudo & arbitrio dictorum magistrorum Humfridi Hawardyne & Willelmi Sylke in alto & in basso si quod tulerint citra vigiliam Omnium Sanctorum partibus presentibus uel absentibus.

Oct. 25, 1467. xxv° die mensis Octobris coram nobis commissario antedicto Thomas Lypeyate & Iohannes Thomas constituerunt magistrum Lodowicum John' & magistrum Dauid Hogon procuratores suos ad agendum & defendendum & omnia ea facere[1] que requirunt speciale mandatum in quadam causa mota inter dictos Thomam[2] & Iohannem Thomas ex una parte & Dauid Smyth ex altera parte.

Oct. 25, 1467. Eodem die Ricardus Bateman constituit magistrum Willelmum Sylke procuratorem suum ad agendum, defendendum, de iuramento calumpnie iurandum & omnia ea facere que requirunt

[1] The construction alters, as also in the next entry.

[2] Thomas, MS.

speciale mandatum in quadam causa mouenda inter dictum Ricardum Bateman & Ricardum Werdeyne.

Eodem die Edwardus Wode fideiussit pro Ricardo Bateman ad soluendum Ricardo Werdeyne x*s.* vi*d.* si quid*em* dictus Ricardus Werdeyne aliquo modo probauerit tradicionem siue deliberacionem cuiusdam panni quem asseruit se dicto Ricardo Bateman tradidisse seu deliberasse. Oct. 25, 1467.

Quinto die mensis Nouembris coram nobis magistro Thoma Chaundelere &c. Iohannes Frysdene & Robertus Pratt compromiserunt in omnibus causis & accionibus tam realibus quam personalibus, transgressionibus & delictis a principio mundi usque in hunc diem inter dictos Iohannem & Robertum motis in magistrum Willelmum Sutton & magistrum Ricardum Barnarde procuratores Uniuersitatis Oxonie, ac eciam promiserunt sub pena centum solidorum stare laudo & arbitrio dictorum magistrorum in alto & in basso, si quod tulerint citra festum sancte Katerine, partibus presentibus uel absentibus. Nov. 5, 1467.

vi^to die mensis Nouembris coram nobis magistro Thoma Chaundeler &c. magister Robertus Byrte exposuit caucionem pro aula sancti Georgii vulgariter nuncupata Georgehalle & admissus est ad principalitatem eiusdem aule, saluo iure cuiuscumque, & inuenit fideiussores pro pensione eiusdem aule Iohannem Potter & Iohannem Pede. fol.252r = cccxviiir. Nov. 6, 1467.

x° die mensis Nouembris anno domini mccccclxvii comparuerunt coram nobis commissario predicto magister Iohannes Haddone scolaris pro se & Waltero Benham de Tutbaldon famulo suo ex una parte & Henricus Mackeney de Merschebaldon parte ex altera & hinc inde remiserunt partes predicte omnes acciones tam reales quam personales, transgressiones & forisfacciones & omne ius & clameum quod habuerunt seu aliqua ipsarum habet uel habuit contra aliam a principio mundi usque in diem confeccionis presencium, prouiso tamen quod dictus Walterus Benham soluat seu solui faciat prefato Henrico Mackeney pensionem x*s.* pro quadam domo cum pertinenciis situata in Merschebaldon predicta pro uno anno computando a festo Michaelis archangeli ultimo preterito. Insuper prefatus Henricus Mackeney tactis personaliter per eum sacrosanctis euangeliis iurando promisit quod neque ipse in persona sua neque aliquis alius nomine suo, eius consilio, auxilio uel fauore traheret extra curiam cancellarii, vexaret, inquietaret, euocaret, seu aliquod predictorum fieri faciat, prefatum magi- Nov. 10, 1467.

strum Iohannem Haddone uel predictum Walterum Benham seu aliquem alium scolarem uel scolaris seruientem de cetero in perpetuum sub pena x librarum, pro dimidia parte burse Uniuersitatis & pro alia dimidia parte parti lese applicanda.

Nov. 10, 1467. Item x° die predicto coram nobis Thomas Taylour, Willelmus Clere taylour, Robertus Nasshe cobeler & Iohannes Herne coke de parochia sancti Aldati in villa Oxonie fideiusserunt pro Oweno ap John' de pace seruanda penes Iohannem Wythyg sub pena viginti librarum.

Item supradictus Owenus ap John' iurauit ad sancta dei euangelia per ipsum corporaliter tacta quod seruabit pacem penes dictum Iohannem Wythyg sub pena viginti librarum.

Preterea antedicti Thomas, Willelmus, Robertus, Iohannes & Owenus obligauerunt se ipsos sub pena quadraginta librarum seruaturos pacem penes Iohannem Came bedellum & penes omnes legios domini regis.

Insuper supradicti Thomas, Willelmus, Robertus & Iohannes interuenerunt fideiussores pro supradicto Oweno de iudicio sisti & iudicato soluendo in quacumque causa coram nobis pendente sub pena decem librarum.

fol.252v= cccxviiiv. Nov. 14, 1467. XIIIImo die mensis Nouembris anno domini MCCCCLXVIImo comparuit coram nobis magistro Thoma Chaundeler Margareta Halle vocata ad instanciam magistri Willelmi Walsche in causa debiti, videlicet decem librarum quas idem predictus magister Willelmus Walsche eidem Margarete mutuo tradidit, de qua quidem summa decem librarum predicta Margareta fatebatur se soluisse predicto magistro Willelmo Walsche octo marcas et in septem marcis fatebatur se eidem magistro adhuc esse indebitatam; ad quam quidem summam septem marcarum infra octo dies sub pena suspensionis sibi fideliter soluendam sentencialiter et diffinitiue predicta Margareta condempnata est.

Nov. 18, 1467. Octauodecimo die Nouembris coram nobis Thoma Chaundeler commissario generali &c. comparuerunt [*blank*] Bestone de Aula Stapulina ex parte una, procurator ut asseruit parentum & consanguineorum [*blank*] Flachcher nuper de eadem aula defuncti, et Thomas Halman ac [*blank*] Bustarde nuper balliui Oxonie ex parte altera, qui hinc inde promiserunt sub pena quadraginta librarum stare laudo & arbitrio honorabilium virorum magistri Thome Hylle & magistri Bowyere in theologia doctorum in omnibus accionibus, querelis & transgressionibus inter dictos Thomam

Halman & [*blank*] Bustard ac consanguineos dicti Flechchere pendentibus motis vel mouendis racione emende eisdem consanguineis fiende propter escapium & fugam quorundam Willelmi Vowel et Thome Hallyng de prisona Bocardo per dictorum nuper balliuorum negligenciam & incuriam, ita quod dictum laudum siue arbitrium feratur citra festum Epiphanie proximum sequens.[1]

Nov. 21, 1467. XXIo die mensis Nouembris coram nobis commissario antedicto magister Willelmus Gloucester constituit magistrum Lowdowycum Iohannis, magistrum Willelmum Sylke suos veros & legittimos procuratores in omnibus causis coram antedicto commissario motis uel mouendis cum omnibus clausulis necessariis & mandatum speciale requirentibus, coniunctim & diuisim, ita quod non sit melior condicio occupantis sed quod unus eorum inceperit alter valeat perimplere.

Nov. 23, 1467. XXIIIo die eiusdem mensis magister Egidius Mylys admisit in seruientem suum Iohannem Mathow upholster qui tactis sanctis iurauit se seruare priuilegia Uniuersitatis.

T. Chaundeler; annus Cristi 1467.

fol.253r= cccxixr. Nov. 22, 1467. Memorandum est quod XXIIo die mensis Nouembris anno domini millesimo CCCCLXVIIo comparuerunt coram nobis magister Willelmus Glowcedyr ex una parte & dominus Willelmus Stodley ex altera parte qui ex unanimi consensu in quadam accione iniuriarum ex parte dicti magistri Willelmi contra prefatum dominum Willelmum mota compromiserunt in venerabiles doctores & magistros videlicet doctorem Bowyer in theologia & magistrum Iohannem Langtone ex parte dicti domini Willelmi Stodley & doctorem Cock' & magistrum Iohannem Mowre[2] ex parte magistri Willelmi Glowcedyr, qui promiserunt se stare laudo & arbitrio dictorum arbitrorum, si laudum uel arbitrium dederint infra diem Lune proximo futurum post festum sancti Nicholai immediate post presencium datam sequens; & ex parte predicti magistri Willelmi introducti fuerunt & exhibiti fideiussores duo, viz. Iohannes Smythe skinner & Iohannes Melyn tauerner, qui vero coram nobis antedictis [*sic*] commissario personaliter se ipsos obligarunt & utrumlibet eorum in solidum sub pena XL librarum quod prefatus magister Willelmus laudo & arbitrio dictorum arbitrorum infra tempus antedictum lato pareret cum effectu; ac ex parte predicti

[1] Added in small writing 'Sur Dauid Geffr' constituit dominum Ricardum Thomas procuratorem'.

[2] 'Humfridum Hawardyn' is written above this name.

domini Willelmi introducti & exhibiti fuerunt tres fideiussores Thomas Browne taylor, Ricardus Wode potycary & Edmundus Fuller, qui etiam coram nobis commissario antedicto personaliter se ipsos obligarunt et quemlibet eorum in solidum sub pena XL librarum quod prefatus dominus Willelmus ex parte sua cum effectu laudo & arbitrio predictorum arbitrorum staret & obediret infra prefixum tempus lato; & si predicti venerabiles arbitri laudum infra tempus superius expressatum siue arbitrium non dederint, quod tunc prefati fideiussores domini Willelmi se etiam & quemlibet eorum sub predicta pena obligarunt quod exhiberent prefatum dominum Willelmum personaliter die Mercurii in hora prima proximo post predictum festum sancti Nicholai coram nobis commissario antedicto siue quocumque officium commissarii adtunc occupante ad respondendum ad instanciam dicti magistri Willelmi in prefata accione iniuriarum.

Nov. 28, 1467. XXVIII° die Nouembris coram nobis magistro Thoma Stephyn huius Uniuersitatis commissario generali uxor Iohannis Rowsham constituit magistrum Lodwicum Ionys procuratorem legitimum in omnibus causis motis uel mouendis coram nobis cum potestate substituendi & clausulis necessariis.

Dec. 2, 1467. Notandum quod 2° die Decembris conuicta est coram nobis legitime Margareta Hereforde de incontinencia cum diuersis graduatis.

Dec. 2, 1467. Eodem die Ricardus Stacy & I. Snape compromiserunt in Iohannem Low & I. Smyth skynner de & in omnibus querelis, transgressionibus, iniuriis, forisfacturis & negociis inter eosdem a principio mundi usque in presentem diem, promiseruntque dicte partes stare laudo & arbitrio predictorum compromissorum sub pena centum solidorum usque in crastinum sancti Hillarii; pro Iohanne Snape obligatus est Willelmus Ser'; quod si partes predicte infra tempus assignatum laudum non tulerint, sub pena antedicta utraque pars prius obligatur, ut supra se obligauit, quod partes prefate comparebunt coram nobis proximo die iudiciario post festum sancti Hillarii proximo futurum uel quocumque officium gerente.

Item Willelmus Colyn eodem die constituit Lodwicum Ihon eius procuratorem ad agendum & defendendum &c.

Dec. 3, 1467. 3° die Decembris I. Webb constituit Umfridum Hawardyn in eius legitimum procuratorem cum potestate substituendi &c.

Eodem eciam die Ricardus Stanlake & Willelmus Clere coram nobis se obligauerunt sub pena x librarum pro Agnete Petypace quod seruabit [*blank*] seruientem suam sub indempnitate corporali, dum illam cum predicta Agnete commorari contigerit, & quod non castigabit eam nisi ut decet. Dec. 3, 1467.

6^to^ die Decembris I. Ketyl constituit I. Walyngford eius procuratorem cum potestate substituendi & aliis necessariis huic curie consuetis. Dec. 6, 1467.

8^vo^ die Decembris magister I. Coll' nomine collegii Lincolnie constituit I. Walyngford procuratorem in omnibus causis cum potestate &c. Dec. 8, 1467.

Eodem die Willelmus Hadysle constituit Umfridum Hawardyn eius procuratorem cum potestate substituendi &c.

Annus Cristi 1467, T. Stephyn.

fol.253^v^= cccxix^v^.

IX die Decembris magister Philyp Morgan coram nobis assumpsit in sibi seruientem I. Carpenter alias Bruer promittens sibi salarium consuetum uel robam, & idem Iohannes promisit tactis sacrosanctis se priuilegia Uniuersitatis seruaturum. Dec. 9, 1467.

Eodem die coram nobis magister Willelmus laudum in scriptis intulit, cui eciam coram nobis pro parte sua Lucia Glouer sufficientissime paruit:—'Omnibus Cristi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem. Sciatis me magistrum Willelmum Laghtone, vicarium perpetuum ecclesie beate Marie ville Oxonie, arbitrum, arbitratorem & amicabilem compositorem communiter & concorditer assumptum inter Dauid Keys de Oxonia, Magotam alias Mariotam uxorem eiusdem & Agnetem Dauid matrem dicte Magote partem actricem ex una parte, necnon Luciam Glouer alias Sutton partem ream pretensam ex altera parte de & super omnibus & singulis causis, querelis, & transgressionibus motis uel mouendis in curia ebdomadaria seu officialis domini Cancellarii Oxonie ad causas a principio mundi usque in diem confeccionis presencium & presertim super quibusdam acc*ionis* mandati locati & negociorum extimate[1] in libellis suis ad summam decem librarum & x*s*., visis peticionibus utriusque partis & diligenter intellectis, que in scriptis seu ore tenus michi dare voluerint, & super hiis omnibus investigat*a* & cognit*a* utriusque partis voluntate, sollemnique deliberacione habita, ex vigore compromissi in me facti, dei nomine Dec. 9, 1467.

[1] = estimate.

inuocato, pro bono pacis & concordie inter eosdem perpetuo habende, arbitror, laudo & mando predictos Dauid Keys, Magotam & Agnetem & unumquemque pro se perpetuo desistere ab inquietacione & molestia quam fecerunt dicte Lucie seu in presenti faciunt in curia predicta. Insuper laudo & mando quod predicti Dauid, Magota & Agnes nomine suo faciant acquietanciam pro x libris & xs. dicte Lucie infra viii dies presens laudum proximo sequentes eamque sigillis suis consignent, eisdemque Dauid, Magote & Agneti super omnibus & singulis causis predictis, querelis & transgressionibus perpetuum silentium de cetero imponendum.[1] Et ex aduerso volo & mando virtute dicti compromissi quatinus dicta Lucia intuitu pacis & concordie remittat uel pro remisso habeat illud residuum condempnacionis eidem remanens insolutum, in qua dictus Dauid condempnatus fuit prefate Lucie. Dat' presentis laudi & arbitrii lati pridie Maii [*sic*] anno domini mccccclxvii, hiis testibus magistro Willelmo Sutton procuratore Uniuersitatis, magistro Iohanne Taylor, magistro Ricardo Salter, magistro Roberto Egebery, Iohanne Potter & aliis pluribus. Coram eciam prefatis testibus dicta Lucia predicti arbitratoris, testium predictorum in presencia constituta, statim post laudum latum eidem pro parte sua paruit.

Dec. 10, 1467. Decimo die Decembris coram nobis &c. Edmundus Fuller constituit se debitorem ciste de Warewyke in xiis., eidem ciste tribus annis immediate sequentibus per equales porciones fideliter persoluendis, pro caucionibus magistri Iohannis Smythe in aula Edmundi quondam commorantis.

Coram nobis commissario supradicto Iohannes Smyth skynner sponte se ipsum obligauit pro magistro Thoma Forster ad soluendum Wellensi ecclesie in comitatu Somersed' iiii libras ante festum Annunciacionis dominice, sub pena decem marcarum cancellario Oxonie seu eius vicem gerenti sine contradictione soluendarum; in quibus quidem quatuor libris pretendebatur fuisse *magister Thomas* secundo die Decembris indebitatus anno quo supra. Hec obligatio hanc habet condicionem 'Si nulla pars prefate summe petite ante hec fuerit persoluta'. Item antefatus Iohannes se obligauit ad satisfaciendum pro non residencia predicti magistri vis. viii*d.*, quia solum tantam summam debuit, uti nobis sua media fide asseruit.

Dec. 10, 1467. Eodem eciam die magistri I. Moore, Philyp Burgeyny, Dauid Ogan, Morganus Phylyp, domini Willelmus Gunter, Edwardus

[1] imponent', MS.

Dauy fideiusserunt coram nobis ad inducendum Thomam Ienkyn coram vicecancellario Oxonie octavo die post Epiphaniam sub pena viginti librarum ad respondendum maiori nisi cum eodem, interuallo tempore [*sic*], concordet. Item ipsi idem [*sic*] antedicti magistri obligauerunt se pro eodem Thoma ad inducendum eundem coram nobis sub pena predicta pro hiis que sibi opponentur eodem die ex parte Uniuersitatis.

Notandum quod in crastino concepcionis beate Marie coram nobis magister [*blank*] Perysson fide prestita iuravit Thomam Ball' illius fuisse per biennium & modo esse seruientem, recipiendo annuatim secundum consuetudines Uniuersitatis ab eodem.

xi die Decembris Margeria Herforde abiuravit villam Oxonie & quinque miliaria circumcirca; [que si mansisset, fuisset abiurata usque ad decem].[1] **Dec. 11, 1467.**

Item Margareta Emyrson seruiens abiuravit villam Oxonie & suburbia, usque secum dispensetur uel ipsam cum marito inhabitare contigerit, & habet terminum ad exeundum infra viii dies post Ephiphaniam.

Item uxor Lawndey fide media promisit se exituram villam propter demerita sua ante festum sancti Hillarii.

Item Agnes Elys accepit [post incarceracionem][2] in mandatis ut villam exeat, non reuersura nisi cum marito uel nisi nobis diuorcium satis legittimum nobis ostenderit ante Purificacionem beate virginis proximo futurum.

Item Matilda Denys, seruiens Rowsham, abiurauit villam propter probatam fornicacionem post incarceracionem.

Item Agnes Noton, seruiens Gelofyr, post incarceracionem iurauit infra 8 dies exire, nisi infra idem tempus contigerit eam contrahabere.

In dei nomine Amen. Nos commissarius supradictus, cognitis & intellectis meritis cuiusdam cause empcionis & vendicionis diu coram nobis pendentis indecise inter magistrum Thomam Bemysle partem actricem ex una parte & I. Rowsham de parochia Magdalene partem ream ex altera, rite & legittime procedentes ipsamque ream inuenientes ad soluendum procuratori ipsius magistri T. Bemisle, scilicet magistro Umfrido Hawardyn ad hoc legittime deputato, infra viii dies hanc sentenciam immediate sequentes sub pena suspensionis ab ingressu ecclesie quam ferimus nunc pro **254[r]= cccxx[r]. Dec. 18, 1467.**

[1] These words are added in the margin.

[2] These two words are added above the line.

tunc & tunc pro nunc, si premissa non impleantur. Dat' XVIII die mensis Decembris anno domini MCCCCLXVII.

Dec. 19, 1467. XIX die Decembris coram nobis &c. dominus Willelmus Stadle[1] in verbo sacerdocii iurauit se sisturum[2] sentencie, laudo & arbitrio nostro, *magistri* Sutton procuratoris & *magistri* Thome Hudson, si quod nos ante festum sancti Hillarii ferre contigerit; quod si non contingat, antedictus Willelmus iurauit ut prius quod comparebit coram officium cancellarii occupante proximo die iudiciali festum prefatum consequente.[3]

Dec. 19, 1467. Eodem die I. Kepe constituit magistrum Lodwicum Ihonys eius legittimum procuratorem in quadam causa quam mouere intendit contra Thomam Symonys ad agendum, defendendum, transigendum, acquietandum & recipiendum in eadem cum aliis condicionibus stilo curie congruis & ad substituendum.

Dec. 19, 1467. Eodem die conuicta est coram nobis Katerina Walsch trina manu iurata adulterasse cum quinque viris, quod unus uel alter se vidisse iurauit.

Thomas Bertelet & Bryan interuenerunt fideiussores pro Iohanne Draper de Whatle quod seruabit pacem versus Elenam Godechep sub pena VI marcarum.

Dec. 23, 1467. XXIII° die coram nobis ita conuentum & concordatum est inter venerabilem virum dompnum Willelmum Hardewyk priorem prioratus de Walyngforde ex una parte & dominum Rogerum Bolton rectorem ecclesie de Garsyndone in comitatu Oxonie dicti prioratus pensionarium, scilicet quod predictus dominus Rogerus[4] soluet uel solui faciet predicto priori eiusve successori in festo Pasche proximo XLVIs. VIIId., oblata sibi ex parte dicti prioris pro ista summa legittima acquietancia nomine prioris ac conuentus; si aliunde per alium uel alios eidem priori eiusve deputato prius minime fuerit satisfactum. Ac insuper prefatus dominus Rogerus soluet seu solui faciet predicto priori uel eius successori in festo sancte Trinitatis proximo extunc sequente VI marcas legalis monete Anglie, oblata legittima acquietancia, dummodo probacione legitima debite[5] possint ostendi, & de eis alias minime fuerit satisfactum prefato priori eiusve deputato uel successori pro tempore existenti.

[1] Or Stodle.
[2] staturum is meant.
[3] consequens, MS.
[4] Robertus, MS.
[5] A participle not an adverb.

Eodem die conuictus est coram nobis [*blank*] de Aula Alba super lacione armorum.

Thomas Chaundeler[1]

XXIII die mensis Decembris coram nobis magistro Thoma Chaundeler sacre theologie professore ac Uniuersitatis Oxonie commissario generali magister Willelmus Scherewode exposuit caucionem pro aula vulgariter nuncupata Pekwatyrsyn & admissus est ad principalitatem eiusdem aule, saluo iure cuiuscumque, & dominus Iohannes Wodebrygge canonicus prioratus sancte Frideswide confessus est quod dictus magister W. Scherewode inuenit fideiussores pro pensione aule predicte coram priore prioratus sancte Frideswide domino fundi dicte aule. Dec. 23, 1467.

Penultimo die mensis Decembris magister Iohannes Broke recepit in famulum suum Thomam Schereman pro duobus annis dando sibi pro quolibet anno quadraginta solidos cum una roba pro pensione sua. Dec. 30, 1467.

XIIII° die mensis Ianuarii magistri I. Moore, Philippus Burgeyny, Dauid Ogan', Morganus Philip, domini Willelmus Gunter, Edwardus Dany induxerunt Thomam Ienkyn' coram nobis commissario ad respondendum maiori ville Oxonie; et quia ex parte dicti maioris nulla contra eundem Thomam obiecta fuerunt, ideo dictus Thomas dimissus est, saluo iure cuiuscumque. Jan. 14, 1467/8.

Anno domini MCCCCLXVII°.

254v = cccxxv.

Sextodecimo die Ianuarii anno suprascripto coram nobis Thoma Chaundeler Uniuersitatis Oxonie vicecancellario venit Margareta Bye & iurauit ad sancta dei euangelia quod timuit de corporali dampno sibi inferendo per dominum Thomam Oldecastell, Robertum Haddone de Stawnton seynt Ihon', T. Stokeman de Noke, Ricardum Bolte de eadem; quare petit predicta Margareta securitatem pacis sibi exhiberi per predictos et eorum quemlibet; vult tamen predicta Margareta contentari cum iuramento per predictum T. Oldecastell ad sancta dei euangelia prestando, si tale iuramentum prestare voluerit. Insuper predicta Margareta constituit coram nobis Willelmum Gataker suum verum procuratorem dans eidem Willelmo potestatem cum predictis omnibus tractandi, finiendi & terminandi, ac predictam securitatem pacis sic ab eis petitam eisdem et eorum cuilibet relaxandi, procura- Jan. 16, 1467/8.

[1] Here the writing changes.

torem uel procuratores in omnibus causis & querelis dictam Margaretam concernentibus substituendi.

Jan. 16, 1467/8. Item eodem die Ricardus Lawtun alias Bromer iurauit ad sancta dei euangelia per ipsum corporaliter tacta quod non feret dampnum corporale Iohanni Melyn nec dampnum corporale procurabit sibi inferri & ad hoc sponte se obligauit sub pena viginti librarum.

Jan. 17, 1467/8. XVII° die mensis Ianuarii coram nobis magistro Thoma Chaundeler sacre theologie professore ac alme Uniuersitatis Oxonie commissario generali Iohannes Bye & Margareta uxor eiusdem constituerunt & eorum uterque constituit magistrum Iohannem Walyngforde suum verum & legittimum procuratorem, dando eidem magistro Iohanni Walyngforde potestatem generalem ad agendum, defendendum, de iuramento calumpnie iurandum, appellandum & omnia alia faciendum que requirunt speciale mandatum in omnibus causis ciuilibus seu criminalibus contra quemcumque coram commissario antedicto motis seu mouendis cum potestate substituendi.

Jan. 18, 1467/8. XVIII° die mensis Ianuarii coram nobis commissario antedicto magister Thomas Wuttone ex una parte & Ricardus Burtone ex altera parte promiserunt sub pena centum librarum stare laudo & arbitrio in alto & in basso magistri Willelmi Suttone in omnibus causis & querelis inter predictos magistrum Thomam Wuttone & Ricardum Burtone ab inicio mundi usque in hunc diem motis fide media, si quod tulerit citra octavum post diem presentem. Insuper dictus magister Thomas Wuttone fideiussit pro Roberto Wuttone fratre suo sub pena predicta quod stabit laudo & arbitrio dicti magistri Willelmi Suttone in alto & in basso si quod tulerit inter dictos Robertum Wuttone & Ricardum Burtone citra dictum octavum diem.

Jan. 24, 1467/8. XXIIII die mensis Ianuarii coram nobis magistro Thoma Chaundeler &c. Ricardus Bolte constituit magistrum Lodowicum Iohn' procuratorem suum generalem ad agendum, defendendum cum omnibus clausulis que requirunt speciale mandatum cum potestate substituendi.

Jan. 25, 1467/8. XXV die mensis Ianuarii coram nobis magistro Thoma Chaundeler &c. Ricardus Lawhton constituit magistrum Iohannem Walyngforde procuratorem suum ad agendum in quadam causa

donacionis mota inter dictum Ricardum ex parte una & Bryanum Dysslyng ex altera parte.

Eodem die coram nobis commissario antedicto Iohannes Marcham constituit magistrum Iohannem Walyngford procuratorem suum generalem ad agendum, defendendum & omnia alia faciendum que requirunt speciale mandatum cum potestate substituendi. Jan. 25, 1467/8.

Coram nobis magistro Thoma Chaundeler sacre theologie professore ac alme Uniuersitatis Oxonie commissario generali Thomas Holman & Ricardus Busterd promiserunt se soluturos magistro Ricardo Bernarde & magistro Willelmo Suttone procuratoribus Uniuersitatis Oxonie tum pro conuiccionibus & transgressionibus Willelmi Vowelle & Thome Hallyng nuper sine mandato Cancellarii Uniuersitatis predicte de carceribus recedencium, tum pro necessariis expensis factis per commissarium & procuratores equitando duabus vicibus ad dominum Regem & Cancellarium dicte Uniuersitatis, tum eciam pro aliis certis' transgressionibus & delictis per dictos Willelmum Vowelle & Thomam Hallyng in Uniuersitate predicta personaliter factis quadraginta libras sterlingorum bone & legalis monete Anglie, quarum quidem quadraginta librarum dictus Thomas Holman soluit dictis magistris Ricardo Bernarde & Willelmo Suttone viginti libras & sic dictus Thomas recessit quietus; & Ricardus Busterde deliberauit dictis magistris Ricardo Bernarde & Willelmo Suttone pro parte sua duas obligaciones quarum prima tenet hunc tenorem sequentem:—'Nouerint uniuersi per presentes me Ricardum Busterde de Oxonia in comitatu Oxonie bakare teneri & firmiter obligari Ricardo Bernarde & Willelmo Sutton' procuratoribus Uniuersitatis Oxonie predicte in viginti libris legalis monete Anglie soluendis eisdem Ricardo Bernarde & Willelmo uel eorum alteri aut eorum attornatis seu successoribus suis in festo Purificationis beate Marie virginis proximo futuro post datam presencium. Ad quam quidem solucionem bene & fideliter faciendam obligo me, heredes & executores meos ac omnia bona mea per presentes sigillo meo sigillatas. Dat' vicesimo die mensis Ianuarii anno regni regis Edwardi quarti post conquestum septimo. Condicio istius obligacionis talis est quod si Ricardus interius obligatus soluat aut solui faciat Ricardo Bernarde & Willelmo procuratoribus infrascriptis uel eorum alteri aut eorum attornatis seu successoribus suis decem libras sterlingorum in forma subscripta videlicet in festo Purificacionis beate Marie infralimitato centum solidos & in festo Pasche fol. 255r = cccxxxir.

extunc proximo sequente centum solidos quod extunc presens obligacio sit nulla, alioquin stet in suo robore & effectu.' Sequitur tenor secunde obligacionis:—'Nouerint uniuersi' [&c.].[1]

fol. 255r = cccxxir. Jan. 23, 1467/8. XXIIIo die mensis Ianuarii coram nobis magistro Thoma Chaundeler sacre theologie professore ac alme Uniuersitatis Oxonie commissario generali Iohannes Bye ex una parte & Ricardus Bolte ex altera parte compromiserunt in magistrum Laurencium Cokks & magistrum Thomam Walton ad arbitrandum & laudandum inter predictos Iohannem Bye & Ricardum Bolte in omnibus causis & querelis inter predictos Iohannem Bye & Ricardum Bolte a principio mundi usque in hunc diem motis, & dicti Iohannes Bye & Ricardus Bolte promiserunt stare laudo & arbitrio in alto & in basso dictorum arbitrorum, si quod tulerint citra diem sabbati proximo futurum post festum sancte Iuliane. Insuper Robertus Hethe, Willelmus Lucas, Thomas Hardyman & Iohannes Bolte fideiusserunt pro Ricardo Bolte sub pena quadraginta librarum & quilibet in solidum quod dictus Ricardus Bolte seruabit pacem erga dictum Iohannem Bye a die presencium usque ad diem sabbati predictum. Insuper dicti Robertus Hethe, Willelmus Lucas, Thomas Hardyman & Iohannes Bolte fideiusserunt sub pena predicta & quilibet in solidum quod dictus Ricardus Bolte nullo modo vexabit, turbabit in aliquo seu grauabit per se uel per alium quemcumque extra procinctum Uniuersitatis Oxonie pro aliquibus materiis seu causis coram cancellario eiusdem Uniuersitatis terminabilibus occasione alicuius litis seu controuersie aut cause inter dictos Iohannem Bye & Ricardum Bolte ab inicio mundi usque in hanc horam mote in posterum seu mouende usque ad diem Sabbati predictum. Insuper dicti Robertus Hethe, Willelmus Lucas, Thomas Hardyman & Iohannes Bolte obligarunt se in summa predicta ad producendum dictum Ricardum Bolte ad carceres, dato quod arbitri electi predicti non tulerint laudum citra diem Sabbati predictum inter partes predictas.

Jan. 25, 1467/8. XXV die mensis Ianuarii coram nobis commissario antedicto Ricardus Lawhton conviser de Oxonia, legittime vocatus ad instanciam Bryani Dysslyng barbor de eadem donatarii uniuersalium bonorum Iohanne Scarlet nuper de Oxonia, iudicialiter confessus est se recepisse per manus dicte Iohanne custodie causa bona infrascripta viz. unam murram Anglice a maser precii quadraginta

[1] Exactly like the first obligation except that the second sum of £10 was to be paid in four equal portions on June 24, Sept. 29, Dec. 25 and the following Easter.

solidorum; item a other maser precii XXVIs. VIIId.; item a pese of syluer precii XXIIIIs.; item IIII sponys precii euery pece IIIs.; item a gyrdyl of syluer harnes precii XVIIIs.; que quidem bona omnia & singula predicta peciit magister Humfridus Hawardyne legittimus procurator dicti Briani eidem restitui. Pars vero dicti Ricardi respondit se ea restituere non teneri, variis ex causis. Deinde partes predicte ad iudicis instanciam mote super dicta causa compromiserunt in Iohannem Ianyns electum ex parte dicti Ricardi & Iohannem Baker de Catstrete electum ex parte dicti Bryani promittentes stare laudo dictorum Iohannis & Iohannis si quod ipsi tulerint in alto & in basso citra diem Veneris proximo post festum Purificacionis beate Marie futurum sub pena decem librarum; & si nullum laudum fuerit latum citra illum diem, promisit dictus Ricardus sub pena predicta legitime comparere dicto die Veneris hora tercia post meridiem coram commissario seu eius deputato pro tempore ad allegandum causam racionabilem quare dicta bona omnia & singula seu eorum extimacionem [*sic*] prefato Briano seu eius procuratori restituere non teneatur.

T. Stephyn. Annus Cristi 1467.

fol. 256r = cccxxiir.

Penultimo[1] Ianuarii coram nobis &c. I. Sewarde constituit magistrum Arnoldum [*blank*] in eius legittimum procuratorem cum omnibus clausulis curie, & potestate substituendi. Jan. 30, 1467/8.

Primo die Februarii I. Cat*er* de Oseney constituit magistrum I. Walyngford in legittimum eius procuratorem cum potestate substituendi, transigendi, recipiendi &c. Feb. 1, 1467/8.

Eodem die Iohannes Horde iuratus ad sancta dei euangelia peciit securitatem pacis de domino Iohanne Tomson.

Item eodem die magister Robertus Byrt assumpsit coram nobis in seruientem Henricum Wiliam pro solita pensione Uniuersitatis, & idem Henricus iurauit ad sancta dei euangelia obseruare statuta, privilegia & consuetudines ipsum concernentes.

Tercio die Februarii T. Mannyng constituit magistrum Umfridum Hawardyn cum potestate substituendi procuratorem legitimum &c. Feb. 3, 1467/8.

5° die Februarii uxor Love constituit magistrum Walingford in eius procuratorem ad agendum &c. Feb. 5, 1467/8.

Eodem die dominus Iohannes Tomson iurauit ad sancta dei

[1] All this page is in the hand of T. Stephyn.

euangelia quod obseruabit pacem versus I. Hoorde tam pro se quam pro aliis nomine suo, & ad hoc obligauit se sub pena centum solidorum Uniuersitati & parti per equales porciones soluendorum.

Feb. 10, 1467/8. x^mo die Februarii Stephanus Havyl[1] constituit magistrum I. Walyngford eius legittimum procuratorem ad agendum, defendendum, recipiendum & substituendum &c.

Eodem die uxor Crofton constituit Lodwicum Ihon' procuratorem cum potestate substituendi, iurandi & ceteris condicionibus stilo curie consuetis.

Item Robertus Kent constituit I. Mawre eius legittimum procuratorem ad agendum versus mancipium aule Stapuline.

Feb. 15, 1467/8. xv^mo die Februarii Iohanna Gy propter probatum meretricium & suspectam pronubiam post quatuor dierum incarceracionem iurauit coram nobis tactis sacrosanctis se exituram infra triduum nec moraturam infra 5 miliaria nisi aliter per cancellarium secum dispensatum fuerit.

Feb. 16, 1467/8. xvi^mo die Willelmus Perkyn exposuit coram nobis caucionem pro aula vulgariter nuncupata Cobbowhalle quam admisimus, saluo iure cuiuscumque; fideiussores induxit.

Coram nobis Thomas Coore de Abyndone constituit magistrum Robertum Byrt eius legittimum procuratorem & precipue ad cedendum magistro Lodwico Ihon quandam causam iniuriarum xx^ti marcarum quam mouere intendit contra Henricum Warde de Abyndon predicta; et triduo post hoc magister Robertus Byrt cessit eandem accionem coram nobis & altero procuratorum prefato Lodwico.

Eodem die magister Iohannes Arundel induxit testes coram nobis in quadam causa empcionis & vendicionis quam habuit versus Thomam Mannyng de lavacro eneo pendente, de tabula involuta & le bronde[2] de ferro. Primus testis Thomas Hardyman ad sancta dei iuratus euangelia fatebatur T. Mannyng & Thomam Bertelet vendidisse magistro Iohanni Arundel non solum mansionem quam Thomas Mannyng inhabitat verum eciam vyre bronde de ferro, lavacrum pendens & involutam tabulam, que fuerunt in domo prefati Thome. Item Iohannes Grene tactis sacrosanctis affirmauit omnia vera esse que nobis Thomas Hardyman in causa predicta asserebat. Item I. Seward iuravit se vidisse magistrum Arundel de predictis scilicet mansione, lauacro, mensa & bronde possessionem sumere. Quibus plene intellectis iniunximus Thome

[1] Written *Abel* at first.

[2] i. e. the implement for branding.

Mannyng per procuratorem comparenti sub pena carceris ablatum superius memoratum lauacrum infra viii dies restituere.

xviii° die Februarii Margareta Cody constituit magistrum Umfridum Hawardyn eius procuratorem legittimum ad agendum, defendendum, iurandum de calumpnia & ad substituendum cum caucione ratum habendi & clausulis in hac parte requisitis. Feb. 18, 1467/8.

Eodem die Stephanus Hauyl & Robertus Kentewode promiserunt stare laudo & arbitrio [*blank*] sub pena 40 solidorum usque primam dominicam Quadragesime in omnibus accionibus ante hunc diem coram nobis motis.

Item Thomas Smyth prope portam orientalem promisit coram nobis fide media se soluturum Thome Mustell xii*d.* septimanatim[1] usque ad completam solucionem tocius summe quam isto die sibi debet.

Eodem eciam die coram nobis uxor Scherman senioris & Margareta Hasle promiserunt stare laudo & arbitrio Iohannis Ianyn & Willelmi Parke ex parte Margarete prefate & Ricardi Free & Iohannis Potter ex parte uxoris Scherman in omnibus causis, querelis, transgressionibus & iniuriis ante istum diem inter easdem motis uel occasione alicuius anteacti postea mouendis sub pena quinque marcarum, si quod tulerint ante xiii diem Marcii proximo ex nunc futuri.

Promissionem T. Lufnam & obligationem in proximo folio[2] vide*bis* sequenti. fol.256^v^= cccxxiii^v^.

xix° die Februarii autoritate nostra constituimus magistrum Lodwicum Ihon & Willelmum Stephyn procuratores legittimos & quemlibet eorum in solidum, ita quod non sit melior condicio occupantis, venerabilis patris abbatis de Rewle in omnibus causis uel quasi quas intendit mouere contra eundem venerandus pater abbas de Oseney. Feb. 19, 1467/8.

Eodem eciam die Agnes Martyn ex una parte & Ricardus Kent ex altera promiserunt sub pena xx^li^ librarum stare laudo & arbitrio magistri Iohannis Phylyp & Iohannis Harr*eys* ex parte prefate Agnetis & Edwardi Wode ex parte Henrici[3] in omnibus causis, querelis & transgressionibus a principio mundi usque presentem diem motis, si quod ante festum Annunciacionis dominice tulerint. Quod si non contingat, liceat predictis arbitratoribus Feb. 19, 1467/8.

[1] The MS. adds *soluere* after *septimanatim*.

[2] Folios cccxxiii to cccxxvi are missing.

[3] *Ricardi* must be meant.

eligere imparem qui habeat potestatem finiendi inter partes predictas usque ad festum Palmarum, cuius eciam arbitrio parere promiserunt partes predicte sub pena prefata. Quod si nullum laudum per prefatos ferri contigerit, partes prefate coram officium cancellarii occupanti sub pena antedicta proximo die iuridico comparebunt.[1]

Item eodem die magister Iohannes Lonyer suscepit coram nobis in seruientem Mauricium Doly tinctorem & idem Mauricius prestitit iuramentum corporale se seruaturum priuilegia Uniuersitatis quatinus ipsum attingant.

Ap. 22, 1468. XXII° die mensis Aprilis anno domini MCCCCLXVIII magister I. Godefelow resignauit in manus nostras principalitatem aule Bouine pro qua magister I. Sylke exposuit caucionem et admissus est ad principalitatem eandem, et inuenit fideiussores pro pensione eiusdem aule Iohannem Skydemore & Iohannem Havyl carnifices.

Memorandum quod nos magister Thomas Stephyn sacre theologie professor & Uniuersitatis Oxonie commissarius generalis pro eo & ex eo quod magister Thomas Walton legum doctor & domini cancellarii Oxonie officialis atque iudex ebdomadarius contra tenorem statutorum[2] Uniuersitatis predicte quandam continuando causam coram eo per semiannum & ultra pendentem indecisam inter Ricardum Spycer & Iohannam Martyn, in congregacione sollemni requisiti ut remedium prouiderimus oportunum, inhibuimus sibi per bidellum ne amplius in prefata causa procedat. Insuper Iohannam Martyn prefatam ab sententia suspensionis & excommunicacionis, si quam incurrerat racione alicuius contumacie post inhibicionis exitum a nobis coram iudice prefato, plene absoluimus.

fol. 257r= cccxxvii[r].

T. Stephyn: annus Cristi 1468. Iunius.[3]

June 16, 1468. XVI° die Iunii I. Well' constituit magistrum I. Mawer in eius legitimum procuratorem ad agendum & defendendum in omni causa &c.

June 16, 1468. Quo eciam die Willelmus Wutton & Thomas Gylbert coram nobis se sponte obligauerunt & promiserunt ad sistendum iudicio coram officium cancellarii occupante sub pena quinquaginta

[1] The entry has been crossed out, but in the margin is written 'Hec iniusta est cancellacio.'

[2] A statute of 1411 ordained that cases tried before the Chancellor, his commissaries, or hebdomadary judges should not be protracted (*Munim. Acad.* i. 260).

[3] Four leaves are missing which would contain the entries for March, April, and May.

librarum Willelmum Robyns personaliter quocienscumque tridui monicionem iudicialem eos habere contigerit, ad respondendum cuidam obligacioni facte & condicionate domino Iohanni Tretherf, ut pretenditur, sigillate.[1] Item prefati Willelmus & Thomas, ut supra dicitur, se ipsos obligauerunt pro antedicto Willelmo Robyns quod respondebit duabus obligacionibus quas versus eum intentare proponit Willelmus Spencer alias West. Ad omnia ista perimplenda viri obligati predicti sub pena prefata tantum obligati sunt.

June 17, 1468. XVII die Iunii I. Well' constituit magistrum Mawer eius procuratorem legitimum cum caucione rati &c.

Eodem die Robertus Strange de Bristollia constituit magistrum I. Walyngford eius legittimum procuratorem cum potestate substituendi, transigendi, pecunias leuandi & recipiendi, acquietaciones faciendi &c.

June 18, 1468. XVIII die Iunii dedimus magistro Willelmo Sutton principali aule Enee autoritatem reparandi muros, fenestras, tegulas, & tecta ex redditu aule, quia domini fundi[2] sepenumero interpellati id facere recusarunt.

June 20, 1468. XX die Iunii Henricus Vaw3a*n* de Bristollia constituit magistrum I. Walyngford procuratorem cum potestate substituendi, paciscendi, recipiendi &c.

June 22, 1468. 22° die Iunii Henricus Vaw3an tactis sacrosanctis iurauit quod magister I. Cornysche confessus est domo sua Bristollie se obnoxium fore magistro I. Smythe vicario de Bekle in XX*s*.

June 8, 1468. Memorandum quod VIII die Iunii coram nobis Umfridus Hawardyn procurator Thome Scherman bruer & uxoris eiusdem comparuit ex una parte & Rogerus Merston pars rea ex altera parte. Peciit insuper dictus procurator a dicto Rogero XXXVI*s*. pro seruicia, pre*cio* quarterii[3] XVI*d*., & dictus Rogerus asseruit se soluisse dictam summam usque ad XVI*s*. exclusiue, & exhinc acceptauit ex iniunccione nostra terminum scilicet diem Veneris proximo tunc sequentem ad predictam[4], ad probandum dictam solucionem sub pena condempnacionis integre summe. Quo

[1] 'stated to be sealed'.

[2] Univ. Coll.

[3] A quarter was a large measure of beer, used in Oxford, containing about 12 or 16 gallons; the N.E.D. gives only one instance and that from an Oxford record.

[4] These two words are unnecessary.

quidem termino non comparuit. Unde nos [ad][1] instanc*iam* part*is* dicti Thome & uxoris eiusdem condempnauimus predictum Rogerum ad soluendum eisdem seu eorum procuratori dictos XXVI*s*.[2] infra VIII dies sub pena suspensionis & incarceracionis.

June 24, 1468. 24 die Iunii Cristofforus Forde de Hanborow vocatus ad iudicium ad instanciam Thome Forde de Oxonia confessus est se obligatum esse cum aliis prefato Thome Forde & aliis tribus per quandam obligacionem xx^ti^ librarum. Insuper fatebatur se & alios obligatos esse ad hunc finem quod illos indempnes quibus obligati sunt conseruarent.

June 28, 1468. 28 die Iunii Edwardus Woode constituit magistrum Lodwicum Ihon eius legittimum procuratorem in duabus causis quarum prima versus [*blank*] Brereton de aula Bovina, alteram vero contra Hugonem Tayler intentare proponit.

Eodem die Margeria Bee constituit magistrum I. Walyngford per nos tum deputatum procuratorem suum legittimum ad agendum uel defendendum cum clausula substituendi.

Item eodem die I. Smythe extra portam borialem promisit fide media quod si I. Wylson vellet super librum deponere quod Iohannes Smythe non soluit sibi VI*s*. uel partem eorundem quod tunc Iohannes Smythe fideliter eos persoluet.

Eodem die Margeria Colen confessa est se debere T. Mustel pro duobus quarternis [*sic*] ceruisie IIII*s*. II*d*. quos prefato T. solui mandauimus infra VIII dies sub pena suspensionis & incarceracionis. Promisit soluere michi in die animarum sub pena suspensionis.[3]

June 30, 1468. Ultimo die Iunii [*blank*] Templer constituit in suos legittimos procuratores magistrum Lodwicum Ion & Morton ad agendum, defendendum &c.

July 1, 1648. Primo die Iulii I. Ketyl constituit magistrum Walyngford eius procuratorem cum potestate substituendi & aliis condicionibus necessariis.

Eodem eciam die T. Hasale coram nobis in ecclesia beate Marie constituit se [*illegible*] sub pena suspensionis uel incarceracionis.

fol. 257^v^= cccxxvii^v^.

T. Stephyn: annus Cristi 1468. Iulius.

July 3, 1468. Tercio die Iulii coram nobis &c. I. Edward & Stephanus Pulton sub pena viginti marcarum promiserunt se inducturos ad iudicium

[1] Not in MS.

[2] The scribe must mean XXXVI.

[3] This sentence is an additional note.

coram nobis uel ad carceres Dauid Myryon die Veneris proximo sequenti nisi aliter cum officio nostro & lesa parte interim concordare possit.

Eodem eciam die Edmundus Hedyan conuictus de percussione cum pugno post incarceracionem soluit 4*s*.; procurator australis totam summam habet in manibus suis, uti nobis asseruerauit.

VI^to^ die Iulii I. Edward constituit Lodwicum Ihon eius leggitimum procuratorem ad agendum &c. July 6, 1468.

Eodem die Ricardus Stacy & Radulphus Tayler constituerunt se solituros Uniuersitati XL*s*. in festo sancti Martini proximo futuro, id est in die sancti Martini sub pena dupli pro magistro [*blank*] baccalario iuris aule Albe.

XV° die Iulii coram nobis magistro Thoma Stephyn comparuerunt magistri Thomas Danet & Thomas Proctor arbitratores electi inter Iohannem Carant seniorem et I. Carant iuniorem ex una parte & Thomam Bardolf ex altera parte, qui laudum in hunc modum tulerunt, scilicet quod Iohannes & Iohannes antedicti soluent Thome predicto 4 nobilia pro pensione unius anni & X*s*. pro duabus togis; quo facto partes prefate dabunt hinc inde acquietanciam generalem; quod eciam coram nobis factum existit die superius recitato. July 15, 1468.

Item eodem die coram nobis I. Edward & Stephanus coke fideiusserunt sub pena xx^ti^ marcarum ad sistendum Dauid Myryon in iudicio coram nobis quociens & quando ipse uel ipsi legittimam habuerint premonicionem ad respondendum tabernario leso. July 15, 1468.

Memorandum quod 15° die Iulii dedimus IIII marcas domino Henrico Payne rectori de Silton, quas prius recepimus in caucionem a I. Carant & I. Carant executoribus dudum decani Wellensis, & idem Henricus[1] coram nobis deliberauit de predicta summa XXXVI*s*. VIII*d*. Thome Bardolf, residuum summe sibi reseruando. Huic actui testes sunt magistri I. Walyngford, Willelmus Stephyn, Umfridus Hawardyn, Lodwicus Ihon & Willelmus Lacy scolaris. July 15, 1468.

XVIII° die Iulii magister Thomas Core in servientem assumpsit pensionem congruam promittendo Thomam Welyngton; qui eciam incontinenti iurauit se seruaturum priuilegia & consuetudines Uniuersitatis ipsum usquequaque tangencia. July 18, 1468.

Eodem die T. Welyngton, prestito legitimo iuramento, securitatem pacis peciit a I. Whyte.

[1] nic*us*, MS.

July 19, 1468. XIX die iniunximus Edwardo Howden ad obseruandum in manibus suis XXXs. de bonis magistri [*blank*] Dalton ad utilitatem Iohannis Baker mancipii leuandos de aula sancti Albani.

Eodem die magister I. Walyngford nomine procuratorio, & ad hoc specialiter deputatus negocium per priorem & conventum sancte Frideswide Oxonie, ex una parte & dominus Rogerus Bolton rector ecclesie de Garsygtone parte ex altera compromiserunt quandam accionem coram nobis diu pendentem indecisam in me solummodo magistrum Thomam Stephyn, sacre theologie professorem, tanquam in amicabilem compositorem & arbitratorem indifferenter per partes prefatas electum. Et partes antedicte obligarunt se ad standum laudo, arbitrio ac sentencie proloquti [*sic*] magistri Thome in alto & basso, partibus presentibus uel absentibus, vocatis uel non vocatis, sub pena XL librarum, quarum una dimidia[1] parti parenti, altera Uniuersitati sit applicanda, si laudum prefatum ante XV^um^ diem mensis instantis inclusive.[2]

Concell de Burnell Yn convictus de extraccione armorum & sanguinis effusione post incarceracionem longam iurauit tactis sacrosanctis se non exiturum villam antequam summam condempnacionis persolueret.

July 21, 1468. Memorandum quod XXI° die Iulii duo venerabiles patres scilicet Gardianus collegii Dunelmensis Oxonie & Provisor alborum monachorum ibidem post non parvam coram nobis communicacionem occasione cuiusdam annue pensionis per prefatum Gardianum petite, in hunc modum convenerunt quod Provisor antedictus soluat Gardiano pre manibus VIS. VIII*d*., que summa a retro fuerat tempore occupacionis predicti Provisoris in collegio predicto; que pecunie coram nobis sunt solute pro quadam annua pensione debita pro quadam parcella terre albis monachis ad tempus certorum annorum dimissa. Insuper predictus Gardianus illos sex solidos & octo denarios se nolle suscipere publice protestatus est nisi sub hac condicione quod sibi liceret ad placitum legitime querere & recipere quatuor marcas racione pensionis suprascripte pro 16^im^ annis preter illos duos annos euolutis & predicto Gardiano, uti asseruit, debitas a monachis albis sepedictis.

Eodem die I. Mylen vyntener fideiussit pro Ricardo Bromeer de Whatele quod idem Ricardus soluet seu solui faciet Nicholao Croke fyschemonger III libras legalis monete Anglie in die sancti Michaelis proximo. Pena Iohanni Mylen addita est pena suspensionis & incarceracionis.

[1] The feminine *dimidia* is used as a substantive, meaning 'a half'; see fol. 259^r^.

[2] The entry ends abruptly; *instantis* must be an error for *sequentis*.

Annus[1] Cristi 1468. Archiepiscopus Eboracensis. Thomas Stephyn. Augustus. fol. 258^r^= CCCXXX^r^.

XXI die Augusti Elenor Cosyn filia Lady Jane abiurauit villam Oxonie & procinctum eiusdem nisi contingat eam maritari & ita cum marito de licencia Cancellarii infra Uniuersitatem morari. Aug. 21, 1468.

XXVII die Augusti coram nobis comparuit sponte sua Elizabetha Tayler alias Cholsey de Merschebaldyngdon, que ad sancta dei euangelia iurata dixit se nichil mali uel sinistri cognoscere seu cognouisse de magistro Iohanne Haddon & precipue quod ipsa non intravit cameram eiusdem Iohannis nec econtra in die dominico proximo sequente festum sancte Margarete ultimo preteritum nec in nocte illius dominice. Insuper quod ipsa nunquam carnaliter cognouit eundem magistrum Iohannem eodem iuramento firmauit. Aug. 27, 1468.

Iohannes Balscote constituit magistrum I. Moore eius legitimum procuratorem cum potestate substituendi, transigendi &c.

Eodem eciam die I. Smyth de Merch Baldyngton & T. Smyth de Lytel Baldyngton in comitatu Oxonie tactis sacrosanctis iurauerunt & quilibet eorum iurauit se nolle inquietare seu vexare magistrum I. Hadden coram aliquo forinseco iudice, neque auxilio, consilio uel fauore huiusmodi inquietacionem seu vexacionem per se uel alios nomine eorum manutenebit.

XXVIII° die Augusti comparuerunt coram nobis I. Smyth, Willelmus Smythe alias Cunstabyl, Iohannes Alrede alias Weuer de Mersch Baldyngdon & Nicholaus Hethe de Baldyndon Parua & promiserunt singuli per se pro toto & in solidum sub pena XL librarum ad sistendum & habendum corpus Iohannis Cholsey tayler de Merch Baldyndon predicta coram commissario pro tempore existente aut in prisona Oxonie que dicitur Bocardo XVIII die mensis Septembris proximo futuro; ac insuper promiserunt ut supra sub pena predicta quod nec dictus Iohannes Cholsey nec aliquis supra obligatus nec aliquis alius nomine dicti Iohannis Cholsey seu ipsorum obligatorum, consilio, auxilio, procuratione seu incitacione vexabit, turbabit seu al*ias* inquietabit citra predictum diem XVIII^um^ magistrum Iohannem Haddon clericum in persona aut rebus uel aliquem eius seruientem. Aug. 28, 1468.

[1] Two leaves must have disappeared before this. This leaf is of parchment.

Willelmus Cooke in Catstrete constituit magistrum Lodwicum Ihon eius legitimum procuratorem in omnibus causis tam pro eo quam contra eum mouendis cum potestate substituendi & aliis necessariis.

Sept. 3, 1468. Septembris die 3° Ricardus Haruest interuenit fideiussor ad sistendum Iohannem Westweke coram nobis in iudicio Iohannem Westwyk [*sic*] sub pena xxs., ad respondendum Margerie Colyn proximo die Lune post festum Michaelis hora tercia post nonam; & si contingat predictum Iohannem condempnari in aliqua summa, antedictus fideiussor promisit iudicatum solui.

Aug. 23, 1468. Comparuerunt coram nobis &c. 23 die Augusti dominus Edwardus Dauyd per procuratores suos legitimos scilicet magistrum Lodwicum Ihon & Dauid Hogan parte ex una & dominus Willelmus Staueley per procuratores suos legitimos parte ex altera, magistrum scilicet Thomam Hudson & magistrum Willelmum Langton, qui ex unanimi consensu in quadam accione iniuriarum ex parte dicti domini Edwardi contra prefatum dominum Willelmum mota compromiserunt in venerabiles viros magistrum Lawrencium Cock' sacrorum canonum doctorem & magistrum Willelmum Lamptone; & pro antedicto domino Edwardo fideiusserunt Dauid Smyth & Thomas Ienkyn quod ipse stabit laudo & arbitrio prefatorum arbitrorum sub pena 40 librarum, & pro prefato domino Willelmo fideiusserunt Willelmus Catryk & Ricardus Wode quod ipse parebit laudo &c. sub pena 40 librarum, ita quod dictum laudum feratur ante festum Exaltacionis sancte Crucis proximo futurum. Et si contingat dictos arbitros laudum seu arbitrium non ferre tempore prefixo, tunc suprascripti fideiussores Willelmus & Ricardus se ipsos & quemlibet ipsorum sub pena predicta obligauit quod exhibebunt sepefatum dominum Willelmum personaliter die Lune proximo sequente festum sancti Michaelis proximo futurum coram nobis seu quocumque officium Cancellarii tunc occupante, ad respondendum ad instanciam dicti domini Edwardi in prefata accione iniuriarum.

Memorandum quod dies ferendi iam dictum laudum ex consensu parcium predictarum coram nobis prorogatur ad diem sancti Michaelis proximo futurum; cetera hinc inde obseruari debent, sicuti scribitur in compromissorio.

Item eodem die [*blank*] Perkyns constituit magistrum Lodwicum Ihon & Dauid Hogan eius legitimos procuratores & quemlibet eorum, ita quod non sit melior condicio occupantis cum potestate agendi, defendendi & ceteris condicionibus huic curie consuetis.

Exposicio caucionum pro aulis coram domino commissario & procuratoribus in ecclesia beate Marie nono die Septembris anno domini 1468. fol. 258v = cccxxxv. Sept. 9, 1468.

Pro aula sancte Marie magister Thomas Parys nomine proprio.
Pro aula modica Martini magister Thomas Sadler nomine magistri Henrici Sampson.
Pro aula Bedeline [*sic*] magister Thomas Sadler nomine proprio.
Pro aula Iacobi N. Godefelow nomine Thome Darcy.
Pro aula Dunstani idem nomine magistri Roberti Halle.
Pro aula Bouina idem nomine Willelmi Sylke.
Pro aula Michael idem nomine Iohannis Obyn.
Pro aula Ceruina magister Ricardus Mayow nomine proprio. } fideiussores utriusque I.
Pro aula Nigra Uniuersitatis magister Ricardus Mayow nomine magistri Iohannis Arundel } West & I. Mutt.
Pro aula Colcellina Thomas Ellysmere nomine proprio.
Pro Hospicio Burnel magister Appulby nomine magistri Willelmi Lampton.
Pro aula Pascerina magister Willelmus Appulby nomine proprio.
Pro aula vocata Cathal magister Willelmus Denys nomine proprio; fideiussor I. Potter.
Pro aula angulari magister Thomas Lee nomine magistri Iohannis Arnold.
Pro aula Urbani magister Thomas Lee nomine proprio.
Pro aula Cristophori magister Thomas Lee nomine magistri Thome Thrulby.
Pro aula Albani magister Tayler nomine magistri Thome Danet.
Pro Parua aula Uniuersitatis in alto vico [*blank*] nomine magistri Roberti Mydlam.
Pro magna scola Iuris Canonici Ricardus Dokulby nomine magistri Laurencii Cokkys; fideiussores Nicholaus Scheft & Robertus Glouer.
Pro Trullokysyn Ricardus Dokulby nomine magistri Laurencii Cokkys.
Pro aula Pyry Ricardus Dokulby nomine proprio; fideiussores T. Mustel, I. Adam.
Pro aula vocata Bekysyn, Phylippus Bergeueny nomine proprio.

Pro aula Alba situata in vico cathenato, Ioannes Cloos nomine proprio
Pro aula Alba inter menia, Ioannes Cloos, nomine Gilberti Hudson
} fideiussores trium aularum

Pro aula Hauke, idem nomine Ricardi Wermoth.
} Henricus Barbor & Petrus Baker.

Pro aula Vinea Dauid Wogan nomine proprio.
Pro aula Solarii idem nomine Thome Toppyng.[1]
Pro aula Edwardi idem nomine Mauricii Ion.
Pro aula Frideswide idem nomine Dauid Willyam.
Pro aula Latarum Portarum in parochia Omnium Sanctorum Lodowycus Ion nomine proprio.
Pro aula vocata Pekwatyrsyn Willelmus Sherewod nomine proprio & inuenit fideiussores teste Roberto Harlow procuratore domus sancte Frydeswyde.[2]
Pro orto situato ante portas collegii Lyncoln magister Robertus Rows nomine proprio.
Pro aula sancti Ioannis magister Thomas Ster nomine proprio.
Pro hospicio Neuyll Willelmus Steuyns nomine proprio.
Pro Nunhal idem nomine magistri Walteri Knyghtley.
Pro aula Latarum Portarum in parochia sancti Aldati Willelmus Gresley nomine magistri Thome Walton.
Pro aula Hampton magister Ioannes More nomine magistri Ioannis Collys.
Pro aula Georg' Robertus Byrt nomine proprio & pro Cobbow Hall nomine [*blank*]; fideiussores utriusque I. Potter & I. Pede.
Pro aula Edmundi magister Thomas Lee.
Pro aula Profunda Umfridus Hawardyn nomine proprio; pro aula Andree nomine T. Hutton; fideiussores Ricardus Stacy & Petrus Cirurgicus.
Pro aula Laurencii magister W. Brew nomine proprio, pro aula Plummer nomine magistri Harow; & magister I. Wyll' pro orto annexo; fideiussores I. Rogger, Rawlyn Taylor.
Magister Robertus Lawles pro aula Habyrdasche; magister I. Kyrkeby pro aula Edmundi.

Sept. 12, 1468. Memorandum quod abbas de Thame XII° die Septembris soluit magistro Nicholao Stanbyry XL*s.*, & facti sunt concordes, et hinc inde generales acquietancias facere promiserunt.

[1] This entry is crossed through.
[2] As Pekwater's Inn belonged to St. Frideswide's, the testimony of the procurator or rent collector was enough; if he was satisfied, it was unnecessary to discover the names of the sureties.

Magister T. Eggecome pro aula Bidelli nomine proprio cauc-ionem exposuit.

Annus Cristi 1468. Archiepiscopus Eboracensis. T. Stephyn. Octobris. fol.259r= cccxxxiir.

. . . defenderet[1] contra dominum cuiusdam tenementi tempore notificacionis presencium per dictum Iohannem Cholsey occupati pro omnibus pretensis iniuriis per prefatum magistrum Iohannem ut asseritur licet male factis, & eundem magistrum Iohannem immunem in omnibus conseruabit.

Item eodem die quod Willelmus Smythe alias dictus Constable, husbandman, & I. Allrede weuar de villa & communitate predictis nobis & prefato magistro I. Haddon fide eorum interposita se debitores constituendo promiserunt & eorum uterque promisit ad soluendum magistro Iohanni Haddon aut suo certo assignato pro debitis Iohannis Cholsey antedicti illo die ad octo dies VI*s.* VIII*d.* & in festo sancti Andree apostoli ex tunc proximo sequente ex eadem causa X*s.* & in festo Annunciacionis beate Marie ex tunc proximo sequente ex predicta causa X*s.*; acta sunt hec coram nobis mense, anno & die suprascriptis.

XI° die Octobris Margareta Tamworth constituit magistrum Iacobum Benet eius legitimum procuratorem. Oct. 11, 1468.

Duodecimo die I. Smythe (*ends*).

Bona sequuntur Willelmi Wycam appreciata ad utilitatem Nicholai Schaft; in primis tres patelle, prec. lib. I*d.* ob., summa II*s.* IX*d.*; item I olla enea & II possnetts prec. lib. I*d.* ob., summa III*s.* IX*d.*; item a chafyng dysche prec. XVI*d.*; item III disci stannei prec. lib. II*d.* summa VI*d.*; summa omnium[2] II*s.* IX*d.*; item XII pecie vasorum stanneorum prec. lib. I*d.*; item a skelet prec' I*d.* Summa totalis X*s.* VII*d.*

26to die Octobris Robertus Smythe constituit magistrum Hawardyn eius procuratorem legitimum cum potestate substituendi &c. Oct. 26, 1468.

Eodem die Robertus Eyen constituit Thomam Precy eius legitimum procuratorem cum potestate agendi, defendendi, iurandi &c. Oct. 26, 1468.

[1] One page is missing before this.
[2] Perhaps this means the total of the pewter, including the two items which follow, was 2*s.* 9*d.*; this makes the sum total come to 10*s.* 7*d.* correctly.

Oct. 28, 1468. 28 die Octobris magister Umfridus Hawardyn suscepit in seruientem Robertum Smyrt de Steuynton in comitatu Bark', qui eciam iuratus est ad priuilegia Uniuersitatis Oxonie obseruanda.

Eodem eciam die idem Robertus antedictus constituit prefatum magistrum Hawardyn eius procuratorem cum potestate substituendi &c.

Memorandum quod I. Skyrmot, senior, coram nobis sponte seipsum obligauit sub pena XL librarum, quarum dimidia una parti vexate altera Uniuersitati applicabitur, pro dompno Roberto Halys monacho Abyndon quod nec ipse scilicet monachus nomine suo uel officii sui uel aliquis alius nomine suo aliquam accionem contra magistrum Thomam Peny vicarium sancti Petri in oriente Oxonie attemptabit seu attemptari faciet.[1]

Oct. 29, 1468. 29 die Octobris Mauricius Crinan ad instanciam Iohannis Mylen vocatus pro duobus nobilibus in auro veteris nummismatis, uti asseruit, applegiatis, qui ex consensu predicti Iohannis Mylene se quinta manu tactis sacris deposuit se predicta duo nobilia causa empcionis & vendicionis pro quadam tunica anglice a Jac vocata recepisse; unde iusticia mediante dimissus est.

Nov. 5, 1468. Thomas Fermer de Wyȝteham quinto die Nouembris confessus est se debere magistro Thome Peny VIIs. IIId. soluendos eidem Thome Peny ad arbitrium Iohannis[2] cum proximo ad partes istas venerit.

Nov. 7, 1468. VII° die Nouembris I. Ketyl constituit magistrum I. Walyngford procuratorem eius legitimum cum potestate substituendi.

Oct. 18, 1468. Memorandum quod XVIII° die Octobris Edwardus [*blank*] bocher & Willelmus Plumpton sponte seipsos obligauerunt ad sistendum coram officium Cancellarii occupante in iudicio Robertum Ruschew sub pena decem librarum ad respondendum Iohanni Perkyn in quadam accione iniuriarum usque in finem eiusdem & in fine sentencie siue absolutorie siue condempnatorie prefatum Robertum personaliter introducere sub pena predicta; item antedicti fideiussores Edwardus & Willelmus promiserunt quod Robertus Ruschew nullam accionem coram aliquo forinseco iudice attemptabit versus magistrum Robertum Byrt sub pena centum solidorum. Item idem fideiussores promiserunt quod sepedictus Robertus

[1] The entry is crossed out; in the margin is 'vacat quia compromissum est voluntate parcium'

[2] *Sic.*

nullam accionem per se uel alium nomine suo penes magistrum Lodwicum Ihon coram aliquo foraneo iudice attemptabit sub pena decem marcarum.

Memorandum quod IX° die Nouembris Iohannes Strutt alias Ienkyn seipsum coram [nobis][1] per scriptum suum obligatorium obligauit venerabilibus viris magistro Thome Chawndeler & Ricardo Harecoort militi & Ricardo Norcote in centum libris Anglicane monete soluendis eisdem uel eorum certo attornato 29 die Nouembris nisi Petrum Gorton possit coram Cancellario inducere ad respondendum Ricardo Norcote in accione quadam iniuriarum uel nisi seipsum scilicet Iohannem predictum offerat coram Cancellario ad prerecitatam iniuriam sufficienter responsurum.[2] fol.259v= ccclxxxiiv Nov. 9, 1468.

Thomas Tayler, Willelmus Clere taylour, Robertus Nasche cobeler & I. Herne coke & quilibet eorum constituit magistrum Iohannem Walyngford procuratorem cum potestate substituendi, iurandi de calumpnia &c.

14 die Nouembris I. Adam constituit magistrum Arnulphum Colynge eius procuratorem legitimum cum potestate substituendi &c. Eodem die Petronilla de signo Georg' abiurauit villam & decem miliaria undique nisi Cancellarius dispensauerit. Nov. 14, 1468.

15° die Elizabeth Busche abiurauit villam & quinque miliaria quia coniugem ibi habuit.[3] Nov. 15, 1468.

Eodem die Alicia Nubil abiurauit villam & decem miliaria nisi Cancellario aliter visum fuerit.

Katerina Nodewal abiurauit villam & quinque miliaria non reuersura nisi Cancellarius licenciauerit.

20 die Nouembris Galfridus Ihon & I. Borow alias Coke fide media promiserunt sistere dominum Georgium Mychegode in iudicio sub pena XXXV librarum usque ad finem litis & de iudicatum solui, si ipsum Georgium per sentenciam uel arbitrium condempnari contigerit in quadam causa quam versus eundem Georgium magister Walterus Paytewyn a diu coram nobis pendentem attemptauit. Insuper fideiussores antedicti sub pena prescripta promiserunt quod dominus Georgius Mychegode nec per se[4] nec alium aliquam accionem coram nobis attemptabilem[5] versus Nov. 20, 1468.

[1] Not in MS.

[2] respondend', MS.

[3] Apparently this clause gives the reason why she was allowed to reside within ten miles of Oxford.

[4] pere MS.

[5] attemptampt', MS.

magistros Paytewyn, Rogerum Gryffet & Ricardum Stephyn coram forinseco iudice quouis pacto ventilabit occasione alicuius anteacti.

Eodem eciam die Iacobus Herford & Willelmus Yue promiserunt sub pena xxx librarum quod magister Walterus Paytewyn nec per se uel alium causam quandam detencionis bonorum magistri predicti coram alio iudice a Cancellario Oxonie aliquo colore intentabit.

Nov. 21, 1468. 21 die Nouembris iniunximus uxori Scherman minoris quod abhinc cauebit de suspectis personis uel horis in domo propria uel aliena; quod eciam facere promisit sub pena xx solidorum; teste magistro I. Bulco*m*.

Willelmus Swaynborne constituit magistrum I. Walyngford eius legitimum procuratorem.

Nov. 24, 1468. 24 die Nouembris Willelmus Daguyl & Willelmus Yue promiserunt sub pena viginti librarum stare laudo & arbitrio magistrorum Willelmi Tybard & Ricardi Bernys in quadam causa coram nobis mota, si laudum tulerint ante terciam dominicam Aduentus. Quod si non fecerint uterque prefatorum obligatorum comparebit coram officium [Cancellarii][1] occupante 12 die Decembris sub pena &c.

Nov. 29, 1468. Penultimo die Nouembris dominus Iohannes Noter coram nobis fatebatur se obligatum esse magistro Thome Pople in xl libris sterlingorum, & se eciam earundem debitorem constituit, nisi possit adducere coram nobis uel magistro antedicto quendam sacerdotem pro quo prefatus dominus Iohannes obligatum se esse firmauit. Iurauit insuper quod infra mensem, quantum in ipso est, laborabit pro induccione sacerdotis sepedicti uel alias seipsum in iudicio presentabit ad subeundum quod equum & iustum censebitur.

fol.260r= cccxxxiiir. Oct. 28, 1468. Idem Robertus[2] iurauit ad sancta dei euangelia se seruaturum pacem penes magistrum Robertum Algur et ei adherentes, et hoc sub pena xl librarum.

Robertus Smythe de Lauerans Baldon tactis sacris euangeliis & sub pena xl solidorum promisit coram nobis parere laudo & arbitrio magistri Iacobi Preston & Thome Hudson in quadam causa pendente inter magistrum Robertum Algur & antedictum

[1] Not in MS.

[2] This is added at the top of the page, and should logically follow the next entry. It may be added that the page is headed 1478, but evidently in error.

Robertum Smythe. Item quod predictus Robertus non trahet aliquam materiam adextra per se uel alium nomine suo eiusve approbatione contra magistrum Robertum Algur uel aliquem sibi adherentem occasione alicuius litis inter eosdem inantea mote; & ad hoc obseruandum tactis sacrosanctis & inspectis sepedictus Robertus Smythe iurauit. Acta sunt hec coram nobis 28 die Octobris.

Tercio die Octobris I. Lukere de Henxe magistrum I. Morgan constituit ad agendum &c. **Oct. 3, 1468.**

Memorandum quod secundo die Decembris coram nobis condempnati sunt Philippus Hede & Ihon' Aston' fideiussores uel pocius debitores pro Thoma Luffnam Iohanni Cater de Oseney in nouem libris & xx denariis soluendis predicto Iohanni Cater infra octo dies sub pena suspensionis quam ferimus nunc pro tunc & econtra, nisi aliter possit inter partes concordia fieri. **Dec. 2, 1468.**

Eodem die coram nobis fide media promisit dominus Iohannes Bragg' & sub pena viginti marcarum seipsum obligauit quod non trahet nec trahi faciet eius consilio, auxilio uel consensu aliquam materiam extra curiam cancellarii versus Dauid Keys nec Iohannem Griffett, modo procuratores capelle sancti Thome in ecclesia beate Virginis Oxonie, occasione alicuius litis seu contrauersie inter eosdem ab inicio mundi usque in hunc diem mote; item eodem die Iohannes Truder simili iuramento & obligacione promisit se nullam causam coram foraneo iudice penes iamdictos procuratores attemptare.

Decimo die Decembris Agnes Hauyl peciit bona Ricardi Daret quondam aule[1] Vinee mancipii arestari pro ceruisia usque ad summam xlviiis. **Dec. 10, 1468.**

Memorandum quod quinto die Decembris nos magister Thomas Stephyn sacre theologie professor, commissarius domini cancellarii in Uniuersitate Oxonie generalis, arbiter, arbitrator seu amicabilis compositor per honestos viros magistros Rogerum Gryfet & Ricardum Stephyn procuratores magistri Walteri Paytewyn de Wigornia ex una parte necnon per dominum Georgium Mychegode capellanum quondam de eadem, iam de Oxonia, clericum concorditer ac indifferenter electus & assumptus de & super omnibus & singulis prouentibus & emolumentis ecclesie sancte Elene de Wigornia predicta & eorum communi estimacione, necnon super **Dec. 5, 1468.**

[1] aulee, MS.

quibusdam libris qui pretenduntur subtracti consilio uel auxilio dicti domini Georgii, ac articulis quibuscumque dependentibus ex eisdem seu eorum aliquo, ac eciam de & super omnibus accionibus, querelis & transgressionibus pretensis seu pretendendis contra dictum dominum Georgium [uel][1] contra prefatos magistros Paytewyn, Gryffet & Stephyn seu eorum aliquem a principio mundi usque in diem confeccionis presencium, auditis pariter & intellectis utriusque partis allegacionibus, pro bono pacis & concordie inter partes predictas perpetuo habende laudamus, arbitramur ac diffinimus quod dictus dominus Georgius soluet seu solui faciet predicto magistro Waltero eiusve deputato octo libras sex solidos & octo denarios ad dies infrascriptos, scilicet die Lune datam presencium proximo sequente xx*s.*, in festo Purificacionis beate Marie proximo extunc sequente tres libras legalis monete Anglie xiii*s.* iiii*d.*, & in vigilia Pasche extunc proximo sequente alias tres libras xiii*s.* iiii*d.*, dictoque domino Georgio super omnibus & singulis accionibus, querelis & transgressionibus contra personas predictas silentium perpetuum imponentes adiicimus insuper quod predictus dominus Georgius suam sine dolo diligenciam adhibebit aliquam recuperacionem & restitutionem librorum predictorum prefato magistro Waltero seu eius deputato realiter faciendi, & hoc tactis euangeliis se effecturum iurabit. Quo facto predicti magister Walterus & Georgius hinc inde mutuas acquietancias facient de premissis cum ad hoc alter per alterum seu eius deputatum fuerit requisitus uel interpellatus. Que omnia & singula exacte obseruari arbitramur & laudamus sub pena in compromisso inserta, scilicet xxx quinque librarum, parti parenti pro dimidia per partem non parentem applicanda, necnon pro alia dimidia communi burse Uniuersitatis Oxonie. Et quod predicti magistri scilicet Paytewyn, Gryffet & Stephyn laudo ut prefertur parebunt, fideiussores Iacobum Herforde & Willelmum Yue coram nobis induxerunt, qui sub pena ut prefertur scilicet xxx librarum hoc idem promiserunt.

fol.260v= cccxxxiiiv. Dec. 7, 1468. Septimo die Decembris comparuerunt coram nobis dominus Willelmus Staueley & dominus Edwardus Dauid per procuratores suos ad hoc legitime deputatos, qui promiserunt stare laudo & arbitrio duorum venerabilium virorum scilicet doctoris I. Bower sacre theologie professoris & doctoris T. Ianne sacrorum canonum professoris in quadam causa a diu coram nobis pendente indecisa sub pena viginti marcarum, si laudum tulerint ante festum sancti Hillarii proximo futurum. Insuper partes predicte promiserunt

[1] Not in MS.

fide media hinc inde per se & suos, quantum in eis est, pacem seruare & hoc sub pena predicta. Item si nullum laudum ante prefinitum tempus feratur, promisit antedictus dominus Willelmus in proximo die Lune festum sancti Hillarii immediate sequente ut prefertur coram officium cancellarii occupante legitime comparere & prefato domino Edwardo in causa sua respondere. Et pro singulis condicionibus pro parte domini Willelmi iam recitati seipsum sponte obligauit Thomas Browne scissor, et eodem modo pro alia parte scilicet domini Edwardi Dauid Smythe; uterque vero sub pena viginti marcarum ut prefertur.

Decimo die Decembris Iohannes Swadlyng promisit soluere Nicholao Croke v solidos infra 8 dies immediate sequentes sub pena iuris. Dec. 10, 1468.

Eodem die Ricardus [*sic*] peciit a Ricardo Merstone quondam mancipio Aule Vinee xxxi*s.* viii*d.*

Memorandum quod ego Thomas Stephyn sacre theologie professor recepi a venerabili viro magistro Thoma[1] Chawndeler dudum commissario Uniuersitatis Oxonie duos ciphos pertinentes officio cancellarii. Primus est crater argenteus coopertus habens in pede tres leones deauratos, sed ciphus frangitur in superiori parte; item alium ciphum argenteum recepi coopertum totaliter deauratum de dono magistri Nicholai Herbyry, ut patet in pede eiusdem, fractum tamen.

xii die Decembris Willelmus Thorne constituit magistrum Lodwicum Ihon cum potestate substituendi &c. Dec. 12, 1468.

Eodem die dominus Georgius Mychegode soluit coram nobis procuratoribus magistri Walteri Paytewyn xx solidos in partem solucionis maioris summe, ut in quodam compromisso antea inseritur.

Eodem eciam die Willelmus Seryd confessus est se debitorem esse Alexandro Douer collectori reddituum de Oryalle in sex solidis solvendis eidem terminis qui sequuntur, scilicet in festo Natalis proximo sequenti ii*s.*, in festo Pasche extunc proximo sequenti ii*s.* & in festo sancti Iohannis Baptiste extunc proximo sequenti ii*s.*, semper sub pena suspensionis pro tunc ut pro nunc & econtra.

Item Alicia Style constituit magistrum Umfridum Hawardyn cum potestate substituendi.

[1] Thome, MS.

Dec. 14, 1468. 14° die Decembris coram nobis tactis sacris dominus Thomas Palmer rector de Ykeford, Ihon' Byrt, Ihon' Colyng of Schobyntone iurauerunt quod dominus Nicholaus Dant vicarius de Hadnam obligauit se sub pena centum librarum ad seruandum dominum Ricardum Halywelle indempnem penes hoc quod seipsum obligauerat magistro [*blank*] pro domino Willelmo Karuer alias dicto domino Thoma Smythe.[1]

Eodem die Willelmus Wymond alias Zuger ad sancta iuratus euangelia dixit se cum quodam socio suo fecisse 4 milia fakats & plura apud Wyke ad instanciam Willelmi Yue conductus & nichil de parte Thome Mustell, & fakats pro maiori parte ponderabant quantum modius tritici.

Dec. 16, 1468. XVI° Decembris coram nobis comparuerunt dominus Mauricius ap Dauid & Thomas Bayle, qui promisit iamdicto Mawricio soluere infra XXIIII^{or} horas XX solidos & in die Annunciacionis XIIIs. IIII*d.* proximo futuro & in festo sancti Baptiste proximo futuro XIIIs. IIII*d.* & in festo Michaelis proximo futuro XIIIs. IIII*d.*; et ad istas soluciones fideliter ut premittitur persoluendas Thomas Mustell sponte sua fideiussor intercessit. Notandum quod huic promisso est ista que sequitur adiecta condicio, quod prefatus Mauricius orabit pro anima cuiusdam mortui nomine Guttow Keysatt, & si aliquod appellum contra prefatum Thomam Bayle occasione mortis iamdicti Guttow quouismodo per personam de iure potestatem prosequendi habentem uel contra aliquem pro illo prosequatur, tunc predictus Mawricius sepedicto Thome uel assignatis suis tres libras restituet; ad quod faciendum dictus Mawricius fideiussorem ac debitorem Thomam Ienkyn coram [nobis][2] sub pena antedicta constituit. Acta sunt hec ut supra die & anno supradictis.

fol.261r= ccxxxiiii^{r}. Dec. 16, 1468. Eodem die coram nobis Iohannes Ady, Willelmus Ouer & Thomas Forde de Oxonia, fideiussores pro quodam Thoma Weston de non trahendo adextra magistros Willelmum Browne uel Willelmum Appylby aut aliquem eorum seruiencium coram aliquo iudice extra Uniuersitatem, confessi sunt & quilibet eorum confessus est quod Willelmus Rylay, Cristoforus Forde, Iohannes Mathew & Iohannes Horne qui in quadam obligacione simplici viginti librarum & quilibet eorum in solidum sunt eis obligati de conseruando ipsos indempnes, prout in quadam obligacione simplici continetur, tantum ex ista causa[3] que sequitur, viz. si predictus Thomas Weston dictos magistros Brown & Appylby aut aliquem eis seruientem extra Uniuersitatem ut predicitur traxerit ad iudicium & non pro aliqua alia causa. Quam uero obligacionem ex eorum unanimi consensu in manus Ricardi Spragott alderman deliberauerunt.

[1] Apparently the man was named William Karver or William Thomas, and was a smith.

[2] Not in MS.; perhaps *coram* was used as an adverb.

[3] Supply *obligati sunt.*

Eodem eciam die Iohannes Wylyam constituit se soluturum pro Owyno Iohanni Barow eiusve assignato XXV solidos ad terminos qui sequuntur sub pena suspensionis tociens quociens defecerit, in die viz. Annunciacionis proximo sequenti IIIIs., in festo sancti Iohannis Baptiste proximo extunc sequente IIIIs. & de termino in terminum usque ad completam solucionem summe antedicte. Dec. 16, 1468.

XX° die Decembris Iohannes Atwell constituit magistrum Dauid Wylyam cum potestate substituendi, transigendi, acquietandi, &c. Dec. 20, 1468.

Eodem eciam die examinata diligenter quadam causa & plenarie intellecta inter Iohannem Bylly seruientem Iohannis Mannyng & Thomam Crosse, condempnauimus iamdictum Thomam prefato Iohanni eiusve procuratori infra octo dies immediate sequentes in XIs. Anglicane monete persoluendis sub pena suspensionis nisi interuallo tempore [*sic*] Thomas sepedictus solucionem legitimam probare voluerit. Dec. 20, 1468.

23 die Decembris Thomas Forde & Willelmus Bayly obligauerunt se sub pena 4 marcarum Iohanni Barou applicandarum quod nec Thomas Weston de Wodestoke nec aliquis alius nomine prefati Thome Iohannem antedictum quouis pacto coram aliquo iudice vexabit pro recepcione XL solidorum a Thoma Forde & Willelmo antedictis quondam sepedicti Thome Weston fideiussoribus ut patet supra in registro isto. Dec. 23, 1468.

Eodem die Galfridus Ihon & I. Barow & quilibet constituit in eorum legitimum procuratorem Umfridum Hawardyn cum potestate substituendi.

24 die coram nobis magister Thomas Danet admisit Robertum Pratt in eius seruientem qui iurauit ad sancta euangelia se hoc non facere animo aliquem iudicem aliamve personam defraudandi, & ad obseruandum priuilegia Uniuersitatis. Dec. 24, 1468.

17° die Ianuarii T. Smyth de Bynsey & Robertus Ewan de Enysham obligauerunt se sub pena XL librarum quod Willelmus Rede seruabit pacem versus Willelmum Wutton & Ricardum Walker. Jan. 17, 1468/9.

Eodem, I. Barow confessus est se debere Thome Borton causa empcionis &c. xiiiis. iiiid., quos se soluturum constituit diebus qui sequuntur sub pena dupli tociens quociens, scilicet viis. iid. in festo Carnipriuii proximo futuro & alios viis. iid. in vigilia Pasche extunc proximo sequenti sub pena que prefertur.

Jan. 24, 1468/9. 24 Ianuarii T. Cross soluit coram nobis magistro Iohanni Ferm*er* xis. pro I. Mannyng de London haberdascher, in quibus condempnauimus eundem Thomam ad instanciam cuiusdam famuli sui pluribus elapsis diebus.[1]

Jan. 25, 1468/9. 25 die Ianuarii magister Thomas Phyppys constituit magistrum Umfridum Hawardyn cum potestate substituendi ceteraque faciendi que mandatum magis speciale exigunt.

Eodem die Galfridus Ihon constituit magistrum Lodwicum Ihon eius legitimum procuratorem ad agendum &c.

Jan. 26, 1468/9. 26^to die Iohanna Rike de Wodestoke constituit Iohannem Baker mancypyl ad agendum &c. cum potestate substituendi, recipiendi, acquietandi, imprisonandi, deliberandi, transigendi &c.

Eodem die Thomas Cartyr constituit in eius legitimos procuratores coniunctim & diuisim magistrum Umfridum Hawardyn & Georgium Warde cum potestate substituendi &c.

Eodem eciam die Ricardus Feson & Willelmus Bacon constituerunt magistrum Thomam Elysmer eorum legitimum procuratorem in omnibus causis defendend*is* uel prosequend*is* cum potestate substituendi &c.

fol.261v= cccxxxiiiiv.

Archiepiscopus. Annus domini 1468. T. Stephyn.

Jan. 28, 1468/9. 28 die Ianuarii dominus Hugo Yong' de aula Edmundi & Walterus Coke omnem accionem, iniuriam, querelam & transgressionem ab inicio mundi usque in presentem diem inter eosdem aliqua occasione ortam [compromiserunt] in magistros Ricardum Lawzhorn' & I. Coke usque ad primam dominicam Quadragesime. Item quilibet eorum promisit fide media & sub pena centum solidorum stare laudo predictorum magistrorum si quod tulerint in termino limitato. Quod si predicti viri laudum minime tulerint ut prefertur, tam dominus Hugo quam Walterus supradictus comparebunt & quilibet eorum comparebit proximo die Lune sequente primam dominicam Quadragesime coram officium cancellarii occupante sub pena predicta.

[1] See Dec. 20 on the previous page.

Feb. 2, 1468/9. Secundo die Februarii Nicholaus Karpenter & T. Smyth de Bynsey compromiserunt quandam accionem iniuriarum arestacionis ut pretenditur in Nicholaum Croke & I. Smyth, skynner, usque primam dominicam Quadragesime, & uterque eorum stare laudo predictorum arbitratorum si quod tulerint ad diem prefixum fide sua spopondit & sub pena centum solidorum. Quod si nullum laudum ferri contigerit partes antedicte comparebunt prima die Lune Quadragesime coram officium cancellarii occupante sub pena que prefertur.

Feb. 3, 1468/9. Tercio die Februarii T. Stawnton de Esendon in comitatu Barksch' constituit magistrum Umfridum Hawardyn eius legitimum procuratorem cum potestate substituendi & aliis condicionibus necessariis.

Ricardus Cleue de Stawnton constituit magistrum Loneer eius legitimum procuratorem cum potestate substituendi & aliis que mandatum exigunt magis speciale.

Feb. 8, 1468/9. Octauo die Februarii Stubber, dyer, coram nobis fatebatur se fideiussisse sub pena xl solidorum ad sistendum iudicio Ricardum Cleue ad exhibendum caucionem sufficientem penes T. Stawnton supradictum, seruientem magistri Lawles, ut non trahat aliquam materiam contra eundem coram aliquo forinseco iudice, & Stubber non sistebat Ricardum predictum in termino promisso.

Memorandum quod quidam doctores & magistri deputati ad cognoscendum in quadam causa pendente inter superiorem & inferiorem bidellos utriusque iuris, fide qua tenentur Uniuersitati testificati sunt ita apud maiorem partem eorum ita fuisse inuentum atque decretum quod inferior bidellus haberet omni anno a superiore bidello eiusdem facultatis xiiis. iiiid., atque inferiorem bidellum isto debito iniuste fuisse spoliatum. Notandum quod quidam deputatorum hanc rem nobis palam fecerunt viue uocis oraculo, scilicet doctor Lawrencius Cock' & magister Willelmus Sutton; tres vero alii scilicet doctor Thomas Smythe, magister [*blank*] Dene & magister Iohannes Goolde per litteras suas proprias hoc idem testificati sunt, quas demonstrandas habemus.

Thomas Ian'

Feb. 15, 1468/9. xv° die Februarii Willelmus Barbur constituit magistrum Dauid Wiliam legittimum procuratorem in omnibus causis ipsum concernentibus ad agendum, defendendum & cum clausula ad substituendum.

Jan. 16, 1468/9. XVI° die Ianuarii dominus Iohannes Sclatter accepit sibi in seruientem Willelmum Dene, qui tactis sacrosanctis dei ewangeliis iurauit coram nobis se seruaturum priuilegia nostre Uniuersitatis.

fol.262r= cccxxxvr.

Thomas Ian'

Feb. 21, 1468/9. Vicesimo primo die Februarii quidam Nicholaus Cooke de parochia sancti Martini Oxonie coram venerabili viro magistro Nicholao Langton procuratore boriali in manso suo manucepit seu fideiubebat corpus ad corpus pro quodam Edwardo Holden bochere de parochia sancti Michaelis ad portam australem in eadem, ut eundem Edwardum corporaliter presentaret seu presentari faciet eidem domino procuratori XXV° die mensis eiusdem hora prima in dicto manso suo absque dilacione, ad respondendum magistris Iohanni Boteler & Thome Pawnton de aula Hamptone Oxonie antedicte veris & legitimis attornatis magistri Radulphi Dalton quondam socii collegii Animarum in Oxonia in quadam causa obligatoria decem librarum coram domino Caucellario seu eius commissario quocumque; sed nec ipse Nicholaus Coke in hora signata personaliter nec nomine procuratorio comparuit, neque dictus Edwardus pro quo corporaliter manucepit. Unde idem Nicholaus Cooke alias coram dicto domino procuratore ultimo scilicet die mensis eiusdem vocatus & conuentus ad instanciam dictorum magistrorum Iohannis & Thome attornatorum pro debito dicte obligacionis releuando optulit se absque contradictione & excusacione aliqua merito condempnandum & tanquam condempnatum coram eodem, submittens & offerens se sponte ad carceres, si dicti magistri attornati hoc ad tunc peterent vel exigerent ab eodem, protestans insuper fide media se carceres non refutare quocumque tempore alio, ad eosdem si[1] dicti attornati ipsum ire demandarent, absque iudiciali decreto alicuius iudicis alcioris.

Feb. 21, 1468/9. Eodem die Willelmus Braseour de Conuentria clericus & Willelmus[2] Lychfield de Abundone baker constituerunt coniunctim & diuisim magistrum Vmfridum Hauardene suum procuratorem generalem cum potestate agendi, defendendi, substituendi, appellandi, protestandi, iurandi de calumpnia & de veritate, crimina & defectus obiciendi, compromittendi in quascumque personas & de solutis acquietancias faciendi, ceteraque omnia & singula excercendi & expediendi, eciam si mandatum exigant maius [*sic*]

[1] *si* is added above the line and should have been inserted before *ad eosdem*.

[2] Originally written 'Ricardus'.

speciale, promittentes sub ypotheca omnium bonorum suorum[1] iudicatum solui & de iudicio sisti, si eidem procuratori visum fuerit expedire.

Feb. 22, 1468/9. Vicesimo secundo die Februarii Nicholaus Carpynter constituit magistrum Thomam Mortone suum legitimum procuratorem in omnibus causis ipsum concernentibus ad agendum, defendendum, & cum clausula substituendi.

Feb. 22, 1468/9. Eodem die inceptor Dauid in facultate arcium de aula Trabina conuictus fuit coram nobis de & super notabili furto nequiter perpetrato circa feretrum sancte Frydeswyde, & hoc per testes verissimos secundum formam statutorum iuratòs & per confessionem sui ipsius priorisque monasterii sancte Frydeswyde, ad valorem c marcarum & ultra in monilibus lapidibusque preciosis que penes nos remanserunt per quindenam & ultra ad ostendendum eis qui ad excusacionem ipsius adiu nobis laborarunt pro purgacione innocencie ipsius admittenda. Quare iusticia mediante hiis omnibus visis & intellectis iniunximus eidem una cum concensu procuratorum ne ascenderet ad gradum alciorem, ad laudem & honorem nostre Uniuersitatis.

Feb. 23, 1468/9. Memorandum quod anno domini MCCCCLXVIII vicesimo tercio die Februarii exibitum fuit coram nobis quoddam procuratorium communi sigillo sigillatum in quo Walterus abbas domus beate Virginis in Hibernia & conuentus eiusdem ordinarunt & constituerunt magistr*um* Robertum Lawles, Nicholaum Dowdale, Nicholaum Barrey, Iohannem Glouer, procuratores legitimos ad petendum, exigendum & recipiendum omnia & singula bona que Edwardus Ysfele [*sic*] nuper commonacus & frater eiusdem domus, nunc autem defunctus, aliquo modo habuit infra regnum Anglie & specialiter in Oxonia siue infra procinctum eiusdem in quorumcumque manibus existunt vel ubilibet reperiri possunt; quod quidem procuratorium quasi legitimum approbauimus, & ad predicta facienda procuratoribus suprascriptis plenariam quantum in nobis est contulimus potestatem.

fol.262v= cccxxxvv. Mar. 3, 1468/9. Tercio die Marcii magister Willelmus Malleyn rector de Wygyntone constituit magistrum Lodowicum Ion' legittimum procuratorem suum in omnibus causis ipsum concernentibus ad agendum & defendendum & cum clausula substituendi.

[1] The MS. adds *caucion'* after *suorum*, but it seems to be unnecessary.

Mar. 4, 1468/9. Quarto die Marcii Radulphus Mylyn conuictus erat super perturbacione pacis & propter extractionem violentam gladii, & soluit quatuor solidos.

Mar. 10, 1468/9. Decimo die Marcii magister W. Goldwyn socius perpetuus collegii Animarum institit penes nostrum officium supplicando quatinus dignaremur facere arestari quandam pecunie summam existentem in manibus magistri I. Martok aule Martonis in Oxonia, debitam cuidam I. Freer' bruer, qui per euidentes probaciones extitit debitor predicto magistro Goldwyn in tribus libris & ultra, & quia predictus I. Freere ad tunc exiuit villam & erat in casu fuge decernimus summam xxxs. iiiid. existentem in manibus predicti magistri Iohannis Martok antedicto magistro Goldwyn in parte solucionis fore soluendam.

Mar. 11, 1468/9. Undecimo die Marcii consimile decretum ad instanciam predicti magistri W. Goldwyn ex nostro officio emanauit de xi solidis apud I. Welfed remanentibus, magistro W. predicto in parte solucionis predicte summe trium librarum fideliter persoluendis; qui quidem xi solidi erant debiti predicto I. Freere.

Mar. 17, 1468/9. Septimo decimo die Marcii M. Stacy socius perpetuus collegii Martonis conuictus fuit super perturbacione pacis que facta erat in personis magistri Walteri Batys & eius famuli, qui nocte precedente hanc diem grauiter erant lesi cum diuersis armis invasiuis contra bonum regimen Uniuersitatis nostre & preiudicium [*sic*] eorundem.

Eodem die idem magister Stacy detectus erat & secundum statutorum exigenciam conuictus de & super adulterio multociens perpetrato cum uxore Ricardi Stacy glouer commorantis in hospicio de ly Ster,[1] & unus conuincencium iuramento affirmauit se recepisse a predicto viro xls. xii denariis exceptis, ad seruandum eius concilium & ad habendum introitum liberum diuersis noctibus quociens placeret cum muliere predicta rem illicitam committere, in sui animi [*sic*] preiudicium non modicum & grauamen.

Thomas Ian'

fol.263r= cccxxxvir. Mar. 1, 1468/9. In dei nomine Amen. Anno domini mccccLxviii primo die mensis Marcii ego magister Willelmus Rede compos mentis & sane memorie condo testamentum meum in hunc modum. In primis lego animam meam deo patri omnipotenti, beatissime Marie semper virgini atque omnibus sanctis corpusque meum sacre sepulture in ecclesia parochiali sancte Marie Magdalene extra

[1] The Star, now the northern part of the Clarendon.

portam borialem Oxonie. Item lego matrici ecclesie Lincoln viiid.; item lego reparacioni librorum in ecclesia parochiali predicta ac aliis necessariis vis. viiid. per superuisionem executorum meorum. Item lego collegio Balioli unum librum continentem opus Gregorii super Ezechielem & Hugonis super Apocalipsim.[1] Item lego post decessum magistri Iohannis Asby collegio Lincoln' librum continentem dicta Lincoln*iensis* de venenis & de lingua.[2] Item lego domino Ricardo Bostone canonico de Osseney xxs. unam murram & quatuor cocliaria visa per testes huius testamenti. Item lego librarie in ecclesia parochiali de Bostone dedicata in honore sancti Botulphi unum librum qui vocatur Briton'; item lego omnes & singulos libros meos alios magistro Iohanni Asby usque ad terminum vite sue & post decessum suum deliberet siue deliberari faciat aliis sacerdotibus sic ut orarent pro animabus nostris & animabus pro quibus tenemur, nisi ex ultima necessitate cogatur aliquem eorum vendere. Item lego cuilibet sacerdoti commensali in vicaria mea[3] existenti ita quod sit in exequiis meis celebrandis xiid.; item lego in distribucione pauperum in pecuniis vel in valore xxs. Residuum vero bonorum meorum non legatorum pono in disposicione magistri Iohannis Asby & Iohannis Ady iunioris quos ordino, facio & constituo meos veros executores, quatenus ipsi presens testamentum fideliter exequantur cum effectu. Et lego dicto Iohanni Ady pro laboribus suis xiiis. iiiid.; dat' anno, die & mense supradictis; hiis testibus magistro Thoma Deladay, domino Iohanne Traveys & domino Iohanne Herde.

Probatum est presens testamentum xxiiio die Marcii anno domini mccccLxviii coram nobis magistro T. Ian decretorum doctore commissario generali & per nos approbatum, insinuatum & legittime pronunciatum pro eodem, commissaque est administracio omnium bonorum idem testamentum concernencium & ad illud spectancium executoribus suprascriptis in forma iuris iuratis, quos ab ulteriori compoto nobis aut officio inde faciendo dimittimus & acquietamus, saluo iure cuiuscumque. In cuius rei testimonium sigillum cancellariatus Uniuersitatis Oxonie apposuimus. Mar. 23, 1468/9.

T. Ian.

f. 263v= cccxxxvi[v]. Mar. 23, 1468/9. Vicesimo tercio die Marcii [*blank*] Lekys uxor Ricardi Lekes de parochia sancti Petri in oriente diffamata super crimine homicidii sub forma que sequitur, quod ministrasset scienter potum

[1] Still in Balliol Library; it is MS. XIV.

[2] Still in Lincoln College Library; it is MS. LVI.

[3] He was vicar of St. Mary Magdalen. Evidently the vicarage had been turned into a hall; see fol. 247v.

nociuum siue venenosum cuidam mulieri nomine Margarete Goodandfayer uxori Iohannis Goodandfayer de eadem parochia, proclamatione facta secundum iuris ordinem semetipsam quarta manu viz. quatuor honestarum mulierum conuicinarum eiusdem purgauit. Quare quantum in nobis fuit ipsam immunem a crimine, nullo comparente legittime contradictore, declarauimus,[1] pronunciauimus & ipsam restituimus bone fame ut decebat.

Mar. 24, 1468/9. Vicesimo quarto die Marcii nos magister T. Ian decretorum doctor ad causas commissarius generalis, cognitis meritis cuiusdam cause debiti xvis. viiid. inter Awynum Iohn' partem actricem & magistrum Thomam Phippis de Oxonia partem defendentem, quia inspectis deductis & allegatis coram nobis dictam partem actricem in nullo adinuenimus fundasse seu probasse intencionem suam, ideo instante & petente procuratore dicte partis defendentis in termino ad audiendum sentenciam diffinitiuam assignato, presente magistro I. Walyngford procuratore dicte partis actricis, predictum magistrum T. Phyppis in persona magistri Humfridi Hawardyn procuratoris sui finaliter ac diffinitiue absoluimus ab ulteriori impeticione dicti Awyni seu alicuius alterius occasione predicta in perpetuum, eidem & eorum cuilibet silencium perpetuum imponentes.

Mar. 24, 1468/9. Eodem die magister Iohannes Miles admisit in seruientem Iohannem Mathow upholster, qui tactis sanctis iurauit se seruaturum priuilegia Uniuersitatis &c.

Mar. 24, 1468/9. Eodem die auctoritate nostra venerabilis vir magister I. Bowyar sacre theologie professor arestari fecit in manibus Iohannis More communis stacionarii Uniuersitatis Oxonie decem solidos in partem solucionis cuiusdam debiti scilicet iiii nobilium sibi iuste soluendorum ex parte rectoris de Brodwell in comitatu Glocestrie quos x solidos iussimus incontinenti eidem magistro Iohanni Bowyar in partem solucionis per antedictum I. More deliberari cum effectu.

Eodem die conuictus fuit coram nobis quidam frater nomine Dauid ordinis Predicatorum super perturbacione pacis & percucione facta cum pugno, & propter paupertatem soluit tantum duos solidos.

fol.264=r cccxxxvii r. **T. Ianne.**

Bona que secuntur fuerunt in domo Willelmi Pratt bochar & debitoris N. Schafft appreciata per W. Gybbys bochar & Thomam Gaskyn bidellum inferiorem facultatis arcium; in primis a tryuet

[1] declarimus, MS.

iid.; item iii pynnys of yr' price iid.; item a hachet price id. ob.; item a payr of pynsores pryce iid.; item a payre of hokys off yryn price id.; item a hammur & a knyfe price id.; item a payre off pateyns price id.; item a pepur querne price ob.; item a payre off belus price id.; item a alebarell price iiid.; item a ale tankard price id.; item a nold ketyl price iiiid.; item a broche price iiiid.; item a pekke price id.; item ii ropys price vid.; item a iryn grapyll price iid.; item a lantorne price iid.; item an old Eanwas[1] with horse harnes price id.; item a berebarel price iid.; item a peyntyd clothe price viiid.; item a payre of horse feturs[2] price id. ob.; item a matres, a bolstar, a pelow & a keuerlet price vd.; item a bordyd bedd price vid.; item a cofur price iiid.; item wul to stuff dubletts price iid.; item a stole price iid.

Summa iiis. xid. ob.

Memorandum quod anno domini mccccLxvii° xii die Februarii emanauit quedam inhibicio auctoritate domini Cancellarii & transmissa maiori ville Oxonie in quadam causa mota inter abbatissam de Godstow & conuentum eiusdem ex parte una & magistrum Thomam Peny vicarium perpetuum ecclesie sancti Petri Oxonie in oriente ut pretendebatur ex parte altera, quatinus in causa cessaret nec inde processum ulteriorem faceret. Sed quoniam predicta abbatissa & conuentus per certas euidencias & indicia timebant dictam inhibicionem infringi, penes nostrum officium institerunt & humiliter supplicauerunt quatinus predictum Thomam Peny impediremus & ad presenciam nostram vocaremus iniungendo ei ad periculum sui iuramenti Uniuersitati prestiti ne predictam infringeret inhibicionem; & cum presenciam nostram aduenisset superque predicta materia eidem articulatum fuisset, pro firmo asseruit iuramentoque corporali prestito firmauit quod nunquam nomine proprio coram dicto maiore antedictam abbatissam inquietauit nec accionem nec placitum aliquod prosecutus est. Fatebatur tamen quod quidam Willelmus Ionnis de comitatu Herfordie quandam habuit accionem aduersus abbatissam supradictam racione cuiusdam domus existentis in Wuluyrcot iuxta Godstow, que fuit quondam Iohannis Chepman; de qua fuit iniuste expulsus vi & armis contra legem regiam [et][3] exclusus; racione cuius exclusionis [et][3] expulsionis Willelmus antedictus placitum incepit coram maiore, iure vere regio, aduersus abbatissam antedictam. Quare hiis intellectis, visis & probatis ex parte predicti Willelmi decreuimus [et][3] pronunciauimus inhibicionem illam nullius autoritatis esse vel fuisse, cum nobis constabat

[1] ? Ganwas. [2] Perhaps to hobble horses. [3] Not in MS.

euidenter magistrum Thomam Peny neutram fuisse partem litigancium, & non obstante inhibicione predicta interloquuti fuimus licitum fore antedicto Willelmo causam illam prosequi coram maiore ville Oxonie vel coram quocumque iudice temporali ubicumque existente & in omni competente.

Ap. 16, 1469. XVI° die mensis Aprilis comparuit coram nobis Thomas Luffnam de Oxonia bocher qui fatebatur se debitorem fore magistro Lodowico Ion' in XIIIs. & 4^{or}d., quam summam mandauimus predicto magistro fore soluendam infra octo dies sub pena suspensionis & incarceracionis.

fol.264^{v}= cccxxxviii^{v}.

Thomas Ianne.

Ap. 9, 1469. Nono die mensis Aprilis ac aliis diuersis diebus & temporibus nos Thomas Iam decretorum doctor commissarius generalis Uniuersitatis Oxonie fuimus requisiti & desiderati per procuratores huius Uniuersitatis & per alios venerabiles ad inquirendum & investigandum acta a diuersis & pluribus cancellariis & commissariis dicte Uniuersitatis ex multis annis transactis regestrata, utrum dominus Mauricius abbas ordinis sancti Bernardi de Albalanda in Wallia fuit & est bannitus. Nos vero commissarius antedictus ad promocionem & desideracionem dictorum procuratorum perscrutati fuimus acta inactitata per diuersos cancellarios & commissarios antecessores nostros. Unde quia prefatum abbatem nequiuimus ipsum invenire bannitum per aliqua acta regestrata, decreuimus hinc actum presentem fore scribendum, qui possit sufficere ad eius excussacionem [*sic*] nec non ad inquietacionem eiusdem sopiendam.

Ap. 9, 1469. Eodem die exposuit coram nobis magister Philippus Burgevene caucionem suo proprio nomine pro aula vulgariter nuncupata Bekysynne, pro cuius pensione fideliter persoluenda Thomam Yenkyns scissorem & Thomam Tayler commorantem in hospicio ubi est signum tauri[1] dedit fideiussores.

Ap. 10, 1469. Memorandum quod anno domini MCCCCLXIX°, X° die Aprilis magister Stacy socius perpetuus aule Mertonis in Oxonia conuictus fuit per testes idoneos secundum formam statutorum iuratos super diffamacione nequiter facta in personam magistri Walteri Batys, pro eo quod asseruit in multis locis infra Uniuersitatem ad eius perpetuam infamiam, si eius assercio fuisset vera, quod commisisset[2] adulterium cum uxore cuiusdam Ricardi Stacy com-

[1] On the east side of Cornmarket, next to the Cross on the south side of it.
[2] commisset, MS.

morantis in hospicio de le Ster in anime sue preiudicium non modicum & grauamen, & preter conuictionem confessus est idem magister Stacy coram nobis quod illud delictum antedictus Walterus Bate sepius cum eadem muliere commisisset & ad hoc probandum nominauit quandam mulierem quondam seruientem et familiarem eiusdem Ricardi Stacy, que ut asseruit vidit sepedictum magistrum sepius intendentem rem illicitam cum eadem muliere committere. Quare hiis auditis coram nobis et intellectis inquisicionem fecimus diligentem super veritate habenda in predictis, mandauimusque eandem seruientem exiberi coram nobis: unde ex parte nostra interrogacionibus rite factis, examinatisque cause circumstanciis, iurauit eadem mulier ad sancta dei euangelia quod nunquam vidit magistrum Bate committentem adulterium cum uxore Ricardi, nec dantem signa ex quibus colligi euidenter poterat ipsum esse in proposito rem illicitam committendi, sed omnem honestatem sibi ascripsit, et ista dixit per idem iuramentum remouendo omne odium, fauorem, seu parcialitatem quamcumque utriusque persone.

Ap. 11, 1469. Undecimo die Aprilis Deonisius Hogan substitutus aule de Turlokes ynne inuenit fideiussores pro pencione aule illius scilicet anni (soluendaque est in festo Michaelis proximo sequente) viginti solidorum, Matheum Mason & Thomam Mede.

fol.265^{r}= cccxxxviii

Thomas Ianne.

Ap. 20, 1469. Vicesimo die Aprilis magister Walterus Bate diffamatus super crimine adulterii ut pretensum est nuper commissi cum uxore Ricardi Stacy cum solemnitate venerabilium virorum se purgauit coram nobis, duobus procuratoribus circumsedentibus, manu duodena magistrorum, quorum nomina sunt hec magister Iohannes Stokys, magister Arundell, magister Mullyneus, magister Lee, magister Appulby, magister Pawnton, magister Proctor, magister Faysy, magister More, magister Pyttys, magister Wyche, magister Hudsonne; preterea citati erant magister Stacy de aula Mertonis, Ricardus Stacy et eius uxor, ad obiciendum in forma iuris contra personam magistri Bate, si quam obiectionem proponerent; quare ipsis comparentibus & nichil contradicentibus precludebamus eis terminum et omnibus aliis ulterius contradicendi, ipsumque admisimus ad purgacionem antedictam atque post purgacionem eundem restituimus bone fame, quantum in nobis est & permittunt iura.

Ap. 20, 1469. Eodem die magister Walterus Bate diffamatus de & ex eo quod diffamasset magistrum Stacy socium perpetuum aule Mertonis

super adulterio, pacis perturbacione, ac aliis diuersis criminibus, coram eodem magistro Stacy presente non reclamante nec contradicente purgauit se in presencia nostra, duobus circumsedentibus procuratoribus, cum manu duodena predictorum magistrorum secundum exigenciam statutorum et in eodem iuramento adiecit quod a principio mundi usque in presentem diem super aliquo crimine eundem magistrum Stacy nunquam diffamauit et precipue illo proposito impediendi eundem ab exhibicione, promocione, officiis seu honoribus quibuscumque.

May 5, 1469. Quinto die Maii anno supradicto recepit Walterus Petwyn per manus magistri Ricardi Sthephyns & magistri Humfridi Hawardyn VII libras sterlingorum VIs. VIIId. in plenam satisfaccionem omnium & singularum accionum, transgressionum & causarum motarum seu mouendarum inter dictum magistrum Walterum & dominum Georgium Michegud capellanum a principio mundi usque in diem confeccionis presencium, prouiso semper quod dictus dominus Georgius iuret personaliter tactis sacris secundum quod continetur in laudo lato inter dictum magistrum Walterum & dictum Georgium citra festum Ascensionis domini proximo futurum.

May 5, 1469. Eodem die dominus Willelmus Sanforde accepit sibi in seruientem Iohannem Torner, qui tactis sanctis ewangeliis iurauit se seruaturum priuilegia nostra Uniuersitatis.

May 5, 1469. Eodem die comparuit coram nobis Iohannes Moreley, qui confessus est se debere coquinario de Oseney quatuor libras & IIs.; ad quam quidem summam soluendam se obligauit sub pena incarceracionis & suspensionis, sub forma tamen que sequitur viz. quod in die Sabbati proximo sequenti soluat eidem coquinario quinque solidos, in festo sancti Iohannis Baptiste proximo sequenti soluet alios quinque solidos & sic in quolibet termino quinque solidos donec eadem summa supradicta fuerit plenarie persoluta, sub pena predicta tociens quociens in solucione defecerit.

Eodem die Thomas Bownde constituit coram nobis magistrum Iohannem Walynford, magistrum Georgium, magistrum Iohannem Mylett in suos veros & legittimos procuratores in omnibus causis ipsum concernentibus ad agendum & deffendendum [*sic*], ita quod non sit melior condicio occupantis, cum clausula substituendi & aliis requisitis.

fol.265v= cccxxxviiiv

Thomas Ianne.

Ap. 18, 1469. Memorandum quod anno domini MCCCCLXIX octauo decimo die Aprilis compromissum fuit in venerabiles viros magistrum I.

Trystroppe rectorem collegii Lincolnie in Oxonia et in magistrum Iohannem Philipp rectorem collegii Exonie in Oxonia in & de omnibus causis, accionibus, querelis, transgressionibus a principio mundi pendentibus usque in presentem diem inter magistrum Walterum Bate ex parte una et magistrum Stacy ex parte altera, qui quidem arbitri et compromissarii tulerunt arbitrium siue laudum quod sequitur XXIo die mensis Aprilis proximo sequentis: Ap. 21, 1469.
In dei nomine Amen. Uniuersis Cristi fidelibus innoteat [*sic*] per presentes quod nos magister Iohannes Trystroppe et magister Iohannes Phylyppe arbitri, arbitratores et amicabiles compositores concorditer et indifferenter electi per venerabiles viros magistrum Walterum Bate partem querelantem ex parte una & magistrum Stacy querelantem [*sic*] ex parte altera de & super omnibus et singulis causis, necnon & querelis et transgressionibus, motis uel mouendis inter predictas partes a principio mundi usque in diem confeccionis presencium, personas eorundem seu iura tangentibus, auditis visis et intellectis allegacionibus ac euidenciis utriusque partis, pro bono pacis et finalis concordie inter predictas personas perpetuo habende laudamus et arbitramur et laudando diffinimus subsequentes articulos hinc inde per partes predictas conseruandos, quorum primus est iste quod dicte partes dimittent omnem rancorem et omnem maliciam et quod omnino cessent [*sic*] et quilibet eorum cesset a diffamatoriis loquelis que tendunt in animarum suarum preiudicium et fatebuntur coram arbitris se esse in caritate et ibidem ostendent quedam signa amicicie, quam amiciciam ostendent in sociali potacione vel cum mutua manuum receptione. Secundus quod magister Bate nunquam turbabit neque vexabit per se nec scienter per alium uel alios, in iudicio uel extra, magistrum Stacy neque aliquem alium magistro Stacy in lite predicta favorabiliter adherentem, dummodo talis sic adherens non fuerit consentiens lesioni magistri Bate propter aliquod dictum uel factum eorum contra antedictum magistrum Bate in causis predictis a principio mundi usque in diem presentem, nisi constare poterit infra annum quod dictus magister Stacy antedictum magistrum Bate seu eius famulum verberauerit uel ad id consilium, auxilium uel fauorem dederit uel procurauerit; et si hoc probare poterit infra annum, adhuc magister Bate et magister Stacy stabunt & quilibet eorum stabit laudo et decreto dictorum arbitrorum pro finali concordia infra annum fienda. Tercius articulus quod magister Stacy neque aliquis alius nomine suo nunquam[1] vexabit neque turbabit per se nec per alium in iudicio neque extra magistrum Bate neque famulum eius nec aliquem alium quocum-

[1] nuncquam, MS.

que modo magistro Bate in lite predicta fauorabiliter adherentem propter aliquod dictum uel factum contra magistrum Stacy predictum a principio mundi usque in presentem diem motum. Et si infra annum constare poterit quod dictus magister Stacy non fuerit reus lesionis magistri Bate siue eius famuli, tunc magister Bate pro lesura fame magistri Stacy recompensanda, si probari poterit ipsum diffamasse solum & non alium, stabit eciam laudo et arbitrio predictorum arbitrorum, cui eciam laudo stabit magister Stacy, infra annum tamen fiendo. Quartus pro eo quod magister Bate appellauit a quadam purgacione facta contra formam statutorum Uniuersitatis, quia non fuit facta in presentia procuratorum ipsa purgacio, statuerunt arbitri antedicti quod magister Bate cessabit ab ulteriori prosecutione appellacionis sue et magister Stacy habebit liberam electionem an velit contentari cum illa purgacione quam nuper fecit coram venerabili domino episcopo Menevensi, commissario generali, an de nouo purgari velit. Quintus quod si predicti arbitri citra finem anni decesserint seu ad remotiores partes regni causa legitima commorari contigerit et super premissis[1] laudum dare nequiuerint inter partes predictas, tunc in omnibus articulis pretactis predicti magistri Bate et Stacy stabunt et quilibet eorum stabit arbitrio et laudo domini Cancel-
fol.266r = cccxxxixr. larii siue eius commissarii generalis et duorum procuratorum pro isto presenti anno existencium. Sextus quod si constare poterit infra annum quod predictus magister Stacy leserit Thomam Houghtone famulum magistri Bate uel ad idem consilium, auxilium uel fauorem dederit, predictus tamen Thomas Houghtone non vexabit neque turbabit predictum magistrum Stacy in iudicio neque extra pro eius lesura sed stabit arbitrio predictorum arbitrorum pro finali concordia habenda. Et si arbitri predicti in aliquo predictorum concordari non poterint [*sic*], tamen ipsi arbitri predicti habebunt potestatem elegendi tercium et maiori parti stabitur omnino pro finali decreto in singulis premissorum.

May 6, 1469. Sexto die mensis Maii factum est compromissum inter honestos viros videlicet venerabilem virum abbatem de Osney ex parte una & Iohannem Harreys inferiorem bidellum theologie ex parte altera & positum est in manibus magistri Henrici Suttun & magistri Lumley de & super omnibus accionibus inter partes predictas pendentibus sub hac forma scilicet quod dicti arbitri habeant potestatem tociens uocandi dictum Iohannem quociens eis uidebitur expedire & oportunum, procedendo in contumaciam ipsius in penam XL librarum, & quod dicti arbitri habent [*sic*] potestatem

[1] premissas, MS.

procedendi ad laudum, arbitrium, iudicium et decretum ipso presente uel absente, et quod dicti arbitri si non concordauerint uel concordare non poterint inter se eligant sibi imparem secundum eorum discrescionem, qui cum ipsis uel eorum uno dabit arbitrium siue laudum; et pars non obediens incidet in penam XL librarum, prouiso quod dictum laudum, arbitrium siue iudicium fiant & reddantur citra festum sancti Iohannis Baptiste proximo futuro inclusiue.

Octauo die Maii comparuit coram nobis Willelmus Cokkys de Wodstoke qui fatebatur se debere magistro Ricardo Stevyns artium magistro V nobilia quinque denarios & obolum, ad quam quidem summam fideliter soluendam induxit duos fideiussores scilicet I. Ketyll & I. Baker, qui promiserunt eidem magistro summam antedictam soluere siue eius vero procuratori in hiis terminis, scilicet in festo sancti Michaelis proximo sequenti unum nobile, in festo Natalis domini proximo sequenti aliud nobile, in festo Pasche sequenti aliud nobile, in festo sancti Iohannis Baptiste aliud nobile, in festo sancti Michaelis proximo sequenti totam summam residuam. May 8, 1469.

Nono die Maii factum est compromissum inter magistrum Georgium Warde ex parte una & Iohannem Clynke ex parte altera super omnibus accionibus inter eosdem pendentibus in manibus Iohannis Morley & Iohannis Waren', prouiso tamen quod idem arbitri ferant laudum citra festum sancte Trinitatis proximo sequens[1] inclusiue, & si concordare non poterunt Iohannes Clynke eliget imparem Thomam Karter qui habebit potestatem finiendi causas supradictas usque ad dies octo immediate sequentes, cui laudo obtemperabit idem Iohannes Clynke una cum dicto Georgio sub pena trium librarum. May 9, 1469.

Nono die Maii anno domini millesimo CCCCLXIX condempnatus fuit et est diffinitiue Robertus Sadler alias Robertus Bagley secundum quosdam nuncupatus de Oxonia in XVIII solidis sterlingorum soluendis magistro Humfrido Hawardyn procuratori domini Willelmi Brasiour de Conuentria eiusve procuratoris deputato, qui quidem procurator liberam habet in hac re potestatem cum potestate recipiendi & acquietandi. Condempnacio enim premissa facta est ut satisfiat infra octo dies hanc sentenciam proximo sequentes sub pena suspensionis & incarceracionis lata nunc pro tunc quocienscumque in aliquo premissorum defectum fuerit. May 9, 1469.

[1] sequenti, MS.

May 12, 1469. fol.266v = cccxxxixv.

XII° die mensis Maii anno domini MCCCCLXIX coram nobis magistro Thoma Iane decretorum doctore, commissario Uniuersitatis Oxonie generali ad causas, procuratores capelle sancti Thome martiris infra ecclesiam beate Marie virginis Oxonie notorie situate ex una parte et Agnes Bone uxor Thome Bone de eadem, mediante dicto suo marito ac eciam procuratore suo scilicet dicte Agnetis ad hec infrascripta constituto, compromiserunt concorditer in Thomam Sherman, Iohannem Potts, Iohannem Ianyns, et Iohannem Skelton arbitros, arbitratores necnon amicabiles compositores de & super omnibus ac singulis causis et querelis motis seu mouendis nomine dicte capelle seu contra ipsam per dictam Agnetem a principio mundi usque in hunc diem, et presertim pro quodam calice argenteo et patena eiusdem[1] deauratis ac eciam pro quatuor libris et duodecim solidis sterlingorum quos dicta Agnes dixit sibi deberi, promittentes stare laudo, sentencie et arbitrio dictorum arbitrorum seu arbitratorum in alto & in basso, in scriptis siue sine scriptis, partibus presentibus uel absentibus, si quod latum fuerit per ipsos ante festum Trinitatis proximo futurum plene transactum seu finitum, fide media et sub pena decem librarum parti parenti per partem non parentem applicandarum. Ac insuper dicti arbitri et arbitratores, visis auditis et intellectis allegacionibus utriusque partis, pro bono pacis & concordie inter partes predictas eo magis habende infra diem eis datum a partibus predictis laudauerunt ac eciam arbitrati sunt, ut in summa substantiam laudi comprehendam,[2] in forma que sequitur viz. quod dicta Agnes restitueret realiter & cum effectu predictum calicem cum patena sua procuratoribus dicte capelle tunc existentibus infra VIII dies presens laudum proximo sequentes, et hoc facto predicti procuratores soluerent dicte Agneti quadraginta sex solidos & VIII denarios, ac deinde mutuas acquietancias generales faciant quantum concernit dictam capellam, seruata potestate dictis procuratoribus recipiendi omnia debita dicte capelle eciam eorum debitorum qui olim assignabantur Philippo Marcham iam defuncto, que nondum dicto Philippo seu dicte Agneti quondam uxori ipsius sunt soluta. Dictique procuratores obtulerunt se paratos ad parendum laudo predicto; dicta autem Agnes recusauit dicto laudo parere, eo quod dixit laudum iniquum.

July 21, 1469.

XXI° die mensis Iulii anno predicto proximo Iohannes Rede de Rokby constituit magistrum Humfridum Hawardyn procuratorem suum in omnibus causis cum potestate substituendi, peciit-

[1] i. e. belonging to the chalice. [2] 'That I may summarize the award.'

que securitatem pacis eodem die coram nobis de domino Iohanne Curtes & concessimus ei.

June 25, 1469.

In dei nomine Amen; XXV° die mensis Iunii anno domini millesimo CCCCLXIX nos Robertus Menevensis, ac Uniuersitatis Oxonie commissarius generalis, arbiter, arbitrator et impar indifferenter assumptus per Philippum Awncell de Oxonia cocum ex una parte & Ricardum Sutton glouer, Luciam uxorem eiusdem, Iohannem Sutton filium eorundem, necnon Ricardum Grope, Ricardum Ricards, Aliciam Abirn, Henricum Patyn, Iohannem Eddisboro, Iohannem Shrim, Thomam Salmon, Aliciam Cobbs & Agnetem Carr' servientes dictorum Ricardi Sutton & Lucie de & super omnibus et singulis causis, rebus ac querelis natis, motis seu mouendis inter partes predictas a principio mundi usque in hunc diem, auditis allegacionibus et responsionibus utriusque partis hinc inde factis perpensisque, deliberacione habita, communicatoque peritorum concilio, pro bono pacis et concordie infra diem nobis a partibus prestitutum laudamus, arbitramur ac diffinimus quod dictus Philippus faciet ac deliberabit dicte Lucie, Iohanni filio eiusdem necnon singulis seruientibus supradictis acquietancias generales, datam presentis laudi et arbitrii continentes, infra VIII dies presens laudum proximo sequentes, ac deinde dicta Lucia deliberari faciet dicto Philippo unum scriptum obligatorium VII marcarum sex solidorum & VIII denariorum soluendorum ad terminos infrascriptos, videlicet in proximo festo post deliberacionem dicti scripti obligatorii XIIIs. IIIId. et citra festum Omnium Sanctorum proximo extunc sequens XIIIs. IIIId. & citra festum Purificacionis beate Marie proximo tunc sequens XIIIs. IIIId. et citra diem Ascencionis domini proximo extunc sequens alios XIIIs. IIIId. et citra diem Omnium Sanctorum proximo extunc sequens alios XIIIs. IIIId. et citra diem Purificacionis proximo extunc sequens alios XIIIs. IIIId. & citra diem Ascencionis domini proximo extunc sequens XX solidos, et de singulis parcellis sic solutis faciet dicte Lucie acquietancias speciales si petierit; ac dictus [Philippus][1] recipiet dictas septem marcas sex solidos & VIII denarios in plenam satisfaccionem omnium rerum, causarum & querelarum quas dictus Philippus unquam pretendebat seu pretendit contra dictam Luciam seu aliquem dictorum seruiencium. Et predictis adiciendo laudamus quod dictus Ricardus Sutton soluet aliterve satisfaciet dicto Philippo pro omnibus & singulis iniuriis, rebus & causis quas ipse umquam pretendebat seu pretendit contra dictum Ricardum centum solidos sterlingorum temporibus ac locis semper pro

fol. 267r = cccxlr.

[1] Not in MS.

arbitrio & placito nostro seu domini nostri Cancellarii Eboracensis archiepiscopi de consensu nostro limitandis, et faciet infra VIII dies presens laudum proximo sequentes generalem acquietanciam dicto Ricardo et post acquietanciam factam dictus Ricardus inueniet securitatem ad soluendum dictam summam centum solidorum sub forma predicta in plenam satisfaccionem omnium & singularum iniuriarum, causarum & transgressionum a principio mundi in hunc diem, saluo semper dicto Philippo iure agendi contra Iohannem Aschyndon & Margaretam uxorem suam. Et hiis peractis dictus Ricardus, Lucia, filius eorundem ac seruientes predicti acquietancias generales dicto Philippo, ac insuper dictus Ricardus & Lucia dabunt iuramentum corporale ad intimandum dicto Philippo si nouerint pro certo ubi sint aliqua dicti Philippi; hiis testibus, magistro Thoma Iane decretorum doctore, duobus procuratoribus Uniuersitatis & aliis quampluribus. Fideiussit de parendo laudo pro Philippo Awncell Iohannes Smyth skynner de Oxonia & Iohannes Iannys de eadem fideiussit in summa XL marcarum. Fideiussit vero pro parte altera Thomas Browne taylour in X marcis, Edmundus Steynour in X marcis, Ricardus Hernist in X marcis et Willelmus Parker taliour in X marcis.

June 29, 1469. Et insuper XXIX° die mensis Iunii anno supradicto coram nobis magistro Thoma Iane, decretorum doctore, commissario generali ad causas, partes predicte hinc inde deliberarunt generales acquietancias ac dictus Philippus recepit a dicta Lucia XIIIs. IIIId. in partem solucionis dictorum centum solidorum. Ac dictus Philippus personaliter coram nobis remisit scriptum obligatorium per Luciam faciendum pro registracione laudi predicti. Aceciam Philippus predictus recusauit securitatem a dicto Ricardo recipere pro dictis centum solidis donec limitarentur dies solucionis secundum formam laudi predicti.

fol. 267v = cccxlv. July 4, 1469.

Anno domini MCCCCLXIX

Comparentibus coram nobis quarto die Iulii magistro Thoma Peny actore ex parte una & domino Roberto Haylys commonacho ecclesie beate Marie virginis Abyndonie parte rea ex altera, fide eorum media interueniente, taliter compromissum erat, et voluerunt quod discreti in Cristo viri magister Humfridus Hauerdayn & magister Georgius Wode, magister Iohannes Walyngford & magister Iohannes Lonyer arbitri communiter & indifferenter a partibus predictis electi omnem & omnimodam potestatem pretextu cuiusdam porcionis de & super beneficio ipsius magistri Thome Peny rectoris de Wytham existentis & cuiuscumque controuersie, debate aut demande ac obligacionis cuiuscumque inter

partes predictas ante diem presentem motarum habeant examinandi, calculandi seu diffiniendi; ita ut ipsi citra festum Assumpcionis beate Marie virginis proximo futurum examinacionem, calculum seu diffinicionem predictam sic ut premittitur calculent seu diffinient [*sic*]. Sinautem, venerabilis in Cristo pater Iohannes Walton permissione diuina abbas de Oseynea [*sic*] ut impar communiter ac indifferenter inter partes predictas electus citra festum Michaelis archangeli proximo futurum huiusmodi controuersias, debatas & demandas sic ut premittitur omnem & omnimodam calculandi, arbitrandi ac diffiniendi potestatem habeat. Et si ipsi discreti viri arbitri superius nominati ac venerabilis in Cristo pater abbas de Oseynea superius nominatus arbitrator in causa predicta communiter ac communibus eorum voluntate & assensu mediantibus finem negocio non imposuerint, quod tunc discretus vir Willelmus Daguyll aldermannus Uniuersitatis nostre predicte[1] se in XL libris obligauit quod legittimis monicione ac requisicione presedentibus [*sic*] ipsum prefatum dominum Robertum Haylys nobis personaliter presentabit.

June 20, 1469. Memorandum quod anno domini MCCCC sexagesimo nono vicesimo die mensis Iunii comparuerunt coram nobis in Collegio Nouo Robertus Hagerstone & Rogerus Tychett, qui confessi sunt coram nobis se verberasse ac grauiter lesisse magistrum Walterum Bate & eius famulum in vigilia sancti Patricii ultimo preterita. Quare iuxta exigenciam statutorum nostrorum utrumque incarcerari iussimus in prisona de Bocardo & in crastino ad instantiam virorum venerabilium liberatus erat a carceribus Robartus [*sic*] Hagerstone suprascriptus. Rogerus tamen Tychett suprascriptus in eisdem carceribus permansit per spacium unius mensis; post cuius lapsum liberatus erat a carceribus absque voluntate & assensu antedicti magistri Bate, prestita tamen coram nobis fol.268r = cccxliir. sufficienti caucione de iudicio sisti ex parte Rogeri antedicti ad summam X librarum prestandam ex parte magistri Willelmi Stevyns & magistri Thome Toppyng, qui ad summam antedictam soluendam dati fuerunt fideiussores, si requisiti quandocumque infra mensem a tempore liberacionis sue ipsum non adduxerint coram nobis vel quocumque officium occupante. Sed quia fideiussores antedicti ipsum non exhibuerunt coram nobis ad instanciam magistri Bate legittime requisiti per eundem infra mensem, peciit coram nobis in registro nostri officii requisicionem antedictam fore describendam.

[1] *Universitas* must here be used in its local sense; an alderman of the town could not be a member of the University.

July 2, 1469. Secundo die mensis Iulii conuictus fuit coram nobis Ricardus Concell' de & super verberacione & enormi lesione magistri Walteri Bate & eius famuli in vigilia sancti Patricii per testes ad hoc secundum formam statutorum iuratos, qui eciam fatebantur coram nobis iuramento prestito quod idem Ricardus Councell instigatus necnon & interpellatus, rogatus & conductus erat per magistrum Stacy ad verberandum, ledendum & quod iniquius est ad occidendum magistrum Bate antedictum. Preterea confessus est idem Ricardus Councell' quod magister Stacy presens erat in verberacione siue enormi lesione magistri Bate, & cum incepisset cum eodem magistro Bate conflictum confessus est idem Ricardus Councell' coram testibus antedictis magistrum Stacy fugam cepisse & ipsum in magno periculo solum reliquisse.

Aug. 16, 1469. Sexto decimo die mensis Augusti Iohannes Kenfer & I. Rede fideiusserunt pro quadam muliere longa & Hibernica commorante in Paruo Balliolo[1] in summa vs. & viiid. soluenda W. Sprig infra octo dies post festum Michaelis.

Sept. 11, 1469. xio die Septembris anno domini millesimo cccclx nono Thomas Bone de Oxonia interuenit fideiussor [de][2] iudicio sisti & iudicatum solui pro Alexandro Waundelle ad instanciam magistri Ricardi Sthevyns. Insuper dictus Alexander tactis sacris iurauit quod compareret personaliter quandocumque ad eius perueniret noticiam siue per nuncium, litteras seu aliter iuxta exigenciam iuris & statutorum.

Eodem die dictus magister Ricardus Sthevyns constituit magistrum Humfridum Hawardyn suum procuratorem cum potestate substituendi, iurandi, appellandi, protestandi & cetera faciendi quecumque, eciam si mandatum exigant maius speciale.

Eodem die Alexander Waundelle constituit magistrum Iohannem Maver' procuratorem suum cum potestate substituendi, appellandi, protestandi & cetera faciendi quecumque, eciam si exigant maius speciale.

Sept. 22, 1469. Memorandum quod anno domini mcccclxix, vicesimo secundo die mensis Septembris comparuit coram nobis Iohannes Ware qui confessus est se debere Isabelle Boston xxxixs. & iiiid. soluendis infra tres septimanas, pro quibus pecuniis infra dictum terminum

[1] Little Bailey was the street running southward from Great Bailey (Queen Street) to St. Ebbe's church. Occasionally the name was used of the street running northward past New Inn Hall.

[2] Not in MS.

soluendis interuenit fideiussor dominus Walterus Py capellanus archidiaconi Oxonie, sub pena suspencionis.

Nono die Septembris anno domini 1469 magistri & bacallarii subscripti pro aulis et locis infra nominatis cauciones more antiquitus consueto posuerunt. fol. 268v = cccxliv. Sept. 9, 1469.

Magister Summaster nomine magistri Arundel pro aula Nigra Uniuersitatis.

Idem nomine magistri Mayow pro aula Ceruina.

Magister Sterre nomine proprio pro aula Aquile.

Magister Croke nomine magistri Bulkumb pro aula Trabina.

Magister Prestone nomine magistri Croke pro aula Latarum Portarum in parochia Omnium Sanctorum.

Magister Sadler nomine proprio pro aula sancte Marie.

Idem nomine magistri Sampson pro modica aula Martonis.

Idem nomine magistri Tayler pro aula Bedelli.

Magister Broke nomine magistri Lee pro aula Edmundi.

Idem nomine magistri Fysher pro aula Alba predicte aule adiuncta.

Idem nomine magistri Tukar pro aula Hugonis.

Magister Alexander Bell nomine magistri Segden pro hospicio Burnell.[1]

Idem nomine proprio pro aula Chimere.

Idem nomine magistri Appulby pro aula Pascerrina.

Idem nomine magistri Willelmi Bel pro quodam orto iuxta aulam Albani.

Magister Hudysone nomine proprio pro aula Stapulina.

Idem nomine magistri Cleyflan pro aula Nigra iuxta aulam predictam.

Idem nomine magistri Langtone pro aula Vitrea.

Idem nomine magistri Poplay pro tenemento abbatisse de Godstowe iuxta aulam predictam.

Idem nomine magistri Mundvyle pro orto inter aulam Nigram & scolas collegii Uniuersitatis.

Magister Gylys nomine magistri Danet pro aula Albani.

Idem nomine proprio pro aula Colcellina.

Dominus[2] Goodfelow nomine *domini* Iohannis Obyn pro aula sancti Michaelis.

Idem nomine proprio pro aula Iacobi.

Idem nomine doctoris Hall' pro aula Wulstani alias Dunstani; fideiussores pro pensione Robertus Stubber & [*blank*] Hethe.

[1] This and the next three were the property of Balliol.

[2] Perhaps *Doctor*.

Dominus Ricardus Dokulby nomine proprio pro aula de Pery.
Idem nomine doctoris Cokkys pro magnis scolis iuris canonici.
Dominus[1] Willelmus Sylke nomine proprio pro aula Bouina.
Idem pro aula Iacobi nomine magistri Horne.
Magister Wyther nomine magistri Collys pro aula Hamptonie.
Dominus[1] W. Steuyns nomine proprio pro hospicio Neuyl.
Idem nomine magistri Knyghtley pro Nunhal.
Magister Sowth nomine proprio pro introitu beate Marie.
Dominus[1] Philippus Welsh nomine proprio pro hospicio Turlokke.
Magister Fetziames nomine magistri Arnold pro aula Angulari.
Idem nomine proprio pro aula Urbani.
Idem nomine magistri Lee pro aula Cristophori.
Dominus[1] W. Walker nomine Lodowici Ionys pro aula Vinea.
Magister Goodale nomine proprio pro quodam orto exopposito collegii Lincoln' iuxta aulam Mildrede.
Dominus[1] Walker nomine *domini* Iohannis Morgan pro aula Salarii.
Dominus[1] Clyffe nomine proprio pro aula Myldrede.
Magister Henmarsh nomine proprio pro parua aula Uniuersitatis in alto vico.
Idem nomine magistri Baxter pro parua aula Uniuersitatis in vico scolarum.

fol. 269r = cccxliir. *Dominus*[1] Dauid Wyllyam nomine Mauricii Ionys pro aula Edwardi.

Dominus[1] Byrt nomine proprio pro aula Georgii.
Idem nomine *domini* Iohannis Mylet pro aula Cobbow.
Idem nomine *domini* Ricardi Spekynton pro aula Muriligorum.
Dominus[1] Browne nomine *domini* Iohannis Closse pro aula Alba Magna.
Idem nomine *domini* Iohannis More pro Hawkehal.
Idem nomine magistri Coldale pro parua aula Alba iuxta muros.
Dominus[1] Hawardyne nomine *domini* Iohannis Haddun pro aula Andree.
Idem nomine doctoris Gooder' pro aula Profunda.
Idem nomine proprio pro magnis scolis iuris ciuilis.
Dominus[1] Sylke nomine magistri Henrici Sutton pro Bekysyn.
Magister Brew nomine proprio pro aula Laurencii.
Idem nomine magistri Wellys pro aula Plummer.
Idem nomine magistri Luke pro orto annexo aule predicte.
Magister Willelmus Sutton nomine proprio pro aula Enea.

Sept. 19, 1469. Memorandum quod anno domini MCCCCLXIX, nonodecimo die

[1] In all these cases the original D has been altered to M.

mensis Septembris Iohannes Ketyll promisit fide media coram nobis soluere venerabili viro doctori Cokkys infra quindenam post festum sancti Michaelis proximo sequentem XL solidos sub pena XL solidorum, cuius pars dimidia Uniuersitati applicabitur, secunda vero parti antedicte.

Sept. 20, 1469. Vicesimo die Septembris comparuit coram nobis Robertus Kaxston de Oxonia qui confessus est coram nobis recepisse de Iohanne Harr' bidello inferiori facultatis theologie sub nomine mutui centum solidos, quos promisit fide sua coram nobis antedicto Iohanni soluendos erga festum Natalis domini proximo futurum sub pena centum solidorum preter summam antedictam, quorum pars dimidia applicabitur parti antedicte, altera vero Uniuersitati, si in termino predicto in solucione defecerit.

Sept. 11, 1469. Memorandum quod undecimo die mensis Septembris uocatus erat coram nobis Robertus Wrytte generosus bidellus in facultate iuris ad instanciam yconomorum ecclesie sancti Michaelis ad portam australem ad respondendum eisdem de & super quadam promissione facta ex parte eiusdem Roberti, que promissio fuit facta coram venerabili viro magistro Iohanne Coke extendens ad summam XX*s*. & ad utilitatem antedicte ecclesie, saltem ad opus nouarum campanarum; sed cum antedictus Robertus summam negasset antedictam & promissionem, tandem voluntarie optulit quod si magister W. Mownten' vellet asserere quod coram magistro Iohanne Coke ipso presente talem fecisset promissionem, quod absque mora & contradictione yconomis supradictis satisfaceret. Quare debitis cum instanciis requisiti, W. Mownten' antedictum iuratum in forma iuris interrogauimus, qui dixit se presentem fore cum ex parte sepedicti Roberti promissio fiebat, & hoc dixit cessantibus odio, fauore & parcialitate quibuscumque.

Oct. 22, 1469. Memorandum quod XXII die mensis Octobris Robertus Glover constituit magistrum Iohannem Walynforde & magistrum Lodowicum Ion' in suos ueros & leggitimos procuratores cum potestate substituendi, iurandi & appellandi & cetera faciendi quecumque, eciam si exigant mandatum speciale, ita quod non sit melior condicio occupantis.

Memorandum quod anno domini millesimo CCCCLXIX[1] deposuerunt coram nobis prestito iuramento magister Iohannes Farmer & Iohannes Hanny, quod venerabilis vir magister Thomas Stevyns

[1] No further date is given.

sentencialiter ac diffinitiue condempnauit Margaretam Love ad soluendum Leticie Myllen' decem solidos infra octo dies a tempore sentencie date. Quare iusticia mediante mandatum dedimus supradicte Leticie per antedictam Margaretam predictam summam persolui sub pena incarceracionis, quandocumque eam prefata Leticia solui voluerit infra certum tempus, videlicet octo dierum post sentenciam deditam.

Memorandum quod eodem die magister Lodowicus Iohn' & dominus Walterus Pye legittimi administratores deputati omnium bonorum Iohannis War' infra precinctum Uniuersitatis existencium dimissi sunt a compoto ulteriori officio nostro fiendo, saluo iure cuiuscumque.

fol.269v= cccxliiv. July 25, 1468. In dei nomine Amen. Nos magister Thomas Stephyn sacre theologie professor, arbiter, arbitrator & amicabilis compositor indifferenter & ex unanimi consensu assumptus pariter & electus inter venerabilem virum Iohannem Westbyry priorem sancte Frediswide nomine suo & conuentus sui parte ex una & honestum virum Rogerum Bolton rectorem ecclesie parochialis de Garsyndon parte ex altera ad terminandum & finiendum omnes & singulas acciones, lites, causas & querelas & precipue quandam causam pensionariam que coram officium Cancellariatus occupante adiu pendebat & adhuc pendet indecisam; quia nobis constat prefatum venerabilem virum priorem antedictum nominibus quibus supra suam intencionem in hac parte deductam, que talis fuit & est quod prefatus prior & conuentus nomine suo & sui prioratus fuerunt in possessione uel quasi iuris percipiendi annuam pensionem XL solidorum ab ecclesia de Garsyndon predicta & ipsius ecclesie rectoribus qui pro tempore fuerunt a tempore & per tempus cuius contrarii memoria non existit, ad plenum fundasse pariter & probasse; iccirco nos magister Thomas Stephyn vicecancellarius Oxonie antedictus, arbiter & arbitrator ut supra inter partes predictas assumptus pariter & electus, per hoc presens laudum nostrum plenum ius percipiendi dictam annuam pensionem XL solidorum ab ecclesia de Garsyndon predicta & ipsius ecclesie rectoribus qui pro tempore fuerint ad prefatos priorem & conuentum sancte Fridiswide & ipsorum prioratum pertinere & de iure pertinere debere sentencialiter & diffinitiue decernimus, pronunciamus & declaramus in hiis scriptis, dictumque Rogerum Bolton rectorem ecclesie de Garsyndon predicta in septem libris argenti pro tribus annis cum dimidio proximo iam preteritis per ipsum rectorem de dicta annua pensione subtractis dictis priori & con-

uentui sancte Frideswide soluendis condempnamus, nobis vero dictam summam septem librarum moderandi uel minuendi potestatem prout nobis melius videbitur reseruantes. Unde consideratis considerandis volumus & mandamus quantum in nobis est quod rector de Garsyndon antedictus & successores sui sine contradiccione monasterio sancte Frideswide, nominibus quibus supra, soluat seu solui faciat XL*s*. nomine annue pensionis singulis annis futuris; item quod rector antedictus soluet prefatis priori & conuentui eorumve legittime deputato pro arreragiis antedicte pensionis quinque marcas sex solidos & octo denarios modo qui sequitur, scilicet in festo Omnium Sanctorum proximo futuro soluet rector antedictus XXVI*s*. VIII*d*. in moneta Anglicana nisi aliter prior & conuentus voluerint; item predictus rector soluet sepedictis priori & conuentui in festo Natalis domini proximo futuro XX*s*. uel tantum valorem secundum fortunium mercati ad placitum prefatorum prioris & conuentus ut supra; item predictus rector soluet alios XXVI*s*. VIII*d*. in pecuniis in festo Annunciacionis beate Virginis proximo futuro nisi aliter cum sepefatis priore & conuentu concordare potuerit ut prefertur. Et ultra predictas quinque marcas cum dimidio dictus rector sepefatis priori & conuentui eorumve deputato seu assignato pro termino sancti Michaelis archangeli proximo post datam presencium soluet XX*s*. nomine dicte consuete annue pensionis in legitima moneta Anglicana & tantum in festo Annunciacionis beate Marie uel tantum in valore ad placitum prefatorum prioris & conuentus. Volumus insuper quod predictus rector de Garsyndon de solucione facienda ut prefertur fideiussores exhibeat ydoneos, uel obligacionem decem librarum legalis monete Anglie faciat sepedictis priori & conuentui eorumve deputato uel assignato ante festum Assumpcionis beate Marie proximo futurum. Insuper volumus quod facta solucione omnium & singularum predictarum summarum iuxta formam superius expressatam, quod tunc prior antedictus generalem faciat acquietanciam predicto rectori de omnibus arreragiis ante tempus laudi nostri dati exceptis XIII*s*. IIII*d*. in quibus erat prefatis priori & conuentui per sentenciam nostram Oxonie iudicialiter condempnatus. Postremo utrique parti iniungimus supradicte quod laudum nostrum seu arbitrium prorsus obseruent ac singulas particulas eiusdem sub pena prius in compromisso inserta, sub pena scilicet XL librarum legalis monete Anglie, quarum dimidia pars Uniuersitati, altera vero parti laudo parenti, omni semoto colore, sit applicanda. Dat' XXV^to^ die Iulii anno domini 1468. Et in termino prefato rectori assignato induxit fideiussorem scilicet Ricardum Wardale scissorem, qui coram nobis sponte se obligauit

& pro laudo sic ut suprafertur lato & eius qualibet perimplenda particula se debitorem constituit.

fol.270r= cccxliiir. Oct. 2, 1468.

T. Stephyn. Annus Cristi 1468.

Secundo die Octobris quia magister Willelmus Bragg' reperiri infra territorium nostrum minime potuit, decreuimus certa bona reperta in camera sua arestari pro redditu a retro ad peticionem procuratorum capelle sancti Thome infra ecclesiam beate Marie, ac denuo requisiti eadem bona appreciari decreuimus per viros indifferentes, & quia nondum predictis procuratoribus est satisfactum eadem bona vendicioni mandamus exponenda.

In primis a grene tabard, prec'	IIIs.
Item a murrey tabard & lynyd hode	IIIIs.
Item a mantel of murrey	IIs.
Item III olde blankets	XXd.
Item II olde couerlets of rede & grene	IIs. VId.
Item II matrass & a bolstar	IIs. VId., item IIIId.
Item II oolde curteynes of blew	XXd.
Item a grene gowne	XIId.
Item a broken cylor of a bed	IId.
Item a payre bregandyrs	XIId.
Item a ? lute	Xd.
Item II otyr skynnys	Xd.
Item IIII schets	IIIs. IIIId.
Item a brusche	Id.
Item II couers of cuppys	ob.
Item a combe	IIIId.
Item II pylowbers[1]	Id. ob.
Item a forcer & an olde blewsay[2]	Xd.
Item a payr scheres and a raser	IId.
Item a box	Id.
Item VIII olde quayres	VIIId.
Item a payre scheres	Id.
Item a payre sak' cum speculo	IId.
Item Calamarium[3]	Id.
Item I cista	VIIId.

Inuentarium omnium bonorum magistri Reginaldi Stone nuper defuncti inuentorum in camera eiusdem infra aulam Vineam Oxonie & appreciatorum auctoritate domini Cancellarii per Iohan-

[1] Pillow cases.
[2] This word occurs in the next will. Is it the case that the hood of a legist was called his 'blue say'?
[3] A box for pens.

nem Moore communem stacionarium, presentibus Lodwico Ihon, magistro Dauid Stone &c.

In primis I matrass with a bolstar prec'	IIs.
Item a tester & a hangyng bed	VIs.
Item a blew say	XXd.
Item a olde couerlet	VId.
Item II oolde hodys	IIs.
Item VI pece of pewter, IId. a pownd	Xd.
Item a chafyng dysche	VId.
Item a cofer	XVId.
Item I longdebufe[1]	XVId.
Item I boke of practyse	XVId.
Item an yryn forke & a pyle[2] (ob' pondus)	VIId.
Item I payre of playyng tablys	IIId.
Item I gowne clothe & a lynyng	VIs.
Item I bokeler	Xd.
Item I harpe	IIs.
Item I Sexte	IIIIs.
Item an olde text of decrees	IIIs.
Item Digest Vayle	IIIIs.
Item Digest Nefe	Vs.
Item an olde boke of practice	XIId.

Commissa est administracio bonorum hoc inuentarium concernencium magistro Dauid Stone & Galfrido Begbroke in forma iuris iuratis, qui computauerunt cum officio & dimissi sunt ab eodem, salvo iure cuiuscumque.

fol.270v= cccxliiiv. Sept. 15, 1468.

Anno domini 1468 Septembris die XV°.

Inuentarium omnium bonorum Walteri Iuner[3] existencium in camera sua situata in angulo iuxta sanctam Frideswidam.

In primis I box	prec' IId.
Item I cofer cum instrumentis pertinentibus Iuner	VIIId.
Item due ciste prec'	Xd.
Item I antiqua cista prec'	Vd.
Item I tabernacle pro ymaginibus[4]	XVIIId.
Item due ciste rennyng ledys[5]	Xd.
Item due cistule prec'	Xd.
Item due tabule prec'	XIId.
Item I tabylborde cum almary[6]	VIIId.
Item I tylle[7]	IIIId.

[1] A sword or spear shaped like an ox's tongue.
[2] A shovel.
[3] i.e. a joiner.
[4] i.e. prepared for a purchaser.
[5] Perhaps 'boxes of solder'.
[6] A cupboard.
[7] A small box.

Item pewter & plumbum	VII*d.*
Item I moolde	I*d.*
Item VII ymagines	XIIII*d.*
Item I cista cum instrumentis	IIII*d.*
Item VI trestell	VII*d.*
Item a latys[1]	IIII*d.*
Item II batelments[1]	II*s.* VI*d.*
Item due ciste cum contentis ignotis	XX*d.*
Item I foldyng tabyl	IIII*d.*
Item diuerse batylments	XIII*d.*
Item I ax	VI*d.*
Item III planks	XVI*d.*
Item II planks	III*d.*
Item I barre of yr'	III*d.*
Item a batylment	II*d.*
Item II stauys	I*d.*
Item II molions[2]	II*d.*
Item III stodys[3]	IIII*d.*
Item I lectum	III*d.*
Item omnia alia bona indifferenter appreciata	IIII*s.*
Item I tristel	II*d.*
Item II planks	VI*d.*
Item pro appreciacione bonorum	IIII*d.*
Item in seruisia & expensis	VI*d.*
Item parua mensa	III*d.*
Item in expensis	IIII*d.*
Item Galfrido Comade	XX*d.*
Item Oliuero Sergant pro arestacione	IIII*d.*
Item pro registracione [*blank*]	

Sept. 30, 1468. Bona magistri Roberti Cnolles appreciata ultimo die Septembris ad utilitatem Thome Schypforde.

In primis toga de violet cum capicio prec'	V*s.*
Item alia toga de violet prec'	III*s.*
Item capicium eiusdem coloris	XVI*d.*
Item toga musterdeuyl' longa cum capicio	VI*s.* VIII*d.*
Toga sangwyn engreyne	VIII*s.*
Item tabard violet engreynyd	VI*s.* VIII*d.*
Item I diplois worstede	II*s.*

Memorandum quod tabardus supra venditur a stacionario VII*s.* VIII*d.* preter feoda.

[1] Probably decorations for the edges or tops of articles of furniture.
[2] Perhaps wooden mullions ready prepared.
[3] Squared piece of timber, joists.

Bona Thome Pyne deposita penes Iohannem Rogger appreciata ad utilitatem eiusdem.

In primis I toga rusceti coloris lynyd prec'	VI*s.*
Item toga viridis de Kendale prec'	XII*d.*
Item toga sanguinei coloris	III*s.*
Item toga non confecta blac of lyer[1]	XII*d.*
Item alia toga non confecta blodii coloris	III*s.*
Item II quarters & slyuys of blac	IIII*d.*
Item I antiqua diplois	III*d.*
Item opertorium glauci & rubei coloris prec'	XVI*d.*
Item par lodicum	III*s.*
Item par lintheaminum	II*s.* VI*d.*
Item aliud par	XX*d.*
Item aliud par	X*d.*
Item I lintheamen	II*d.*
Item due camisie	X*d.*
Item par ocrearum	I*d.* ob.
Item I cista sine claue	VI*d.*
Item I puluinar	II*d.*
Item I speere	IIII*d.*
Item duo libri	II*d.*
Summa totalis XXVI*s.* III*d.* ob.	
Item pro appreciacione XII*d.*	
Item pro registracione IIII*d.*	

Annus Cristi 1469.

fol. 271r = cccxlvr. Sept. 3, 1469.

Tercio die Septembris anno domini supradicto nos Thomas Ian' comissarius antedictus ad peticionem [Rober]ti[2] Harlow, collectoris reddituum monasterii sancte Frideswide, diuersa bona in hospicio vulgariter nun[cupato Beke's] In reperta & inuenta arestanda fore decreuimus pro arreragiis pencionis dicti hospicii & aliis [debitis] ipsorum ad quos dicta pertinuerunt. Et dicta bona sic aresstata & iuxta formam statuti [Uniuer]sitatis more debito appreciata; de dictis bonis sic appreciatis[3] & de melioribus eorundem bonorum ad valorem[4] et summam XVIII*s.* VIII*d.* pro libito prefati collectoris eligendorum, prefato collectori reddituum ex predictis causis tradi, deliberari & [ ] precipimus ac eundem dominum Robertum collectorem redditorem reddituum antedictum post debitam ra[cionem de] bonis per eundem administratis coram

[1] i.e. black cloth from Lier or Lierre in Brabant; see Lyre in *N.E.D.*
[2] The end of each line has been cut off in the binding. The words in brackets are guessed.
[3] apprematis, MS.
[4] volorem, MS.

nobis rite factam ab officio nostro quietum clama[uimus] et ipsum a molestacione perturbacione & vexacione cuiusque ex causis premissis immunem fore d[ ] per decretum; excepto quod residuum bonorum per dictum collectorem pro predicta summa minime electorum dominis eorundem cum venerint bene fideliter & integraliter restituet.

July 12, 1469. XII die Iulii anno domini supradicti coram nobis commissario antedicto conuictus fuit [ ] magister Hugo filius Agnetis Leuys de Kyngs Hedd' per duos viros probos & honestos super [pertur]bacione pacis & prolacione verborum diffatorum [*sic*] & iniuriosorum[1] inuersum magistrum I. Walyngfforde, pro eo quod dictus magister Hugo suum cultellum extraxisset & dictum magistrum Iohannem Walyng[ford] cum eodem percussisset nisi dictus magister Iohannes Walyngfford cicius se in fugam[2] conuertisset, et eun[dem I.] Wallyngford ad tunc maliciose & diffamandi anima filium meretricis anglice Horesun & Kna[ve ite]ratis vicibus vociverauit [*sic*].

Oct. 26, 1469. XXVI die Octobris anno domini supradicto comparuit coram nobis commissa[rio ante]dicto quidam Thomas Roger de Kyng's Hedd' tayler ad instanciam magistri Iohannis Wall[yngford], et ad tunc audita[3] peticione dicti magistri Iohannis Wallyngfford nos[4] commissarius an[tedictus] ab eodem Thoma[5] Roger corporale iuramentum recepimus de non trahendo extra Uniuersitatem aliquam [causam] seu materiam terminabilem ad infra per se uel per alium seu sua voluntate, concilio [ ] vel per assensum versus magistrum Iohannem Wallyngford antedictum seu versus quemdam I[ohannem] Skydemor de Uniuersitate predicta bocher iussum per nos[6] commissarium antedictum ad s[oluendum] *magistro* I. Walynford XX*s*. debit*oris* cuiusdam.

Oct. 28, 1469. XXVIII die eiusdem mensis magister Iohannes Miles admisit in seruientem Iohannem Mathow upholster, promittens sibi pensionem consuetam &c.

Nov. 3, 1469. Tercio[7] die Nouembris Editha Punter constituit magistrum I. Walyngforde in eius legitimum procuratorem in omnibus causis, precipue in causa depositi.

[1] invrriosorum, MS.
[2] fugum, MS.
[3] audito, MS.
[4] nec, MS.
[5] Thomas, MS.
[6] uos, MS.
[7] At this point we have another hand; perhaps Humfrey Hawardyn; see Feb. 27, 1470.

Eodem die Iacobus Herford constituit magistrum Walyngford procuratorem in omnibus causis cum potestate substituendi.

Quinto die Octobris Ricardus Amisden constituit I. Walingford cum potestate substituendi, de calumpnia iurandi &c. Oct. 5, 1469.

Item Robertus Perkyn constituit Lodwicum Ihon procuratorem generalem in omnibus causis coram nobis terminabilibus.

24 die Octobris condempnatus fuit Ricardus Hernyst skynner de Oxonia magistro Roberto Passelew attornato legitimo Oliueri skynner de London in tribus libris & XII solidis legalis monete per doctorem Thomam Ian commissarium generalem ad eiusdem Ricardi spontaneam confessionem, ad terminos sequentes persoluendis in specialem solucionem cuiusdam maioris summe; viz. in festo Purificacionis beate Marie proximo futuro XII*s*., & in festo Inuencionis sancte Crucis proximo extunc sequente XX*s*., & in festo beati Petri ad Vincula proximo extunc sequenti [*sic*] XX*s*., & in festo Omnium Sanctorum proximo extunc sequenti alios XX*s*.; et si defectus fuerit in aliquo predictorum terminorum in parte uel in toto dictus Ricardus constituit se soluturum supradicto magistro Roberto XX*s*. nomine pene pro virili[1] dividendos inter dictum Robertum & Uniuersitatem, confessione & condempnacione predictis in suo robore omnino duraturis. Oct. 24, 1469.

Memorandum quod penultimo die Februarii Ricardus Harnest soluit coram nobis magistro Umfrido Hawardyn procuratori magistri Roberti Passlew XII*s*. in partem solucionis predicte summe III librarum & XII solidorum. Feb. 27, 1470.

Quinto die Nouembris Iohannes Love & Margareta uxor eiusdem, Iohannes Mylen nomine suo & uxoris sue compromiserunt in Iohannem Law, Ricardum Werdon, Thomam Scherman & Iohannem Berton arbitros, arbitratores necnon amicabiles compositores de & super omnibus accionibus, querelis, debitis & iniuriis a principio mundi usque in diem presentis laudi, promittentes stare se laudo, sentencie ac arbitrio dictorum arbitrorum in alto & in basso in scriptis siue sine scriptis, partibus presentibus uel absentibus, si quod latum fuerit per ipsos ante nonum decimum mensis instantis, & hoc sub pena viginti librarum parti applicandarum parenti per partem minus parentem. Quod si nullum laudum infra tempus prefixum feratur, partes principales supradicte comparebunt coram nobis sub pena predicta XV^mo die mensis instantis hora tercia post nonam. Insuper partes principales antedicte pro- fol. 271v = CCCXLIVv. Nov. 5, 1469.

[1] *Pro virili* means 'equally'. Ducange quotes 'inter novercam et ipsos pro virilibus portionibus dividatur'.

miserunt quod verba opprobriosa per se uel suos alterutri non dabunt sub pena XL solidorum &c.

Nov. 7, 1469. Septimo die Nouembris dedimus magistro I. Close licenciam reparandi necessaria in aula Alba parva, quia dominus fundi ut iuratum est, legitime monitus & frequenter, illud facere recusauit.

Nov. 8, 1469. Octauo die Nouembris condempnauimus T. Dalton in quindecim solidis & septem denariis soluendis domino Ricardo Harr*eys* infra & dies immediate sequentes sub pena incarceracionis, si antedictus dominus Ricardus velit fideiussorem exhibere sub pena XL solidorum quod, si dictus Thomas infra annum probare[1] posset summam supradictam Ricardo Paynter a sepedicto domino Ricardo penitus esse donatam quod tunc Thomas suprascriptus summam sic solutam iterato recipiet. Insuper dominus Ricardus sepedictus induxit nobis decimo die Nouembris patremfamilias de Hospicio Cardinal Hatt pro securitate sufficienti.

Eodem die condempnauimus magistrum Elmysmere ad soluendum Iacobo Herforde XXIIS. XI*d*. ob. infra 8 dies sub pena suspensionis, nisi aliter cum parte actrice seu procuratore eiusdem concordare poterit.

Nov. 9, 1469. Nono die Nouembris fecimus arrestari in manibus magistri Sadeler de peccuniis magistri T. Paris XIIS. I*d*. ob. subleuandos ad utilitatem Alexandri Douer eidemque cum effectu persoluendos.

Eodem eciam die I. Down*er* per litteras satis testimoniales admissus est ad agendum nomine magistri Nicholai Gosse ad inuestigandum & recipiendum certa bona eiusdem, hucusque minus iuste detenta.

Nov. 10, 1469. Decimo Nouembris Stephanus Hauyl constituit magistrum Lodwicum Ihon eius procuratorem legitimum cum potestate substituendi.

Item eodem die Thomas Dolfyn constituit magistrum Walyngforde cum potestate substituendi.

Nov. 12, 1469. XII° die Nouembris magister Nicholaus Stanbery constituit magistrum I. Morgan legitimum eius procuratorem cum potestate agendi, defendendi & alium uel alios tociens quociens subrogandi in omnibus causis & querelis sub caucione rati.

Nov. 10, 1469. Memorandum quod decimo die Nouembris coram nobis commissario suprascripto procuratores magistri Nicholai Gosse scilicet

[1] probari, MS.

Iohannes Harry bidell & Iohannes Down*er* per iuramenta sua super euangelia constituti mandatum habentes, ut iurati asseruerunt, ad recipiendum bona sua ubicumque, ad transigendum & acquietancias faciendum, acquietanciam generalem omnium accionum realium & personalium fecerunt magistro Nicholao Stanbery nomine magistri Nicholai Gosse, quas acciones uel accionem magister Gosse versus magistrum Stanbery habuit uel quouismodo habere poterit in futurum occasione alicuius transgressionis, iniurie, vexacionis, seu ablacionis quorumcumque bonorum a principio mundi usque in diem confeccionis presencium. Insuper promiserunt fidei interposicione nomine quo prius de non vexando aliquo pacto eundem magistrum Nicholaum Stanbery coram aliquo iudice preterquam coram officium cancellariatus Oxonie occupante uel coram legittimo deputato eiusdem.

Eodem die coram nobis &c. magister T. Proctor fide media promittens nullam versus aliquam personam se intendere fraudem, Iohannem Mylen vyntner suscepit in seruientem ad priuilegia Uniuersitatis &c., requisita sponte iuratum.[1]

14° Nouembris I. Edward constituit magistrum Lodwicum Ihon eius procuratorem legittimum cum potestate substituendi. fol.272r = cccxlvir. Nov. 14, 1469.

Eodem die Robertus Ioyner constituit magistrum I. Walyngford cum potestate substituendi in omnibus accionibus ad agendum &c.

Item I. Wiliam constituit magistrum Walingforde cum potestate substituendi &c.

XVIII° die I. Andrew de Odyngton constituit magistrum I. Walingford cum potestate substituendi &c. Nov. 18, 1469.

XXI° die Nouembris Willelmus Thorne, I. Nicol, Willelmus Wilcok, Henricus Thomas, I. Ewan, & Simon Hicks interuenerunt fideiussores scilicet ut sistant coram nobis in iudicio Willelmum Kelle alias Plummer ad instanciam I. Mylen usque ad unum mensem immediate sequentem quociens predictus Willelmus legittimam per nos receperit monicionem. Nov. 21, 1469.

Ihon Thommys & I. Rede constituerunt coniunctim & diuisim magistrum Hawardyn cum potestate substituendi & aliis condicionibus.

22 die Nouembris Alicia Audele abiurauit villam propter suum Nov. 22, 1469.

[1] 'who of his own accord took the requisite oath'.

meretricium & decem miliaria circumiacencia nunquam reuersura[1] sine licencia occupantis.[2] Pena eciam si contrauenerit pillorie sibi merito est assignata.

Memorandum quod eodem die iniunximus Ihohanne [*sic*] Macyn, alias vocate Ihoan at Corner prope ecclesiam sancti Aldati, ne de cetero [*blank*] Mason illius maritum pretensum in domum suam recipiat seu alibi prefato viro suspiciose associetur sub pena XL solidorum officio cancellariatus soluendorum tociens quociens, eciam sub pena carceris, nisi legitime possit ostendere Ihoanna supradicta nobis quod maritus quem antea habebat & modo apud Bathoniam degit antequam sibi copulatus fuerat habuisse [*sic*] uxorem & hoc ante festum Natalis domini proximo futuro.

Item [*blank*] Nasche interuenit fideiussor pro I. Clere de conuiccione sua soluenda infra 8 dies, id est quarto die Decembris.

Nov. 29, 1469. 29 die Nouembris dedimus licenciam T. Gaskyn bidello, Iohanni More, Thome Forde, Henrico Barbour, & Iohanni Wayte ad appreciandum bona pertinencia magistro Nicholao Rewys ad utilitatem Georgii Lawnton alias Sadeler.

In primis I toga nigra penulata with fichows		VIS. VIIId.
Item II bankors		XIId.
Item capucium blodium		IIIId.
Item duo lodices		IIIId.
Item III pilowys		Vd.
Item a matras		IIIS. IIIId.
Item a kanuas		VIIId.
Item pannus depictus		VId.
Item III paria lodicum & dim[idium]		IIIIS.
Item small napry		IIIS.
Item XII pecie pewter Id. ob. libra		XXId.
Item VI candelabra laton		XIId.
Item saltesaler		Id.
Item duo parua retia		IId.
Item I cista cum paruis rebus		XVId.
Item due patelle enee Id. ob. libra	XXIId. ob.	summa VS. VIIId. ob.
Item due olle enee, IId. libra	IIIS. Xd.	
Item II possenets		
Item II awndyr'		VIIId.
Item II brochys		XIId.
Item peluis de latyn		XIId.
Item a skelet		Id.

[1] nusquam reuersa, MS. [2] i. e. the Commissary.

Item a pott with safryn	XIId.
Item cista cum libris paruis	XIId.
Item II couerlets	VS.
Item a surples	VIS.
Item pro registracione	VIIId.

Summa XLVIIS. IXd. ob.[1] Item VIIId.

Eodem die Willelmus Preke antea grauiter diffamatus de verbis contumeliosis venerabili viro ut pretensum est illatis contra magistrum Georgium Strangwische, procuratorem Uniuersitatis, scilicet quod vulneraret eum usque ad internicionem, ad purgacionem admissus est secundum formam statutorum per tres magistros scilicet magistrum Ricardum Dauy, magistrum Willelmum Horne, magistrum T. Standiche ac Willelmum Ferr'; quamobrem eundem Willelmum quantum in nobis est fame congrue restituimus. Nov. 29, 1469.

Annus Cristi 1469. T. Stephyn. Decembris.

fol.272v= cccxlviv.

XXIX die Nouembris Blakborne senior constituit magistrum Michaelem Clyfe illius legitimum procuratorem cum potestate agendi, defendendi, de calumpnia iurandi ac substituendi si necesse sit in omnibus causis &c. Nov. 29, 1469.

Eodem die I. Wiliam constituit magistrum Georgium Warde legitimum procuratorem ad agendum & defendendum contra Iohannem Coke &c.

Ultimo die Nouembris coram nobis Margareta Folyot sponte tactis sacris iurauit se iterum venire ad Ricardum Folyot maritum suum infra XVIII dies immediate sequentes festum Epiphanie proximo futurum. Nov. 30, 1469.

Eodem die Willelmus Osbern scriptor constituit magistrum Lodwicum Ihon' ad agendum & defendendum in causa redditus aduersus patrem magistri Michaelis Clefe, de calumpnia iurandi, ceteraque faciendi que ad stilum curie pertinent.

Eodem eciam die coram nobis in capella ad altare dextrum Ricardus Werdon scissor pro XL solidis soluendis magistro Thome Stile ex parte Iohannis Loue, Margarete Loue, & magistri Nicholai Stanbery, debitis per quandam obligacionem, fideiussor sponte sua interuenit ad soluendum predictos XLS. in festo Pasche proximo futuro.

Memorandum quod requisiti quantum de iure fieri posset nunquam licenciam dedimus Iohanni Andrew ad arestandum Iohan-

[1] The correct total is 46s. o½d.

nem Tommys ubicumque locorum extra presertim scilicet Uniuersitatem; penitus respondimus non, itaque fatemur continuo.

Nov. 29, 1469. Penultimo die Nouembris Thomas Bertelet & T. Hardyman interuenerunt fideiussores sub pena viginti librarum de sisti iudicio coram nobis I. Andrew de Odynton ad respondendum I. Tommys de eadem in causa subtraccionis & detentionis certorum bonorum & in cuiusdam pacti causa concernentis quendam dominum I. Curtes; item supradicti fideiussores pro eodem I. Andrew quod non vexabit I. Tomys extra curiam cancellarii in aliqua causa terminabili adintra; tercio promiserunt ut supra de pace seruanda penes I. Tomys sub pena supradicta.

Dec. 12, 1469. XII die Decembris Ihon Frisden constituit magistrum T. Moorton in eius legitimum procuratorem &c.

Eodem die I. Haynys constituit magistrum Lodwicum Ihon ad agendum & defendendum generaliter in omnibus causis &c.

Dec. 13, 1469. XIII die Decembris I. Mylen constituit Lodwicum Ihon' cum potestate substituendi &c.

Eodem die I. Mylen, T. Jenkyn, magistri Lodwicus Ihon & T. Moorton interuenerunt fideiussores sub pena 40 librarum pro Dauid Smyth, quod seruabit pacem penes magistrum Redberd.

Dec. 14, 1469. XIIII die Decembris I. Scolemaster nomine suo & uxoris sue constituit magistrum Close & I. More coniunctim & diuisim.

Dec. 18, 1469. XVIII Decembris Willelmus Hoore constituit magistrum I. Walingforde ad agendum & defendendum.

Dec. 19, 1469. XIX die Decembris Willelmus Thorne, I. Nycol & ceteri, ut supra XI die Nouembris, fideiussores ad sistendum iudicio Willelmum Kele alias Plummer ad instanciam Iohannis Mylen, coram nobis prefatum Willelmum induxerunt, & quia nichil contra eum legittime ventilatum[1] est illum liberum ab ista impeticione dimisimus.

Dec. 24, 1469. Memorandum quod XXIIII^to^ die Decembris, multimodis inclinati precibus venerabilis viri dompni Roberti Ebchester gardiani collegii Dunelm' in Oxonia ac sacre theologie baculurii, quandam indenturam sub verborum serie que [sequitur][2] de verbo in verbum nos commissarius supradictus propria manu presenti in registro

[1] ventilitatum, MS. [2] Omitted by the scribe.

depinximus:—'Memorandum quod ego Ricardus Scardeburghe doctor theologie fateor me debitorem collegio Dunolm' in Uniuersitate Oxonie in quatuor libris bone & legalis monete Anglie pro magna camera & secunda camera annexa pro quatuor annis elapsis; et in decem solidis pro domo focalium pro tribus annis elapsis; et pro tercia camera predictis cameris annexa videlicet pro camera cum vestigiis descendentibus versus coquinam seu ortum magnum offero me soluturum secundum arbitrium & generositatem custodis pronunc supradicti collegii. Quam quidem summam predictam scilicet quatuor librarum & decem solidorum promitto me soluturum ante festum Natalis domini proximo futurum post datam presencium[1] . . .'

Thomas Stephyn commissarius generalis.

fol.275^r^= cccxlix^r^.

XVI° die Februarii coram nobis Ihon Ladyman post suam propriam confessionem condempnatus est ad soluendum Iohanni Rogger xxiiis. soluendos infra octo dies, nisi aliter cum eodem concordari possit, sub pena suspensionis uel incarceracionis. Feb. 16, 1469/70.

XXI die Februarii Ihon Ladyman ex sua propria confessione omnibus sibi legitime allocatis condempnatus est ad soluendum Iohanni Adam xxx solidos infra octo dies sub pena suspensionis uel incarceracionis, nisi aliter finem facere possit. Feb. 21, 1469/70.

Eodem die Radulphus Tayler interuenit fideiussor sub pena xxs. pro domino Rogero Russel canonico pro omni interesse quod habet contra eundem canonicum Iohannes Oliuer scriptor.

Eodem die Iohannes Oliuer tactis sacris euangeliis iurauit sponte se non inquietaturum Rogerum Russell canonicum nec aliquem alium pro illo occasione alicuius iniurie uel transgressionis coram aliquo iudice, excepto Cancellario Oxonie eiusve legittime deputato.

Eodem die Margeria Trenowithe constituit magistrum Lodwicum Ihon' eius procuratorem legittimum cum potestate substituendi &c.

Item Thomas Carter eodem die constituit magistrum Umfridum Hawardyn eius procuratorem cum potestate agendi, iurandi, substituendi &c.

Eodem die Willelmus Hauyl condempnatus est in VIIIs. IIIId. ex sua propria confessione soluendis Iohanni Harrys infra VIII dies nisi aliter finem facere posset. Et continuo in hunc modum partes concordate sunt quod prefatus Willelmus soluet antedicto Iohanni IIIIs. IId. in octauis Pasche, alios uero IIIIs. IId. in festo sancte

[1] At this point two leaves are missing.

Trinitatis proximo futuro sub pena suspensionis, quam ferimus nunc pro tunc tociens quociens, & incarceracionis.

Hec sunt bona domini Philippi Monmowthe canonici regularis appreciata auctoritate nostra ad commodum Willelmi West.

In primis liber gloss*atus* communis super 4 euangelistas, secundo folio 'filium Dauid', prec' IIIs. IIII*d*.
Item gloss' communis super Iob & prophetas minores, prec' IIs. VI*d*.
Item tunica penulata cum beuyr, prec' VIs. VIII*d*.
Item a payre of corsetts, prec' Vs.
Item pro appreciacione per bidellum & I. Moore VIII*d*.
Item pro registracione IIII*d*.

Feb. 28, 1469/70. XXVIII° die Thomas Yke constituit magistrum Rogerum Bragg' eius legittimum procuratorem cum potestate substituendi, transigendi &c.

Eodem die Robertus Sadeler condempnatus est in septem solidis soluendis Iohanni Roger infra octo dies.

Quo eciam die Robertus Holte alias Alexander seruiens magistri Pawli Gayton constituit eundem magistrum suum & magistrum Robertum Byrt eius legittimos procuratores coniunctim & diuisim cum potestate eciam substituendi ita quod non sit melior condicio occupantis. Item concessit eisdem, ut prius, potestatem obligandi ipsum, acquietandi, transigendi, appellandi & apostolos petendi ceteraque omnia quouismodo prefatum Robertum concernencia sub ipoteca omnium bonorum suorum.

Illo eciam die Willelmus Hopkyn condempnatus est ex sua confessione ad soluendum Margarete Godyere XIs. & octo denarios infra octo dies nisi aliter finem facere possit; unde coram nobis ita partes concordate sunt, quod antedictus Willelmus soluet seu solui faciet quibuslibet sex septimanis duos solidos usque ad completam solucionem summe supradicte, & hoc sub pena dupli, suspensionis & incarceracionis &c.

Feb. 27, 1469/70. Penultimo die Februarii Robertus Nasche constituit Umfridum Hawardyn eius procuratorem cum potestate substituendi &c.

Eodem die [*blank*] Dobb maior ville Oxonie constituit magistrum Walingforde cum potestate substituendi, paciscendi &c.

Thomas Wylyam confessus est se deliberasse, & ita fecit coram nobis, Iohanni West fuller quatuor libros scilicet dextram partem oculi, librum decretorum, decretales, & Sextum cum glossa ordinaria quos idem Iohannes deliberauit antedicto Thome,[1] &

[1] It seems that the names are confused in this clause.

idem Iohannes West coram nobis eosdem deliberauit[1] & sic recessit acquietatus.

Thomas Stephyn, commissarius generalis. fol.275v= cccxlixv.

Memorandum quod arestari fecimus in manibus Ricardi Coke Noui Collegii XVIII*d*. de bonis Frere ad utilitatem Ricardi Milet; item in manibus Willelmi Spenser collegii Regine X*d*. sicut supra.

Item eodem die coram nobis Iohanna Frere confessa est se recepisse causa empcionis & vendicionis a Ricardo Mylet III quarteria brasii & soluisse pro eisdem; recepit terminum ad probandum solucionem, sed quia defecit, iusticia mediante ipsam condempnauimus secundum tunc precium consuetum.

Item eodem die magister Iohannes Botele recepit in seruientem Iohannem Hanson alias Hylle, & ipse iuratus est ad seruandum priuilegia Uniuersitatis illesa.

Tercio die Marcii Thomas Browne constituit se soluturum Ysabelle Boorton pro Roberto Sadeler XXIIIIs. III*d*. ob. in festo Michaelis proximo futuro sub pena consueta. **Mar. 3, 1469/70**

Eodem die Ricardus Haddon de Bristollia constituit magistros Hawardyn & Chester canonicum ad agendum secundum stilum[2] &c.

Et Ricardus Ronan recepit in seruientem Dionisium Cahan iuratum ad priuilegia Uniuersitatis.

Quarto die Marcii Willelmus Brendwode fatebatur coram nobis se debere Ade Graffton septem marcas monete Anglie iurauitque ad sancta dei euangelia se soluturum XLVIs. VIII*d*. predicto Ade eiusve legittimo procuratori tercia dominica Quadragesime proximo futur' & alios XLVIs. VIII*d*. proximo futuro festo Pasche; quod etiam fieri volumus sub pena suspensionis & si necesse sit incarceracionis. **Mar. 4, 1469/70.**

Quinto die Marcii Edmundus Cheyney constituit eius legittimos procuratores magistr*um* I. Moore, I. Browne, & Thomam Matyn cum potestate substituendi coniunctim & diuisim, ita quod non sit melior condicio occupantis. **Mar. 5, 1469/70.**

Eodem die coram nobis dominus Petrus Hosy capellanus tactis sacrosanctis euangeliis iurauit quod non vexabit per se uel alium nec inquietabit magistrum Michaelem Cliffe in iudicio uel extra iudicium coram aliquo iudice excepto Cancellario Oxonie eiusve legittime deputato, dum ipsum magistrum Cliffe contigerit in

[1] We should expect 'recepit'. [2] i. e. stilum curie.

Oxonia fore scolarem, occasione alicuius litis, transgressionis uel iniurie ante hunc diem inter eosdem mote.

Simile iuramentum iteratum prestitit supradictus Petrus se non vexaturum magistrum Iohannem Tanner neque magistrum Iohannem Kerner extra Uniuersitatem, uti prefertur per omnia.

Hic sequuntur bona Iohannis Loue iuxta decretum nostrum per Iohannem Moore stacionarium appreciata ad commodum collegii Regalis Oxonie propter redditum aretro eidem collegio debitum.

In primis unus paruus cadus cum certa porcione smigmatis,[1] prec'	IIs.
Item 25[e] libre candelarum, prec'	XXIIId.
Item parua cista	XIId.
Item una magna cista	XXd.
Item una cathedra scriptoris	VIIId.
Item I alepott IId.; item cathedra fracta	IId.
Item duo parui cadi	VIIId.
Item I canistrum[2] pro pistore	Xd.
Item formamula & muscipula[3]	IIIId.
Item theca pro sagittis	VId.
Item due tripotes lignei cum veteribus asseribus[4]	IIIId.
Item quinque cadi veteres	XVId.
Item I armariolum tectum cum tela	IId.
Item I cenovectorium[5]	IId.
Item asseres trium lectorum	IXd.
Item certa porcio feni & viminum[6]	IIs.
Item I longa cista	XIId.
Item tres formule	IIIId.
Item I paruum canistrum	VId.
Item duo cadi pro seruisia	IIIId.
Item I paruus lapis versatilis[7] pro cultellis	IIIId.
Summa XVIIs. IId.	
[end of fol. 275v]	

There is no reason to think that the volume ended at this point.

[1] soap. [2] basket. [3] mousetrap; *formamula* is unknown. [4] poles. [5] Probably 'dustpan'. [6] osiers. [7] A small revolving grindstone for knives.

NOTES

VOL. I

p. 2. The fine for bearing arms was 2*s.*; Mone was fined 4*s.*, no doubt because he had drawn his weapon, and Home 10*s.* because he had given a blow with it. The University had the right to send offenders to Bocardo and to the Castle indifferently.

p. 6, last line but three. Having paid in the presence of the Commissary, he is released from appearing in the Chancellor's court before the Official.

p. 6, note 2. It may be added that the style is undoubtedly Gascoigne's to the middle of page 8.

p. 16, l. 3. *nuper defunctum.* Died April 30, 1428 according to Wood, *City of Oxford*, ii. 174.

p. 20. July 24 in 1436 was a Tuesday, but the proclamation at Carfax was normally on a market day, i.e. Wednesday or Saturday.

p. 24, l. 2. Apparently the case had been tried in the Chancellor's court before the Official, and the verdict is here recorded, perhaps at the request of John Godsond.

p. 41, l. 17. *in defectu domini* means the same as *in absentia domini* (i. 140). The sureties should be such as the landlord approved. The landlord, in this case University College, which had no representative present, neither accepted Grey's sureties nor rejected them.

p. 50. The University was practically the visitor of University College; see i. 359.

p. 57, l. 12. *ia* stands for *iacent* not *iam*.

p. 104, l. 4. It is definitely I., though the man was Ric.; see pp. 69 and 124.

p. 111, l. 24. It is definitely Willelmus Thunder; we should expect Walterus.

p. 124, l. 23. The MS. reads I. Emeldone; we should expect W. Emeldone.

p. 124, l. 30. The MS. reads R. Lythnow, but his name was Nicholas.

p. 132, l. 5. The name is probably Hobbis.

p. 134, l. 29. The MS. has Rog. Thryng; probably an error for Ric.

p. 173. It is astonishing to find that mag. Steph. Herberd, once principal of Eagle Hall, now of Hincksey Hall, was a Cistercian monk, but such is the statement in the MS.

p. 184, l. 8. The MS. has Vady. Is Vasy meant?

p. 194. Evidently John Hert of Bristol had been working at Holywell Church.

p. 195. This suggests that John Eldok was a stonemason, who worked under Thomas Elkins on the Divinity School; after Eldok had been paid, there was due from the University to the executors of Thomas Elkins the sum of 22*s.* 8*d.*

p. 213. It is not necessary to assume that tennis was illegal by statute; it is probable that the Chancellor could stop it in Oxford in virtue of his powers for securing the quietness of the Town.

p. 232, l. 5. Perhaps the archdeacon held a court at Stanford in the Vale, and Prowdfot should have prosecuted Richard Tylor there on the charge of perjury.

p. 248, l. 6. Gascoigne describes how Richard Tenant died on Friday before Whitsunday 1452, having been possessed by an evil spirit (*Loci e libro veritatum*, p. 140).

p. 249, l. 7. The MS. reads Iohannis Gifford, but pp. 215 and 284 suggest Willelmi Gifford.

p. 259. Pucklechurch is now St. Thomas, not St. Andrew.

p. 277. The Proctor, Thomas Reynold, was buried at St. Michael's on July 4, as we learn from Oriel College Accounts. He was wounded before June 10 in a fight between St. Edward Hall and Peckwater Inn, according to Registrum Aa. Apparently Richard Devet was to blame and was banished, but after more than a year he was readmitted on October 31, 1453 (see i. 328 and Reg. Aa).

p. 290. Thomas Wydewere is probably identical with Thomas Woodward of Exeter College who died on August 23, according to the Oriel College Accounts. The delay in proving the will may have been caused by the absence of the executor during the Long Vacation.

p. 295. The name is Dubran in the one place and Duban in the other.

p. 312. *nuper* is again used in a strange way; cp. pp. 235, 244, 255.

p. 324. Herman of Griefswald is mentioned in *The Medieval Books of Merton College*, by F. M. Powicke, p. 245. He was known as Herman Zurke, from which we may argue that he was the scribe of Guntherus Zucha.

p. 329. Baron paid 4*s*. for hitting with the fist and 2*s*. for carrying a weapon.

p. 404. The MS. reads Robertus Seburgth, but we have no trace of any one but Ricardus Seburgth.

VOL. II

p. 12, last line but 5. The chapel of St. Mary was the chapel on the south side of the church of St. Mary Magdalen. It owned many houses.

p. 35. The date of the attack on Lord FitzWalter, the evening of February 19, must be noticed. By the battle of Northampton (July 10, 1460) the Yorkists had come into power, but the Duke of York was slain at Wakefield on December 20, 1460; and about the end of January the Lancastrian army began to advance on London. On February 2 Edward, now Duke of York, defeated a Lancastrian army at Mortimer's cross near Wigmore in Herefordshire, but he did not hurry to London to the help of Warwick. On February 17 Warwick was defeated at St. Alban's and fled to Edward's army which was at or near Chipping Norton. He probably reached it on February 19, and certainly the news of his defeat and flight had reached Oxford by that day. Lord FitzWalter was one of Edward's commanders and had probably been sent to Oxford to pick up recruits, for Edward's line of march from Chipping Norton to London would be through Bicester and Aylesbury, not through Oxford. The Lancastrians of Oxford, convinced that their party was utterly victorious, conceived that it was a good opportunity to attack the Yorkists. Lord FitzWalter cannot have been much wounded, for he rode into London in Edward's retinue on February 26, and marched northward with him in pursuit of the Lancastrian army. He was killed on March 28 in a skirmish before the battle of Towton. This excommunication cannot have been issued until some time after the outrage, otherwise the date would have been specified in another way. After it was heard that Edward had been declared king, it would be politic to denounce the attack on Lord FitzWalter.

p. 80. The new road which was being made to Ferry Hinksey is described in *Osen. Cart.*, ii. 443.

p. 114. The fine for gathering a body of evil-doers was 40*s*. according to the Statute *Cum effrenata*; but *juxta limitacionem* of the Commissary it was reduced to 30*s*.

p. 116. The servant of Dr. King was fined 4*s*., of which the Commissary received 16*d*. on the spot. Arthur paid 2*s*. for bearing arms and 8*d*. for the price of the weapon.

p. 117, l. 23. The writer probably meant Walteken, i.e. Walter Vaughan who was sergeant; see ii. 8.

p. 119. William Salmon lived in Cat St. (*Oriel Records*, p. 390).

p. 121. Apparently the house of John Withyk was an inn, perhaps the Old Wheatsheaf, on the west side of Grandpont, which was in the hands of Thomas Withyk twenty years earlier.

p. 125. For a blow with a stick the fine was 6*s*. 8*d*.; perhaps in the case of Watson it was 10*s*. because it was a second offence.

p. 143. The case of Cecilia Lokewode occurs ii. 128.

p. 164. The note is wrong. The Oriel College Accounts state that mag. Thomas Smith was buried in St. Mary's on September 16.

p. 228. He was called Corfe or Colyng indifferently; see p. 231.

p. 284. The MS. reads I. Sylke; in all other places it is Will. Sylke.

p. 305. The abbey of 'St. Mary in Ireland' is doubtless the abbey of St. Mary at Dublin, the abbot of which was Walter at this time.

p. 323. Robert Wright lived next to the church of St. Michael on the south side of it (*Osen. Cart.* iii. 2).

p. 326. Evidently William Bragg occupied one of the houses which belonged to the chantry of St. Thomas in the church of St. Mary.

p. 332. The Cardinal Hat Inn was outside Northgate; see *Osen. Cart.* ii. 300.

p. 338. There was a book known as *Pupilla oculi* by William de Pagula; probably this is the same as Dextra pars oculi. In Tanner MS. 196, fol. 241 there is an English poem about the preparations to be made for a mass; it is entitled Pars oculi in Anglico.

APPENDIX I

THE following record, unknown to Wood apparently, was copied for Richard Rawlinson and is in Rawl. MS. C. 426, fol. 136; the original is at the Record Office among the Coram Rege rolls, its number being K.B. 27. 582 rot. 72; it is of the Michaelmas term 8 Hen. IV and is continued into the next term (Coram Rege rolls 582 and 583).

The story is as follows. On October 3, 1405 Alice, widow of Thomas Pedyngton, appeared before William Faryngdon, who was *cancellarius natus*, in Queen's College, and publicly transferred to her son Richard Pedyngton, a poor scholar of the University, a debt of 11*s.* 8*d.* due to her from John Otteworth, a townsman, who was present at the time. As Richard gave notice that he intended to sue for the money, Otteworth was commanded to be present in St. Mary's on October 12; on which day William Faryngdon committed the case to mag. John Doune, who apparently was the Chancellor's Official. On that day the plaintiff produces his *libellus*; on October 20 the defendant makes *contestacio negativa*; on October 29 the plaintiff produces his witnesses to prove the debt; on November 4 the deposition of the witnesses is read; on December 1 the defendant has no answer; on December 11 sentence is given against him. For some months nothing more is heard, but before November 4, 1406 John Otteworth had sent to Westminster a *querela* that a *manifestus error* had taken place in a suit in the Chancellor's court. He was not appealing against injustice in the verdict, in which case he would have appealed first to the congregation of regents, then to the congregation of regents and non-regents, and then to the Court of Arches; but he appealed to the King's Court on the ground that the case did not belong to the jurisdiction of the Chancellor. Whereupon, the Crown commanded that the *recordum* of the suit should be sent to Westminster; and the interest of this case is that it shows that there was a register of the proceedings of the Chancellor's court and that it was very different from the Chancellor's register. Although the return has been spun out as much as possible, it is easy to see that the original was very brief. As there was always the possibility that the King might ask for the *recordum* of a suit there must always have been a register or roll on which the cases in the Chancellor's court were recorded.

In the present instance it may be noticed that the record slurs the distinction between *consuetudines* and *privilegia*; the

former might be illegal, as in the present case; the latter could not be, as they were granted by the Crown.

Adhuc de termino sancti Michaelis. W. Gascoigne.

Dominus rex mandavit iusticiariis ad placita coram ipso rege tenenda assignatis breve suum clausum in hec verba:—Henricus dei gracia [&c.] iusticiariis ad placita coram nobis tenenda assignatis salutem. Quia in recordo et processu ac eciam in reddicione iudicii loquele que fuit coram nuper locum tenente[1] Cancelarii Universitatis nostre Oxon sine brevi nostro, iuxta libertates et privilegia Cancellario et scolaribus Universitatis predicte per cartas progenitorum nostrorum quondam regum Anglie quas confirmavimus concessa, inter Aliciam relictam Thome Pedyngton defuncti et Ricardum Pedyngton scolarem Universitatis predicte, filium predictorum Thome et Alicie, et Iohannem Otteworth de Oxonia de placito debiti error intervenit manifestus, ad grave dampnum ipsius Iohannis, sicut ex querela sua accepimus; Nos errorem, si quis fuerit, modo debito corrigi et partibus predictis plenam et celerem iusticiam fieri volentes in hac parte, vobis mandamus quod inspectis recordo et processu predictis, que coram nobis certis de causis venire fecimus et coram nobis iam resident, ut dicitur, ulterius ad prosecucionem ipsius Iohannis pro errore illo corrigendo fieri faciatis prout de iure et secundum legem et consuetudinem regni nostri Anglie fuerit faciendum; teste me ipso apud Westm' quarto die Novembris anno regni nostri octavo [Nov. 4, 1406].

Recordum et processus de quibus in brevi predicto fit mencio sequitur in hec verba:—In dei nomine Amen. Cum pridem quidam Iohannes Otteworth, laicus ville Oxon, in summa undecim solidorum et octo denariorum usualis monete Alicie relicte Thome Pedyngton nuper mariti sui defuncti de iurisdiccione et sub libertatibus Universitatis Oxon existentis[2] ex certis sufficientibus et legitimis de causis iuxta ipsius Iohannis promissionem spontaneam et ex certa sua scientia, prout inferius describitur, emissam, rite factam et aliunde, ut eadem Alicia coram nobis Willelmo Faryndgon sacre theologie Universitatis Oxon doctore, seniore regente et ratione senioritatis huiusmodi, officio Cancellarie antedicte Universitatis Oxon vacante, gubernatore palam asseruit, extiterat obligatus; hinc est quod anno ab incarnacione domini secundum cursum et computacionem ecclesie Anglie millesimo CCCC^mo quinto indiccione decima tercia, pontificatus sanctissimi in Cristo patris et domini nostri domini Innocencii divina providencia pape septimi anno primo, mensis Octobris die tercia [Oct. 3, 1405] in camera nostra infra collegium aule Regine Universitatis situata et per nos Willelmum gubernatorem antedictum inhabitata et coram nobis in discretorum virorum magistrorum

[1] i.e. John Donne or Doune, probably the Chancellor's official.

[2] The statement that Thomas Pedyngton was a privileged person, perhaps as a brewer, is otiose, if, as this document shows, the widow of a privileged person lost that status on the death of her husband.

Iohannis Felkirke in artibus magistri et Iohannis Seylow utriusque iuris bacallarii et aliorum plurium dicte Universitatis scolarium [presentia], personaliter extiterat eadem Alicia constituta, ubi et quando eadem Alicia ius, titulum et accionem, quod, quem et quam in prefata summa undecim solidorum et octo denariorum, ut prefertur, obtinuit et de iure obtinere debuit vel potuit, dilecto sibi Ricardo Pedyngton ipsorum Thome dum vixit et Alicie filio et pauperi dicte Universitatis scolari in subsidium et relevamen sustentacionis, exhibicionis et invencionis ipsius Ricardi pauperis scolaris antedicti ad exercicium et expedicionem suorum actuum scolasticorum absque dolo et fraude, (prout de dolo et fraude nullatenus per ipsam Aliciam aliqualiter in hac parte commiss[*um*] fuit, [et] legitime iuxta iuris exigenciam mediante suo in ea parte iuramento corporali facta fuit debita fides) iuxta iura, privilegia, consuetudines et libertates eidem Universitati rite indulta, habita et concessa, libere cessit ac totum ius quod eidem Alicie debebatur, competebat et ad eam qualitercumque pertinuit, iuxta libertatum et privilegiorum antedictorum seriem pariter et tenorem in eundem pauperem scolarem filium suum transtulit ac eciam transportavit. Unde nos Willelmus gubernator antedictus prenominato Iohanni Otteworth, contra quem sic ut prefertur cessio huiusmodi facta extitit personaliter coram nobis constitutum, ad comparendum eciam coram nobis in causa cessionis huiusmodi, quam idem Ricardus pauper scolaris et cessionarius contra eundem Iohannem adtunc movere intendebat, de iusticia responsur*o* iurique per omnia parituro in tota causa antedicta iuxta privilegia et libertates et consuetudines eidem Universitati in hac parte rite indulta pariter et concessa processur*o* et sic procedi visur*o*, et eidem processui interessaturo, facturo et recepturo quod iusticia suaderet eorundemque privilegiorum, libertatum ac consuetudinum tenor in se exigat, qualitas et natura, diem Lune proximum post festum sancti Dionisii martiris [Oct. 12] in ecclesia parochiali beate Marie virginis eiusdem Universitatis, loco ubi pro tribunali in hac parte sedere per cancellarium vel gubernatorem sive locum tenentem huiusmodi consuetum extitit et extat, ad instantem ipsius Ricardi scolaris et cessionarii antedicti peticionem pro terminis prefiximus pariter et interloquendo peremptorie assignavimus, iusticia id exigente. Quibus quidem termino et die Lune adveniente viz. duodecimo die mensis Octobris, anno domini prefato, indiccione quarta decima, pontificatus vero anno quo supra, in ecclesia parochiali et loco antedicto, nos Willelmus gubernator antedictus, aliis arduis dicte Universitatis negociis multipliciter prepediti, ad audiendum, cognoscendum et procedendum in causa cessionis prenominate, que in ipsa Universitate moveri sperabatur inter eosdem Ricardum pauperem scolarem et cessionarium partem actricem ex parte una et Iohannem Otteworth contra quem ut prefertur cedebatur partem ream ex altera, ipsamque causam discussiendum, necnon eandem cum omnibus suis incidentibus, dependentibus, emergentibus et connexis fine debito iuxta libertates,

privilegia et consuetudines ipsius Universitatis terminandum honorabili viro et magistro, magistro Iohanni Doune, decretorum doctori, vices et potestates nostras in premissis specialiter prout dicte Universitatis est moris commisimus in domino. Et protinus protunc ibidem post ipsam commissionem eidem magistro Iohanni doctori sic factam et per ipsum doctorem et commissarium admissam, idem commissarius specialis, loco ubi pro tribunali in hac parte sederi ut prefertur est consuetum pro tribunali sedens, per quemdam dicte Universitatis bedellum et ministrum, ea sibi commissa qua supra auctoritate, mandavit et fecit ad instanciam ipsius partis actricis antedicte prenominatum Iohannem iuxta formam decreti interlocutorii antedicti partem ream palam et publice preconizari. Qui quidem Iohannes sic preconizatus coram eodem magistro Iohanne commissario et doctore antedicto comparuit; et confestim protunc ibidem Ricardus pauper scolaris et cessionarius antedictus coram eodem magistro Iohanne commissario speciali contra prenominatum Iohannem Otteworth dixit et iudicialiter allegavit et vive vocis sue oraculo, libellando sive articulando, consuetudine dicte Universitatis hoc fieri permittente, in ea parte proposuit quod idem Iohannes in undecim solidis et octo denariis usualis monete Alicie Pedyngton, relicte Thome Pedyngton nuper mariti sui defuncti, et ipsius libellantis sive articulantis matri et cedenti prefate, ex certis sufficientibus et legitimis de causis iuxta ipsius Iohannis promissionem spontaneam et ex certa sui scientia et causa emissam rite factam effectualiter ante cessionem infrascriptam obnoxius tenebatur; quam quidem summam idem Iohannes ex causa prefata eidem ante cessionem huiusmodi convenit, constituit, pepegit et promisit se soluturum; que quidam Alicia sic creditrix omne ius, titulum et accionem quod, quem et quam in ea parte eidem Alicie et ad eam qualitercumque pertinent habuit,[1] iuxta privilegia, libertates et consuetudinum antedictarum seriem pariter et tenorem eidem Ricardo pauperi scolari filio suo cessit et in eum transtulit et eciam transportavit; quodque vigore et virtute cessionis, translacionis et transportacionis antedicte, de quibus prefertur, ius, titulus et accio ad ipsam summam undecim solidorum et octo denariorum iuxta privilegia, libertates et consuetudines Universitati qualitercumque spectantia ad ipsum pauperem scolarem pertinere, ut asseruit, solum et insolidum dinoscebantur et pertinuerunt et sic deberent pertinere; eadem tamen pars rea ad eidem parti actrici dictos undecim solidos et VIII denarios solvendum legitime requisitus distulit pariter et recusavit, in ipsius partis actricis preiudicium non modicum et gravamen. Que omnia et singula premissa in ipsius Alicie cedentis ante cessionem huiusmodi et citra cessionem ipsam in ipsius scolaris presencia ex certa sui Iohannis sciencia sepius extitit idem Iohannes confessatus, ac ea omnia et singula fuerunt et sunt in Universitate et villa antedicta ante et citra cessionem antedictam adeo publica, famosa, manifesta et notoria quod nulla possunt tergiversacione celari;

[1] Read eadem Alicia habuit et ad eam qualitercumque pertinuit.

unde probatis in hac parte probandis peciit idem Ricardus scolaris antedictus ipsum Iohannem Otteworth in summa XIS. VIIId. pretaxata eidem Ricardo pauperi scolari ex causa premissa cessionis per eundem magistrum Iohannem commissarium specialem et doctorem auctoritate sibi in hac parte commissa sententialiter & diffinitive condempnari et sic condempnatum rei iudicate in hac parte parere compelli, ulteriusque procedi et decerni in premissis et ea concernentibus prout statuta et privilegia antedicta in se exigunt et requirunt.

Et incontinenti post libellum huiusmodi idem Iohannes pars rea antedictus terminum et locum ad respondendum libello huiusmodi et contentis in eodem sibi decerni peciit pariter et assignari, et protunc ibidem idem commissarius specialis et doctor, ea qua supra auctoritate, ad ipsius Iohannis partis ree peticionem ad respondendum libello antedicto ac eciam eidem Ricardo parti actrici ad audiendum responsionem huiusmodi necnon utrique partium antedictarum faciendum et recipiendum quod iuris fuerit proximum diem Martis post sancti Luce Evangeliste proximo tunc futurum [Oct. 20] de earum partium expresso consensu prefixit per decretum pariter et assignavit.

Quo quidem die Martis adveniente, viz. XX^mo die mensis Octobris anno domini et indiccione quibus supra, pontificatus vero sanctissimi in Cristo patris et domini, domini Innocencii divina providentia pape septimi anno secundo, loco quo supra coram eodem magistro Iohanne et commissario protunc ibidem pro tribunali sedente prenominatus Ricardus pars actrix et Iohannes pars rea antedicte personaliter comparuerunt et facta per partem actricem antedictam ad eundem libellum verbalem litis contestacione affirmative, per partem vero ream prefatam contestacione huiusmodi negative facta, prestitoque de calumpnia hinc inde cum omnibus suis capitulis de calumpnia iuramento, tandem idem magister commissarius et doctor antedictus auctoritate qua in ea parte fungebatur terminum eidem Ricardo scolari parti actrici antedicte ad primo producendum probaciones suas quas in hac parte super sua materia principali producere velit ac eidem Iohanni parti ree ad interessendum produccioni huiusmodi si et quatenus sibi videretur expedire ac ulterius utrique partium antedictarum faciendum et habendum quod iusticia suaderet statutaque, libertates et consuetudines antedicte exigunt et requirunt diem Iovis post festum apostolorum Simonis et Iude proximo extunc futurum [Oct. 29] in loco quo supra prefixit pariter et assignavit, presentibus tunc ibidem magistris Thoma Martyn procuratore Universitatis et Waltero Lugardyn in artibus magistris, testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Quo quidem die Iovis adveniente, viz. vicesimo nono die mensis Octobris, anno domini, indiccione, pontificatu quibus proximo supra, in loco antedicto coram eodem magistro Iohanne commissario antedicto protunc ibidem pro tribunali sedente prenominatus Ricardus pars actrix et Iohannes pars rea antedicte personaliter comparuerunt, et iuxta decreti formam proximo prefatam idem Ricardus pars actrix

certos testes ad probandum intencionem suam in materia sua principali viz. Iohannem Faynell, Iohannem Roys et Thomam Dauy produxit tunc ibidem et ministravit, et ipsis Iohanne, Iohanne et Thoma testibus antedictis legitime admissis et in forma iurandorum testium canonice iuratis, idem magister Iohannes commissarius antedictus ad publicandum dicta et deposiciones testium antedictorum ad instantem partis actricis peticionem, facta tamen per ipsum commissarium antedictum primitus secrete et singillatim eorum testium examinacione, iudicialiter publicandum ac eidem parti ree ad audiendum publicacionem huiusmodi et ei interessendum, ulteriusque utrique partium antedictarum faciendum et recipiendum quod iuris fuerit diem Mercurii proximo post festum Commemoracionis Animarum [Nov. 4], loco quo supra, de consensu dicte partis ree prefixit per decretum pariter et assignavit.

Quo quidem die Mercurii adveniente, viz. quarto die mensis Novembris, anno domini, indiccione, pontificatu quibus supra, coram eodem magistro Iohanne commissario in loco ecclesie antedicte protunc ibidem pro tribunali sedente prenominatus Ricardus pars actrix et Iohannes pars rea antedicte personaliter comparuerunt et iuxta decreti proximo prefati assignacionem idem Ricardus pars actrix antedicta publicacionem huiusmodi peciit instanter fieri et sic publicari, et mox post peticionem proximo prefatam idem commissarius et doctor dicta et deposiciones testium per prius in ecclesia parochiali prefata in crastino festi Commemoracionis antedicte, viz. tercio die mensis Novembris anno domini, indiccione, pontificatu quibus supra, per ipsum commissarium secrete et singillatim examinatorum verbo tenus publicavit sub ea forma que sequitur, viz. quod Iohannes Faynell libere condicionis, etatis quinquaginta annorum et amplius, iuratus, examinatus et diligenter requisitus de et super materia verbali libelli antedicti, et in primis an idem Iohannes Faynell testis prelibatus an idem Iohannes Otteworth eidem Alicie Pedyngton in xl*s*. viii*d*. tenebatur et obligabatur, ut in eodem libello deducitur. Ad hec dicit iste iuratus quod inter cetera iste qui loquitur personaliter interfuit in monasterio de Notteley circiter unam septimanam ante festum Natalis domini proximo preteriti, ubi et quando quidam tractatus inter ipsum Iohannem Otteworth ex parte una et certos viros ipsius Alicie amicos et pro parte ipsius Alicie ex altera pro certis iniuriis et gravaminibus ab eodem Iohanne eidem Alicie preantea illatis, expressat*is* protunc ibidem et specificat*is* ac mutuo factus extitit et habitus, ac protunc ibidem partes antedicte sic tractaverunt et de communi concensu et libero assensu inter tractantes antedictos conventum extitit finaliter et concordatum quod occasione graviminum et iniuriarum antedictarum per ipsum Iohannem Otteworth prefate Alicie illatarum et in ipsam commissarum undecim solidos et viii*d*. in Universitate ac infra eandem dare, solvere, tradere et liberare ac de eisdem solidis et denariis effectualiter eidem Alicie satisfacere idem Iohannes realiter promisit, et ad hoc fideliter

faciendum fide sua media se astrinxit et firmiter obligavit, prout iste testis qui loquitur tractatui, promissioni, obligacioni et astrincioni personaliter interfuit, ac sub iuramento suo ut prefertur per ipsum prestito ea sic esse de visu, noticia, auditu et sciencia suis propriis et aliunde premiss*a* per ipsum superius dict*a* et deposit*a* novit et habuit. Item requisitus de requisicione in eodem libello deducta, *scilicet* an audivit ipsum Iohannem Otteworth q*uod* eidem Alicie solidos et denarios de quibus premittitur sic idem Iohannes sic solveret, traderet et liberaret et de eisdem satisfaceret aliqualiter requirere, ad istud dicit iste iuratus quod sic audivit, prout ab eodem requiritur, et hoc habet ex fidedignorum relatu et fama publica hoc referente. Item requisitus iste qui loquitur de et super notorietate et fama ac eciam confessione in eodem libello diuisim deducta dicit quod notorietas, fama et confessio de quibus preagitur continent in se et earum quelibet continet veritatem; et hoc dicit scire sub iuramento suo, eo quod hoc habet ex auditu, noticia, sciencia suis propriis et ex relatu aliorum quibus firmam fidem adhibuit. Iohannes Roys, secundus testis, libere condicionis, etatis sexaginta annorum et amplius, iuratus, examinatus ac de et super omnibus in dicto libello deductis et narratis diligenter requisitus concordat in omnibus cum Iohanne Faynell conteste suo preexaminato. Thomas Dauy, tertius testis, libere condicionis, etatis triginta annorum et amplius, iuratus, examinatus ac de et super omnibus et singulis in dicto libello deductis et narratis diligenter requisitus concordat in omnibus ac per omnia cum Iohanne Faynell, conteste suo primo examinato. Asseruitque idem magister Iohannes commissarius quod testes antedicti nullatenus fuerunt aut sunt subornati, prece aut precio corrupti, seu eorum aliquis subornatus, prece aut precio corruptus, ut iidem testes sibi asseruerunt et eorum quilibet sic asseruit. Factaque publicacione dictorum et deposicionum testium huiusmodi modo quo prefertur, incontinenti idem Iohannes Otteworth pars rea antedicta terminum ad dicendum et opponendum in personas testium antedictorum omnium et singulorum, dicta et deposiciones eorum et cuiuslibet ex ipsis peciit sibi assignari. Unde idem doctor et commissarius prefatus iuxta peticionem huiusmodi eidem parti ree ad dicendum in personas testium huiusmodi, dicta et deposiciones eorundem ac eciam parti actrici antedicte ad interessendum termino huiusmodi, si et quatenus videatur interesse, ulteriusque utrique partium antedictarum faciendum et expediendum quod iuris fuerit diem Martis post festum sancti Andree proximo extunc futurum [Dec. 1], loco quo supra, prefixit pariter et assignavit per decretum.

Quo quidem die Martis adveniente viz. primo die mensis Decembris, anno domini, indiccione, pontificatu quibus supra, coram eodem magistro Iohanne commissario antedicto, protunc ibidem pro tribunali sedente, prenominatus Ricardus pars actrix et Iohannes pars rea antedicte personaliter comparuerunt, et nichil per Iohannem

Otteworth partem ream prefatam contra testes superius in principali productos eorumve dicta aut deposiciones quomodolibet dicto aliqualiter vel proposito, unde de communi concensu partium antedictarum ad audiendum sentenciam diffinitivam in hac parte utrique partium antedictarum ulteriusque faciendum quod iuris fuerit ipsorumque privilegiorum et liberatum in se exigit qualitas et natura, diem Veneris proximo post festum Concepcionis beate Marie proximo extunc futurum [Dec. 11] terminum peremptorium prefixit pariter et assignavit.

Quo quidem die Veneris adveniente, viz. undecimo die mensis Decembris anno domini, indiccione, pontificatu quibus supra, coram eodem magistro Iohanne et decretorum doctore antedicto, protunc ibidem pro tribunali sedente, prenominatus Ricardus pars actrix et Iohannes pars rea personaliter comparuerunt, ac ipsis partibus antedictis et ipsarum altera sentenciam diffinitivam in causa prenominata per ipsum doctorem et commissarium antedictum instanter ferri postulantibus et postulante, tandem idem commissarius antedictus ad instantem postulationem huiusmodi Cristum solum pre oculis suis [habens] et ipsius nomine prius invocato de consilio iurisperitorum in ea parte sibi assidentium sentenciam tulit in ea causa verbo tenus diffinitivam per quam ipsum Iohannem Otteworth in summa undecim solidorum et VIIId. eidem pauperi scolari ex causa in eodem libello deducta solvendorum idem magister Iohannes commissarius specialis iuxta privilegia, libertates et consuetudines antedictas legitime procedens, auctoritate in ea parte sibi commissa sentencialiter et diffinitive condempnavit, et ipsum Iohannem partem ream sic condempnat*um* rei in ea parte parere compellendum decrevit, presentibus tunc ibidem Waltero Lugardyn et Iohanne Masselyn in artibus magistris et aliis pluribus testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Postea, scilicet ad sectam predicti Iohannis Otteworth coram domino rege apud Westmonasterium isto eodem termino[1] comparentis et asserentis quod in recordo et processu predictis ac eciam in reddicione iudicii predicti diversimodo fore erratum, petentisque breve ad premuniendum prefatos Aliciam et Ricardum Pedyngton essend*i* coram domino rege, audiend*os* recordum et processum predicta si &c.; per quod preceptum est vicecomiti quod per probos &c. scire faciat prefatis Alicie et Ricardo Pedyngton quod sint coram domino rege a die sancti Martini in XV dies ubicumque &c., audituri recordum et processum predicta si &c.; et ulterius &c., idem dies datus est prefato Iohanni Otteworth &c.; ad quem diem coram domino rege apud Westm' venit predictus Iohannes Otteworth in propria persona sua; et vicecomes retornavit quod mandavit returnum brevis inde Iohanni Spycer et Iohanni Ludlowe[2] ballivis libertatis ville Oxonie eo quod nulla execucio inde fieri potuit in balliva sua

[1] The sentence was given December 11, 1405, but the appeal begins at the end of the next year; 'isto termino' seems to mean Michaelmas term 1406.

[2] Bailiffs Mich. 1406–Mich. 1407.

extra libertatem predictam; et iidem ballivi qui habent plenum returnum omnium brevium et execuciones eorundem infra eandem libertatem, qui [*sic*] sibi sic respondent, quod scire fecerunt prefatis Alicie et Ricardo Pedyngton essend*is* coram domino rege ad prefatum terminum &c. ad faciendum quod dictum breve domini regis exigit et requirit per Rogerum Hanley, Ricardum Wayte, Ricardum Smale et Iohannem Suyte probos &c.; qui quidem Alicia et Ricardus Pedyngton iuxta premunicionem predictam eis in hac parte factam in propriis personis suis venerunt. Et super hoc dies datus est partibus predictis coram domino rege usque in octabis sancti Hillarii ubicumque &c. viz. predicto Iohanni Otteworth ad assignandum errores &c.

Ad quem diem coram domino rege apud Westmonasterium venerunt partes predicte in propriis personis suis. Et super hoc predictus Iohannes Otteworth dicit quod in recordo et processu predictis, necnon in reddicione iudicii predicti diuersimode est erratum. In primis in hoc quod ubi quilibet ligeus domini regis regni sui Anglie in quibuscumque placitis et querelis infra regnum Anglie factis seu emergentibus de iure tractari debet per communem legem regni Anglie, et in hoc quod placitum predictum tentum fuit et terminatum per legem civilem sicut per recordum predictum manifeste constat et non secundum legem Anglie est erratum. Item in hoc quod per legem regni Anglie prohibetur ne quis vendat vel donet querelam sive accionem suam ad prosequendum seu defendum, et in hoc quod per recordum predictum plene liquet quod predicta Alicia cessionem fecit dicto Ricardo Pedyngton de predictis undecim solidis et octo denariis, et sic accionem quam[1] eidem Alicie competebat eadem Alicia predicto Ricardo Pedyngton transtulit et transportavit, et in hoc quod per dictam cessionem ut predicitur predictus Ricardus dictos undecim solidos et octo denarios coram prefato iudice sive commissario erga dictum Iohannem Otteworth per iudicium curie predicte postea ad usum ipsius Ricardi ut premittitur recuperavit, similiter est erratum; et petit quod ob errorem illum et alios in recordo et processu predictis compertos iudicium predictum revocetur et adnulletur, et quod ipse ad debitum et dampna predicta si qua &c. restituatur; et quod curia procedat ad examinacionem recordi et processus predictorum. Et predicti Alicia et Ricardus Pydyngton dicunt quod in recordo et processu predictis nec in reddicione iudicii predicti in nullo est erratum, et petunt quod iudicium predictum affirmetur &c.

Et super hoc visis et diligenter examinatis recordo et processu predictis ob errores predictos et alios in recordo et processu predictis compertos consideratum est quod iudicium predictum revocetur et adnulletur et penitus pro nullo habeatur, et quod predictus Iohannes Otteworth ad debitum predictum necnon ad dampna si que prefate Alicie et Ricardo Pedyngton satisfecerit restituatur et quod ipse eat inde sine die.

[1] *que* is required.

APPENDIX II

TANNER MS. 196, fols. 1 and 2, has the three following deeds which seem to be all of the year 1435. It is true that the second is a writ of King Richard, if it is correctly written; but probably Ricardus is a mistake for Henricus. The history of the dispute is mainly to be found in *Epistole Academice*. On August 9, 1435 the University writes[1] that it had decreed that in scholastic proclamations bachelors of law are not to be called *magistri*; the lawyers had replied with 'citations and a royal mandate'. This suggests that our first document is before August 9, but it is doubtful whether the second document is the royal mandate to which there is reference. On October 5 the University writes to the King, entreating him to procure peace in the University, and on December 15 writes[2] a longer letter, stating that the lawyers had appealed to the Court of Arches and that the Official of that court had handled the case, evidently to the satisfaction of the lawyers, and entreats the King to command the Official to proceed no further. It explains in full the evils of confusing the degrees of the University. It is willing that the bachelors shall be called masters by their servitors and others 'juxta vestri graciosi brevis nobis nuper missi directi preceptum'. This suggests that our second document is between October 5 and December 15.

The third document states that the commission from the Court of Arches sat in St. Mary's on November 30, 1435, and apparently gave a command to Roger Bitson that when he preached before the clergy on Sunday December 4 in All Saints, he was to announce the decision given by the commission; but the commissary and proctors countermanded, saying that the archbishop did not support what the Dean of Arches had done. Bitson obeyed them and further made an attack on the lawyers, for which he was cited before the rector of St. Martin's, who was appointed commissary of the archbishop in this matter. Bitson was finally compelled to appear and promise that he would submit to the court. On March 3, 1436 we hear that the efforts of the Chancellor had nearly ended the discord,[3] and finally on May 6 the University states that peace had been reached.[4]

[1] *Epist. Acad.*, i. 116.
[2] Ibid. i. 130.
[3] Ibid. i. 134.
[4] Ibid. i. 136.

I

Declaracio sive deliberacio magistrorum regencium Oxonie contra facultatem iuris canonici et civilis.

Declaratum est per venerabilem congregacionem regencium, Si bacularius in aliqua facultate, qui prius non rexit in aliqua facultate nec graciam inde habuit, publico in scolis faciat proclamacionem, vocans se magistrum in dicta proclamatione, quod talis proclamatio, sic peccans contra ordinem universitatis, tanquam nulla habeatur. Et si qua talis antea facta fuerit, racione cuius plena execucio nondum habetur, declaratur quod nullum ius taliter proclamanti pretextu talis proclamationis adquiratur.

II

Breve regium de eadem.

